APOLOGIA CATHOLICA EX MERIS IESVITARVM CONtradictionibus conflata, in qua Paradoxa, Hæreses, Blasphemiæ, Scelera, quæ a Pontificijs obijci Protestantibus solent, ex ipsorum Pontificiorum testimonijs diluuntur omnia.

Eius Libri duo

DE NOTIS ECCLESIAE.

Autore THOMA MORTONO Sacræ Theologiæ Baccalaureo, *& quondam in celeberrima Academia* CANTABRIGIENSI *Collegij Iohannis Euangelistæ, Socio.*

MATTH. 11. 19.
Iustificata est Sapientia à filijs suis.

LONDINI,
Excudebat IOHANNES NORTON, Sereniſsimæ Regiæ Maiestatis in Latinis, Græcis, & Hebraicis Typographus.
ANNO SALVTIS CIↃ. IↃ C. V.

Apologiæ Catholicæ,

IN QVA

PARADOXA,

HÆRESES, BLASPHEMIÆ, SCELERA, QVÆ Ieſuitæ, & Pontificij alij Proteſtantibus *impingunt, ferè omnia, ex ipſorum* Pontificiorum teſtimonijs apertis diluuntur.

* * *

Tomus primus.

DE NOTIS ECCLESIÆ.

Autore THOMA MORTONO Sacræ Theologiæ *Baccalaureo, & quondam in celeberrima Academia* CANTABRIGIENSI Collegij Iohannis Euangeliſtæ, Socio.

MATTH. 11. 19
Iuſtificata eſt Sapientia à filijs ſuis.

LONDINI.
Impenſis GEORGII BISHOP & IOH. NORTON.
1605

AMPLISSIMO ET REVERENDISS. DOMINO, D. RICHARDO BANCROFT, Archiepiſcopo CANTVARIENSI, *Angliæ totius Primati, ac Metropolitæ, verum honorem.*

Rodit auſpicijs tuis (Pater in Chriſto Ieſu honorande) ex noſtris Aduerſarijs Religionis noſtræ defenſio: quam ſi vel eius Autores, qui Catholici ſoli haberi volunt, vel cauſam ipſam ſpectemus, quę ſola Catholica ſemper fuit, APOLOGIAM CATHOLICAM meritò appellamus: Nemo enim hîc cauſam hanc noſtram agit, niſi vir aliquis ex Pontificiorum Doctorum grege, & quidem ferè egregius, quem, quoties Orthodoxis repugnantem introduco, *Aduerſarium*; quoties rurſus ſuffragantem, atq; fauentem, *Aduocatum* nomino; Apoſtolum ſequutus, qui ex Cretenſibus Poëtam haud ignobilem aduerſùs Cretenſes citans, * Prophetam nuncupauit. Pontificiorum multorum, imprimis verò Ieſuitarum volumina multa, magnaq; peruoluo; teſtimonia cùm teſtimonijs confero; &, pro virili, excutio; quid ſit? fabula vetus, actores noui: nam obſolera, trita, ac ſæpius contrita ſophiſmata ſua Pontificij ingerunt, obiectant, & ad nauſeam

* *Tit.* 1.

vſq; repetunt; diſputandi finis nullus: Enimuerò ſæpè etiam ſuorum expoſitiones improbant, reſponſa tollunt, argumenta infringunt, adeoq; cauſam ſuam penitùs ſubuertunt, vt etiamſi gratiæ causâ nihil faciant, plurima tamen ſint nobis grata, quæ faciunt: propterea hanc refutandi rationem imprimis ineundam eſſe duxi, cui non ſit ἀντιλέγειν, viz. [* Inimici noſtri ſint Iudices.] Huic operi veritatis indagandæ ſtudio ardentiſſimo decennem operam impendi, ne quis fortè mihi vel præiudicium, vel temeritatem poſſit obijcere. Cuius nunc has primitias tibi (Angliæ noſtræ totius Primas colendiſſime) non tanquam tanto nomine dignas, ſed tanquam tuo merito debitas offero, atq; perſoluo. Neq; enim obliuiſci poſſum, nec tacere debeo, te tam ſereno vultu, benigni animi indice, hoc quale-cunq; opus meum approbâſſe; ac ſi illud non minùs exoptatum, quàm non expectatum iudicaſſes. Tantam, tamq; ſingularem in cauſa Orthodoxa zelum tuum, erga me animi tui propenſionem tantam expertus, hoc ſemper memoria grata, illud læta perſequar: nunc verò, quod ſolum reſtat in viris magnis optimum, in minimis maximum pietatis officium, Deum Opt. Max. per Chriſtum Ieſum precor, vt autoritatem tuam Eccleſiæ veræ tranquillitati quam diutiſſimè conſeruet.

*Deut. 32.

Amplitudini tuæ

addictiſſimus

Thomas Mortonus.

Lectori Catholico S.

NOn potes (Lector Catholice) quisquis es, Apologiam hanc penitùs contemnere: nam, si Pontificijs adhæres, habes hic quorum armis pugnes; sin Proteſtantibus, habes pro quibus. Cùm enim doctoribus Pontificijs iam Proteſtantium cuiuſlibet [1] nomen *odio*, [2] laus *faſtidio*, [3] Ratio, *licet* probabiliſſima, *ludibrio ſit: Autores Proteſtantes omittamus; horum neminem, niſi loco hominis Rei nominatim citatum, loqui permittamus, ſolos, denique, Aduocatos conſulamus Romanos: quorſum, inquies, iſtos, quibus ipſe fidem non habes? imò verò habeo, ſed vt ille ſuis, de quo extat illud celebre dictum:* Credidiſſem vobis, fratres, niſi credidiſſem. *Namq; in omni ferè controuerſia ab his ego prouoco ad hos; ſed vt illa mulier à Cæſare dormiente ad Cæſarem experrectum: placet nè huius inſtituti mei guſtum aliquem percipere? Pontificij Aduerſarij*, [a] Proteſtantes, *inquiunt*, per doctrinam de ſola fide, perſeuerantiam in peccatis approbant, charitatem, pietatem, piam mentem excludunt. *Sic Ieſuitæ complures clamant, & vociferantur: Pontificios Aduocatos conſulo:* [b] Proteſtantes, *inquiunt*, fidem illam, quam docent, à charitate, pœnitentia, affectu pio ſeparari poſſe negant. *Qui ſunt, inquies, iam Aduocati? ipſi, inquam, qui Aduerſarij fuerunt. Rurſus Aduerſarius:* [c] Filius [illegible] ? Hæc Caluini ſententia eſt hæretica, [d] blaſphema, [e] Atheiſtica. *At*

[1] Nomen Calvini expungatur, nomen Melanchthonis deleatur. *Index Expurg. vide lib. 2. cap. 32.*

[2] In his verbis [Pij Doctoris Lutheri] voces, Pij Doctoris, ſupprimãtur. *Ioidem.*

[3] Sic quidem expono, & licet expoſitionis huius Autorem nullum habeo, hanc tamen magis probo, quàm illam Auguſt. cæterorumq; alioqui probabiliſſimam, quia hoc cum Caluiniſtarũ ſenſu magis pugnat. *Maldonat Ieſuita Com. in Ioh. 6. 62.*

[a] *Bellar. Maldonatus, Salmeron. Stapleton. vide Notã 6. hæreſ. 1.*

[b] *Bellar. Maldon. Salm. Stapleton. ibid.* [c] *Campianus,* [d] *Coniſius,* [e] *Peſſeuinus, Ieſuitæ, vide Notã 6. cap. 52.*

Aduocatus: [f] Non video cur hæc ſententia Catholica dicenda non ſit. *Huiuſmodi contradictionum, hic tibi guſtum præbere mihi licuit, non hauſtum: quas qui reconciliare nitatur, eâdem operâ contendat, polum arcticum cum antarctico copulare. quid cauſæ ſit planè neſcio, niſi quòd illic veritatem oppugnare iſti voluerunt, hic veritas voluit ſe ipſa defendere. Ieſuitarum Homerum ſalutemus; is quoq; ſpiritum calidum, & frigidum ſimul nonnunquam exhalat. vt Aduerſarius,* [g] Hęc ſententia, quam vnus ex Proteſtantibus tenet, Tres ſunt non ſtatu, ſed gradu &c. eſt planè hæretica. *ſic aduerſus Proteſtantes Bellarminus. quid ego? confugio ad Bellarminum. Aduocatus.* [h] Tres ſunt &c. hæc loquitur Tertullianus, & rectè. *alia huiuſmodi paſſim Lectori occurrunt, quæ aperte doceant, illud in hunc Romanum Theologum quadrare, quod de illo Romano Rhetore ſcripſit Lactantius:* Non poteſt facilius Cicero, quàm ab ipſo Cicerone, refutari. *In horum teſtimoniys citandis, ſi me errare putas, tu poſſis: quamuis enim in vigilijs multis ſomnus fortè aliquis obrepſerit, tamen, per Dei gratiam, is ſum, qui poſſim Deum ipſum in animam meam teſtem, & vindicem inuocare,* Si ſciens fallo: *abſit enim à me, vt pro veritate,* quæ *Vita eſt, patrocinium acquiram mendacij* Quod occidit animam. *Quantum ad eruendam veritatem poſſim, te potius experiri æquum eſt, quàm me decet polliceri. Faxit Deus vt fructum laboris mei conſequar (Lector) ſalutem tuam: his vtere, me ama, pro me ora, & in Chriſto Ieſu etiam at q; etiam vale.*

[f] *Bellar. ibid.*

[g] *Bellar. vide Notam 6. cap. 15.*

[h] *Idem ibidem.*

* *Ioh. 14. 6,*

* *Sap. 1. 11.*

Omnibus debitor *T. M.*

Autorum, qui in hac Apologia nunc Aduersariorum, nunc rursus Aduocatorum personas induunt, Catalogus Alphabeticus proponitur: Omnes in duas Classes distribuo.

CLASSIS I.

Tantùm Iesuitas continet, quorum vel sola nomina fidem quodammodo imperent suis.

Iosephus Acosta *Iesuita. libris de* Christo Reuelato. *Et* Historia de procuranda Indorum salute.

Ignatius Armandus. Epist. ad Camierum.

Iohannes Azorius *Iesuita.* Institutiones Morales.

Cæsar Baronius *Ies. & Cardin.* in Annalibus.

Robertus Bellarminus. *Ies. & Cardin. Integra volumina.*

Edmundus Campianus. Decem Rationes.

Petrus Canisius. *de* Quatuor nouissimis.

Franciscus Costerus, Enchiridion, & Apologia.

Martinus Delrius. Comm. in Cantic. *& Tract. de* Magia.

Ioannes Duræus Contra Whittakerum.

Iacobus Gretzerus.

Ioannes Maldonatus. Com. in Euang. & Summula.

Ioannes Ozorius. Conc. Tom. 5.

Benedictus Pererius. Com. in Gen. Exo. Rom. Dan. *& de* Magia.

Nicholaus Pimenta. Hist. de rebus Indorum.

Ioannes Pineda. Comm. in Iob.

Antonius Posiuinus. de Autorit. Script. & Apparatus sacer.

Petrus Rabienera. in vna Epist.

Franciscus Ribera *Comm.* in Prophetas minores, & in Apoc.

Alphons. Salmeron in euang.

Nicolaus Serarius Hist. de Moguntia. *& Tract.* de Lutheri Magistro.

Franciscus Suarez *Iesui. Magna volumina* in Thomã. *& alij Tract. 6. de* Lib. Arb. & Prædest.

Adamus Tannerus.

Franciscus Tolletus *Iesuita. & Cardin.* Com. in Luc. Ioh. Rom. Psal. & de Instruct. Sacerd. lib. 4.

Franciscus Turrianus. Aduersus Sadaëlem.

Horat. Tursellinus. *de* Hist. Lauretana libri quinque.

Gregorius

Gregorius Valentianus *de omnibus controuersijs ingentia volumina.*

Gabriel Vasquez in 3. partem Thomæ, & *Tract. de* Adoratione.

Blasius Vega. Comm. in Apoc.

Franciscus Xauerius *Iesuita* Epistolæ *familiares* Romam missæ, de rebus Indicis.

CLASSIS. II.

Aliorum Pontificiorum, quorum quanta esse debet in hac Apologia autoritas, vel ex suorum librorum Epigraphis, & priuilegijs, vel ex Aduersariorum nostrorum Elogijs, vel ex ipsorum, deniq; cum Protestantibus dissidijs grauissimis satis constet.

A

[a] *Platina de vita Pij secundi.*

AEneas Syluius. *Elogium.* [a] Magno in honore apud omnes est habitus: Legationes plures Concilij Basiliensis causa obiuit. postea PONTIFEX Romanus creatur.

[b] *Libri inscrip. qui est de vanitate scient.*

Cornelius Agrippa. *Epigraphe.* [b] Nobilis viri Cornelij Agrippæ, vtriusque Iuris Doctoris. *Virum magnum vides, nec iam Magum.* [c] Ego quidem hanc artem, *magicam*, à Parentibus puer imbibi, in qua non modicum tempus amisi; IAM me tædet & pœnitet insumptæ olim operæ, cuperemq; OMNEM illius MEMORIAM vsumque EXSPOLIARE. *Librum ille de* vanitate scientiarum *emulgauit: fateor, sed vt* * Diuinus Ecclesiastes, *cum clamat*, Vanitas vanitatum & omnia vanitas; *minime vanum. audi.* [d] Ostendam quanta sit hominum cæcitas, quàm arrogans præsumptio Philosophorum scholas præferre Ecclesiæ Christi; opiniones hominum præponere, aut adæquare verbo Dei. *Et ne suspecta sit apud Aduersarios fidei, lege Cap. 6. vbi Lutherum nostrum perstringit.*

[c] *Autor ipse cap. 30. lib. de vanit. scient.*

* *Eccle. 1. 2.*

[d] *In præfat. lib.*

Alphonsus *de Castro. titulus.* Ordinis minorum. *Elogium.* [e] Fortissimus Lutheri Antagonista.

[e] *Vega lib. 5. de iustif. cap. 16*

Thomas Aquinas. *Elogium.* [f] Doctor Angelicus. [g] Flos Theologiæ scholasticæ. [h] Theologus maximus.

[f] *Pererius Iesuita, comm. in Dan.*

[g] *Vega lib. 16. de Iust.*

[h] *Mald. Iesuita. com. in Mat. 13*

Benedictus

Benedictus Arias Montanus. *Elogium.* [f] Qui hodiè editioni Bibliorum, nomine Philippi Regis Hiſpaniæ, præfuit.

[f] *Poſſevinus Ieſ. Apparat. Tit.* Arias.

B

Benno Cardinalis.

Bonauentura. *Elogium.* [a] Seraphicus Doctor. [b] Dignissimus qui plurimorum manibus teratur.

[a] *Vega lib. 9. d Iuſtif. cap. 14.*
[b] *Poſſeuin. Ieſuit. Apparat. Tit.* Bonauentura.

C

Caietanus Cardinalis. *Elogium.* [a] Erat vir de myſterijs fidei bene ſentiens, & de Theologia optimè meritus. [b] Incomparabilis Theologus, & inter doctiſsimos ſui ſeculi eruditiſsimus: à Leone 10. Pontifice cum legatione in Germaniam miſſus, ad compeſcendos rumores, quos Lutherus excitauerat.

[a] *Pererius Ieſ. com. in Gen. 1 in hæc verba,* [Creauit Deus.]

Melchior Canus. [c] Epiſcopus Cameracenſis, primariæ Cathedræ in Academia Salmaticenſi olim præfectus. *Elogium.* [d] Myſteria ſacrarū literarum nullus poſt magnos illos Doctores MAGISTRO CANO plenius aut planiùs docuit: hic vir erat in Conc. Trident. Theologus celeberrimus.

[b] *Senenſ. Bibl. lib. 4 Tit.* Thomas.
[c] *Inſcriptio lib.*
[d] *Pererius Ieſ. Comm. in Exod. & Com. in Dan. lib. 12. cap. 6.*

Georgius Caſſander. *Elogium.* [e] Ferdinandus electus Imperator, ſemper Auguſtus Georgio Caſſandro. Cum eximia tua eruditio ad gloriam Dei, & Eccleſiæ ſalutem vſui ſit futura, &c. Maximilianus. 2. Dei gratia ſemper Auguſtus. Poſtquam, Cognate Princeps Elector, Domino, ac Patri noſtro chariſsimo nobis cauſæ oblatæ ſunt, in quibus Georgio Caſſandro docto, & pio viro nobis eſt opus in cauſis, quas ſperamus ad Eccleſiæ ſalutem euaſuras. *Hic Caſſander librum quoque edidit, qui ſic inſcribitur.* Defenſio Libelli pij viri contra Caluinum, &c.

[e] *Literæ Imperatorum de Caſſandro.*

Catechiſmus Tridentinus Catholicus. *Elogium.* [f] Is, nimirum, qui ex decreto Concilio Tridentini, Pij 5. Pontificis maximi iuſſu editus eſt. [g] Concilij Tridentini autoritate confectus.

[f] *Ederus in partitionibus Catechiſmi.*
[g] *Bellar. lib. 2. de Iuſtif. cap. 15*

Ambroſius. [h] Catharinus Archiepiſcopus Compſæ. *Elogium.*

[h] *Inſcriptio libri.*

um. [i] Vir acris ingenij; floruit tempore cum Conc. Tridentino.

Iodocus Clitouæus. *Elogium.* [k] De hoc argumento vide Iodocum Clitouæum.

Collegium Anglo-Rhemense Duocenum Rhemis antea commorans. *Elogium.* [l] Nouum Testamentum in Anglicam linguam conuertit, additis perdoctis notis, quibus hæreses iugulantur. [m] In quo opere nihil non Catholicæ pietati consentaneum.

Concilium Basiliense. *Elogium.* [n] Etsi certam fidem non facit, vt Concilium Oecumenicum, tamen ex eo potest intelligi, multos Ecclesiæ Doctores, ex varijs prouincijs congregatos ita sensisse.

Nicholaus Cusanus vtriusque juris Doctor, & Cardinalis. *Elogium.* [o] Hercules omnium Eugenianorum existimatus est; homo priscarum literarum eruditissimus; hic omne suum studium, omnémque conatum in defensione Eugenij Pontificis collocabat.

D

Ioannes Driedo. *Elogium.* [a] Fortissimus Lutheri Antagonista. [b] Egregius Louanij Theologus.

Durandus. *Elogium.* [c] Vir doctissimus.

E

Ioannes Ecchius. *Titulus libri.* Vnicus ferè hoc seculo Catholicæ fidei assertor, & Hæreticorum omnium impugnator. *Et.* [a] Ecchius erat validus fidei Catholicæ Athleta. *Huius opera præter vnicum Enchiridion habeo.*

Georgius Ederus. Oeconomia Bibliorum. *Priuilegium.* [b] Pius. 5. Papa dilecto filio Georgio Edero Iuris vtriusque Doctori. dilecte fili salutem & Apostolicam benedictionem: Librum tuum, quem nobis nuncupasti, libenter suscepimus, & operam tuam benè positam esse judicauimus.

Desiderius Erasmus. *Huius Autoris nomen nemini inuisum debet videri, qui Pontificis Romani autoritatem saluam velit.* [c] Nunc habemus Leonem Pontificem eius nominis decimum

[i] *Possiuinus Iesaita Apparat. sacro. Tit.* Ambrosius.
[k] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 23.*
[l] *Possiuinus lib. Apparat. Tit.* Anglorum
[m] *Priuilegium ante libr.*
[n] *Bellar. lib. 4. de Amiss. Grat. cap. 15. §.* Deinde.
[o] *Aeneas Sylu. lib. 1. de gest. Conc. Basil.*
[a] *Vega. lib. 15. de Iustific. cap. 16.*
[b] *Espensæus. Com. in Tim. 1.*
[c] *Staplet. de doctr. princ. lib. de Consig. Script. cap. 13.*
[a] *Rubieneira Ies. in præf. in lib. Salmeronis Ies. in Parab. Euang.*
[b] *Pius quintus Pontifex in præfat. in li. Ederi.*
[c] *Autor ipse in Paraphrasi. Annot. in 1. Tiuss. 2.*

decimum, cuius auſpicijs meus hic deſudat labor. *Elogium.* [d] Gaudeo Paraphraſin Eraſmi ſub prælo eſſe; inuideo Louanio, cui tantum contigit beneficium, quantum, vt opinor, vix agnoſcit. [e] Vir longè doctiſsimus, & de bonis literis optimè meritus.

Claudius Eſpenſæus Epiſcopus. [f] Nuper Paulus 4. Pontifex max. cum de me in conſacerdotum ſuorum collegium cooptando ſe cogitare ſeriò diceret. [g] Vide Claudium Eſpenſæum de hoc argumento.

[d] *Thomas Morus in epiſt. ad M. Dorpium.*
[e] *Alphonſus de Caſtro. lib. 2. hæreſ. cap. 13.*
[f] *Autor ipſe li. de ſex Tract. in Epiſt. ad Card. Caſſil.*
[g] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 23.*

F

Ioannes Ferus ordinis Minorum. *Elogium.* [a] Vir in diuinis literis nobiliter doctus, cui parem in euangelicæ prædicationis Catholicæ Germanorũ Eccleſiæ hac noſtrâ tẽpeſtate non habent, ſcripſit hac noſtrâ tempeſtate pias, & eruditas iuxta Catholicã doctrinam elucubrationes, quæ ab omnibus ferè Cõcionatoribus ſtudioſè legũtur.

[a] *Sixtus Senen. Bibl. lib. 4. Tit. Ioann. Ferus.*

Franciſcus Feuardentius. *Elogium.* [b] De fide Catholica præclarè meritus.

[b] *Staplet. prompt. Feria. poſt Domin. Paſſ.*

Franciſcus de Victoria, Academiæ Salmaticenſis profeſſor. [c] Prærogatiuam Petri pro virili defendimus. *Elogium.* [d] En Theologiæ præceptorem ſummum, quem Hiſpania Dei beneficio accepit. *& eſt ſæpius à Bellarmino citatus.*

[c] *Autor ipſe Relect. 4.*
[d] *Canus locis theol. lib. 4. cap. 1. in princ.*

G

Ioannes Gagnæus Pariſienſis Theologus, Francorum Regis Eccleſiaſtes. *Epiſtola Dedicatoria.* [a] Illuſtriſsimo & R^ma^. Ioanni A. Lotharingia Sacro-ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Cardinali.

[a] *Autor ipſe in Epiſt. dedicat.*

Ioannes Gerſon. *Elogium.* [b] Florentiſsimæ Academiæ Pariſienſis Cancellarius, Theologiæ Scholaſticæ peritiſsimus. [c] Nos monemur à Gerſone, cuius in ſimilibus magna eſt laus.

[b] *Sixtus Senen. Biblioth. lib. 4. pag. 272.*
[c] *Delrius Inſt. lib. 4. de Magia § 3.*

Glotta Ordinaria, *Communis in Eccleſia: hanc interdum Bellarminus producit.*

Gratianus Monachus. *Elogium.* [d] Vir in diuinis literis eruditiſsimus: Decretorum volumen inſigne, ex vete-

[d] *Autor Anonymus de vita Gratiani in fine totius voluminis.*

rum inſtitutis, ſanctionibus, & ſcriptis, quo iuris Canonici Doctores vſque in præſens vtuntur in ſcholis; ab Eugenio Papa 2. approbatum.

Gregorius Magnus, Pontifex Maximus.

H

[a] *Sixtus Senenſ. Bib ioth. lib. 4. Tit.* Helcot.

Rupertus Holcott natione Anglus, Ordinis Prædicatorum. *Elogium.* [a] In ſcholaſtica Theologia valdè exercitatus, & in Scripturis exponendis præſtans.

[b] *Pererius Ieſ. Com. in Gen. 14 num. 59.*

Hugo de ſancto Victore. *Elogium,* [b] Qui alter ætatis ſuæ Auguſtinus habitus eſt.

I

[a] *Acoſta Ieſ. lib. de Temp. nouiſſ. cap. 15.*

[b] *Poſſiuin. Ieſ. Apparat. Sac. Tit.* Ianſenius.

Cornelius Ianſenius, Epiſcopus Candauenſis. *Elogium.* [a] Vir eruditiſsimus, & pius. [b] Concordantiam Euangelicam edidit. quod opus autorem magna valentem doctrina, iudicio, pietateque oſtendit.

Index expurgatorius iuxta ſacri Tridentini decretum: *Alius per Iunium è tenebris vindicatus: alius nuper ex Hiſpania cum priuilegio euulgatus.*

L

Leo Papa.

[a] *Præf. libri.*

Guilelmus Lindanus. *Epigraphe.* [a] Panoplia G. Lindani Dodraceni, quam Catholicæ & Apoſtolicæ Chriſti Ieſu Eccleſiæ matri, pietatis ac gratitudinis ergò, faciebat. *Nemo maiori cùm acrimonia Proteſtantes inſectatur; pro Pontificia Religione nemo propugnat vehementiùs.*

[b] *Titulus.*

[c] *Pererius Ieſ. Com. in Gen.*

[d] *Sixtus Senen. Biblioth. lib. 4. Tit.* Nicholaus.

Franciſcus Lucas Brugenſis, ſacræ Theologiæ licentiatus. *Epigraphe.* [b] Notationes in ſacra Biblia Cardinali Gulielmo Sirleto dicatæ.

Nicholaus Lyranus. *Elogium.* [c] Autor nemini contemnendus, mihi quidem valdè probatus ſacrarum literarum explorator videtur. Tanta quidem diuinarum literarum vera, pura, & germana intelligentia præditus, vt nullum ſui temporis Theologorum habuerit parem. [d]

M

[a] *Sixt. Senenſ. Biblioth. lib. 4. Tit.* Petrus.

Magiſter ſententiarum Petrus Lombardus Pariſienſis Epiſcopus. *Elogium.* [a] Quem omnes Theologorum ſcholæ

læ ſingulari quadam excellentia Magiſtrum ſententiarum appellant.

Mercurius Gallo-Belgicus *vetus erat vir Pontificijs partibus addictiſſimus: nuper nouus prodijt Gallo-Belgicus quem intelligo cum Proteſtantium albo eſſe ponendum, in hoc vno æquiuocatione nominis teſtimonium cito, ſed vnicum. lib. 2. Cap. 13. lit. t.*

Ioannes Picus Mirandulanus, [b] Princeps Phœnix cognominatus, vir ingenij prodigioſi, ſcientiarum & linguarum varietate ad miraculum exculti. [b] *Sixt. Senenſ. Bibioth. lib. 4. Tit.* Ioannes.

Thomas Morus. *Elogium.* [c] Vir tum alijs rebus inclytus, tum maximè ob Martyrij gloriam. [c] *Pererius Ieſ. comm. in Gen. 30.*

P

Schola Pariſienſis. *Elogium.* [a] Accedit huc quod Academiæ illuſtres, ac potiſsimum Pariſienſis, hanc ſententiam amplectuntur. [a] *Bell. lib. 4. de Amiſſ. Grat. cap. 15. §. Deinde.*

Albertus Pighius. *Autor à Bellarmino ferè in libris ſingulis allegatus, & approbatus.*

Platina. *Epigraphe.* [b] Ad Sixtum. 4 Pontificem maximum. Tu Theologorum & Philoſophorum princeps, maxime Pontifex, non fruſtra mandâſti, vt res geſtas Pontificum ſcriberem, ne illorum benefacta perirent negligentiâ Scriporum. [b] *Ante Hiſtoriam de vitis Pontificum.*

Poggius Florentinus. *Elogium.* [c] Ætatis noſtræ nobilis Scriptor. [c] *Aeneas Syluius Hiſt. Bohe. de Haer Prag.*

Polydorus Virgilius. *Minimè Lutheranus. Autor nonnihili. Elogium.* [d] Polydorus Virgilius librum integrum, ſeptingentas, & amplius prouerbiales ſententias ex Canonicis Scripturis deſumptas contexuit, earumque vſum explicuit. [d] *Salmeron. Ieſ. Comm. in Parab. Tract. 1.*

R

Beatus Rhenanus. *Elogium.* [a] Fruſtra homo ille aliena laude intabeſcens in B. Rhenanum oblatrat, fruſtra inuolat in Elephantem culex: Rhenanum ego laudare nec nunc volo; nec, ſi vellem, ſatis poſſem. [a] *Thomas Morus in Epiſt. ad M. Dorpium.*

Epiſcopus Roffenſis. *Elogium.* [b] Eruditionis copiâ, pietatis [b] *Sixtus Senenſ. Biblioth. lib. 4. Tit.* Ioannes Fiſherus.

tis syncritate, animi constantiâ, cùm acerrimis Ecclesiæ Propugnatoribus comparandus.

Ioannes Royardus. *Ordinis minorum.*

S

[a] *Vega lib. 9. de Iustif. cap. 14.*
[b] *Bellar. lib. 3. de Euch. cap. 23.*
[c] *Bellar. lib. 1. de verbo Dei. cap. 7.*
[d] *Stapleton. de doctr. principijs. lib. 9. cap. vlt.*
[e] *Bellar. lib. 2. de verb. Dei cap. 10*
[f] *Præfat. Operis.*
[g] *Inscriptio.*
[h] *Pererius Iesuita.*
[i] *Valent. Iesuita Analyj. lib. 1. cap. 5.*
[j] *Suarez Iesuita lib. 3 de auxilio diuin. grat.*
[k] *Apologia subordinat. Eccles.*
[l] *Possuinus Iesuita notis diu. verbi pag. 27.*
[m] *Erasmus Annot. in Rom. 1.*
[n] *In præfat.*
[o] *Francis. de Vitt. Relect. 4. Prop. 24.*
[p] *Bellar. lib. 2. de Cont. cap. 1.*
[q] *Sixt. Senens. Biblioth. Tit. Iohannes.*
[r] *Camitus Iesuita præf. in lib. Vegæ de Iustif.*

Scotus. Elogium. [a] Argutissimus Doctor noster. [b] Vir erat acutissimus & doctissimus.

Sixtus Senensis. *Elogium.* [c] Erat eximius Theologus. [d] De geminis Scripturarum libris omnium accuratissimè scripsit Senensis. [e] Cuius industriam cupio imitari. *Epigraphe.* [f] Bibliotheca Sancta, ad Pium. 5. Pontificem maximam. Hæc tibi conueniebat dedicari, Sanctissime Pontifex, à filio, quem tuo renatum spiritu adoptâsti.

Carolus Sigonius. *Epigraphe.* [g] De republica Hebræorum ad Gregorium. 13. Pontificem maximum.

Dominicus à Soto. *Elogium.* [h] Sotus vir inter cæteros huius ætatis Theologos meritò numerandus. [i] Sotus autor imprimis grauis ob summam & doctrinæ, & prudentiæ existimationem.

Thomas Stapletonus in Academia Louanienſi Theologiæ professor Regius. *Elogium.* [j] Pro nostra sententia multa licet nobis ex Stapletono sumere. [k] Caterraneorum nostrorum omnium, qui viuunt, doctissimus. [l] Optimus nostri temporis Theologus.

Faber Stapulensis. *Elogium.* [m] Cuius ego studium in restituendis bonis literis comprobo, eruditionem admiror.

Didacus Stella Minoritanus. *Epigraphe.* [n] Eximius verbi diuini Concionator cum priuilegio.

T

Tiraquella. Lib. de Pœnis.

Ioannes de Turrecremata Cardinalis. *Elogium.* [o] Erat Assertor vehementissimus Pontificiæ dignitatis. [p] Lege Turrecremata: vide Turrecremata. [q] Erat iuris Pontificij interpres consultissimus.

V

Andreas Vega. *Elogium.* [r] Vir cùm primis eruditus, & in primarijs

primarijs Conc. Tridentini Theologis doctorum iudicio numeratus, in cuius Concilij expositione studiosè versatus.

Lodouicus Viues. *Elogium.* [b] Vir vndique eruditissimus; extra omnem irreligiosi animi suspicionem, Scriptor legi dignissimus.

[b] *Essens. Com. in 2 Tim. part. 2.*

Vulgata Editio. *Elogium.* [c] Sacra Synodus Tridentina decreuit, vt hæc ipsa pro authentica habeatur.

[c] *Canus locis Theolog. lib. 2. cap. 13.*

W

Thomas Waldensis. [d] Cuius est magna laus in Ecclesia, Autor nobilissimus. *Vides Aduocatorum nostrorum seriem sucrum testimonijs satis communitam.*

[d] *Stapletonus lib. de conscrip. Script. c. 13.*

Summorum huius disputationis capitum dilucida, & succincta Analysis.

In Libro Primo.

DIstinctio *Ecclesiæ in* Visibilem, *&* inuisibilem, *quatenus obtinere debeat.*

Visibilis Ecclesiæ *notas alias Pontificij sibi vendicant, cap. 6. Orthodoxi in aliijs acquiescunt. Lib. 2.*

Notæ *quas Pontificij nobis obtrudunt, si numerentur, multæ sunt; si ponderentur, nullæ.*

Prima *est nomen* Catholica: *hæc primò quoad Thesin discutitur;* An sit nota? *Cap. 7. secundo quoad Hypothesin duplicem. 1. An Orthodoxi propriè* Lutherani, *aut* Caluinistæ *Dici possint cap. 8. 2. An Pontificij non propriè* Papistæ. *Cap. 9.*

Secunda *est* Antiquitas, *contrà contendimus. 1. quoad Thesin. Christianam primeuam, quatenus primam, nouam fuisse. 2. quoad hypothesin:* Romanam *iamdiu in multis nouatam esse, atq; mutatam, cap. 10. & plenius in Nota. 6.*

Tertia *Nota est* Duratio. *Notha, siuè respicimus* Erat; *siuè* Erit *præuidemus. Cap. 11.*

Quarta *eſt* Amplitudo. *De qua quæſtionis ſtatus falſus reijcitur. cap.* 13. *& verus diſcutitur; obſeruatis temporibus* Ante, ad, *& poſt Chriſti aduentum Cap.* 16. *&* 17.

Quinta *eſt* Succeſsio Epiſcoporum, & ordinatio. *Theſis non ſatis conſtans: Hypotheſis ordinationem Romanam interruptam & inordinatam depingit. cap.* 18. *&c.*

Sexta *eſt* Conſpiratio in doctrina cum antiqua Eccleſia. *Theſin ampleƈtimur; Hypotheſes examinamus duas: in prima Pontificij Orthodoxis hæreſes antiquas vigintí affingunt, quas Bellarminus exprofeſſo perſequitur. Alij etiam duodecim alias Cap.* 24. *vſq; ad cap.* 65. *Deinde illas antiquas detrahunt veritates Cap.* 69. *vſq; ad* 75. *Altera Hypotheſes Pontificiorum hæreſes nonnullas exagitat, Cap.* 66. *vſq; ad* 69. *& antiquitati repugnantes plurimas inſulſiſſimas nouitates. cap.* 76. *vſq; ad cap. vltimum.*

In Libro ſecundo.

SEptima *eſt* Vnio, *quam duplicem eſſe prætexunt*: 1. Vnio membrorum cum capite Romano Pontifice: *Theſis euentilatur, & argumentis ſolidis refellitur. Cap.* 1. *luculentiùs vero exemplis nobiliſſimorum Martyrum, Patrum ſanƈtiſſimorum, & Eccleſiarum ampliſſimarum, quæ extra hanc vnionem ex hac vita fœliciter emigrarunt. Cap.* 2. *vſque ad* 5.

Hypotheſis. 1. *ſapè Clerum populumq; Romanum, id eſt, Romanam Eccleſiam ſapè iſtius Capitis vnionem neceſſariò excuſſiſſe. cap.* 5.

Hypotheſis 2. *non iam Proteſtantes, ſed ipſos Pontifices Schiſmaticos eſſe cenſendos. Cap.* 5. *&* 6.

2. *pars* Vnionis *eſt* Membrorum inter ſe. *Vel moralis, reijcitur. Cap.* 7. *vel dogmatica, examinatur ex Theſi Cap.* 7. *ex Hypotheſi, in qua Proteſtantium in maximis controuerſijs mirificus conſenſus; Pontificiorum diſcors concordia appareat. Cap.* 7. *vſq; ad* 10.

Octaua

Octaua *est* Sanctitas Doctrinæ. *Thesin agnoscimus. Hypotheses discutimus, & in prima Pontificij Protestantibus multa paradoxa calumniôsè impingunt. Cap.* 11. *in* 2. *ipsi Multorum rei deprehenduntur. Cap.* 12. *vsq; ad* 16.

Nona Nota efficacia doctrinæ. *Thesis refutatur. Cap.* 16. *in Hypothesi prima profectus doctrinæ Pontificiorum in Indorum conuersione ieiunus ostenditur. Cap.* 17. *In* 2. *Protestantium progressus, magis quam velint, fœlix. Cap.* 19.

Decima *est* Sanctitas vitæ Institutorum. *Thesis vacillat. Cap.* 20. *In Hypothesi.* 1. *Lutheri cum Diabolo colloquium à Pontificijs exagitatur.* 2. *Deinde Protestantium omnium moribus notam impietatis aspergunt. Cap.* 21. 22. *In altera Hypothesi vita Institutorum Ordinum Dominicorum &c. & Iesuitarum, ipsorum Pontificum, & totius corporis Ecclesiæ Romanæ Pontificiorum penicillis depicta proponitur. Cap.* 23.

Vndecima Nota, Gloria Miraculorũ. *Thesis improbatur. cap.* 25. *Hypothesis prima iniquè à Protestantibus exigitur. Cap.* 25. *Et Lutherum ac Caluinum tale quid tentasse fingitur. Cap.* 26. *Hypothesis altera docet hoc Charisma iamdiù Ecclesiæ Romanæ, defuisse: vbi probatur Miraculis, quæ Xauerio olim, aut nunc Iesuitis aliis tribuunt, fidem nullam esse habendam. Cap.* 27.

Duodecima Nota *est* Lumen Propheticum. *Eodem ordine & modo nec Protestantes Prophetæ falsi; nec Pontificij veri. cap.* 29.

Decima tertia. Confessio Aduersariorum. *De* Doctrina, *de* Vita *Laudes Aduersantium. cap.* 31.

Decima quarta, Infelix Exitus Patronorum. *Quæstio* Repentinæ mortis *distinctione dissoluitur. cap.* 33.

Nota vltima. Felicitas temporalis, *quæ nec Protestantium causæ obest, & ipsis Pontificijs infeliciter succedit. cap.* 37.

Nota *quam Protestantes tenent*, Vera verbi prædicatio, atque receptio. *cap.* 38. *& deinceps.*

Luc. 2. Proficiebat Sapientia. Pag. 163
Luc. 7. 30. Pharisæi & Legisperiti consilium Dei spreuerunt in seipsos non baptizati ab eo. Pag. 376
Vers. 11. Venit Ioannes neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis dæmonium habet. ibid.
Ioh. 10. Oues meæ vocem meam audiunt. 4
Ioh. 10. 18. Ego ponam animam meam. 156
Rom. 11. Nescitis quomodo Elias dixit. Ego solus. 33
1. *Cor.* 15. 12. Si Christus prædicatur, quòd resurrexerit à mortuis, quid est quod quidam dicunt in vobis resurrectionem mortuorum non esse. 428
Gal. 1. 7. Sunt aliqui qui vos conturbant. 428
Phil. 2. Propter quod exaltauit eum Deus. 173
2. *Thess.* 2. Nisi venerit discessio. 39
1. *Tim.* 2. Vnus Deus vnus est Mediator Dei ac hominis, Homo Christus Iesus. 155
Heb. 11. Fides est non apparentium. 11
1. *Pet.* 3. Archa Noë. 9
1. *Ioh.* 2. Ex nobis exierunt. 8
Apoc. 12. Adorabunt bestiam. 4
Apoc. 9. Quintus Angelus. 360
Apoc. 17. Ciuitas supra septem montes. 421
Apoc. 18. Babylon cecidit. ibid.

APOLOGIÆ
CATHOLICÆ
pars prima.

Outroueſiarum omnium, quæ iamdiu Eccleſiam Chriſti exercuerunt, difficillima ea eſt, qua Eccleſiã ipſam definimus, cuius Quæſtionis capita præcipua ſunt duo: primum de Eccleſiæ Indice, & Notis, Alterum de eius Regula & Iudice diſceptat. Vtrumq; duce bona Conſcientia, Comite Modeſtia, per dei gratiam, ex Pontificiorum ipſorum non contortis aut coactis, ſed diſertis, & enucleatis ſuffragijs facilè expediemus. Primum caput hic Tomus primus præſtat, ſecundum verò promittit in Tomo ſecundo abſoluendum.

Hæc Quæſtio de notis Eccleſiæ partes duas complectitur, quarum prior notas, quas Pontificij vrgent, poſterior, quas Proteſtantes exhibent, diſcutit, atque definit. Primùm (nè verbi ambiguitas nobis imponat) à diſtinctione auſpicabimur viſibilis, & Inuiſibilis Eccleſiæ.

CAPVT I.
Status Quæſtionis.

[1] DOcet Caluinus Eccleſiam conſtare ex ſolis Prædeſtinatis, & veram Eccleſiam à ſolo deo cognoſci, quia

[1] *Bellarminus lib. 3. de Eccleſ. Milit. Cap. 12. §. quinta Sententia.*

quia conſtat ex numero eorum, qui ſunt Electi. Præterea docet quandam eſſe Eccleſiam externam, in qua ſunt boni & mali. [b] Auguſtana confeſsio dicit, veram Eccleſiam, quæ eſt Congregatio Sanctorum, non eſſe viſibilem, ſed tantum fidei oculis cerni: Alteram externam eſſe, nempe, Congregationem hominum conuenientium in doctrina fidei, & vſu Sacramentorum, & ita in hac bonos, & malos inueniri. [c] Noſtra ſententia eſt Eccleſiam vnam eſſe, non duas. [d] Et hanc viſibilem eſſe & palpabilem, vt eſt regnum Galliæ: nec requiri internas virtutes, vt Quis ſit pars huius Eccleſiæ; ſed tantum externam profeſsionem fidei, & Sacramentorum ſufficere. *Quæſtio igitur eſt, vtrum Eccleſia ea, quam nos in Symbolo* vnam, verè Sanctam, & Catholicam *eſſe credimus & profitemur, omninò inuiſibilis ſit, & à viſibili omni Eccleſia neceſſariò diſtincta. Proteſtantes aiunt, Pontificij negant. Noſtrum eſt Proteſtantium defenſionem, Pontificiorum ipſorum confeſſionibus, & antiquorum Patrum ſuffragijs aſtruere: Confeſſiones Pontificiæ partim Scripturarum teſtimonijs, partim lumine rationis nituntur.*

[b] *Ibidem. §. Secundò docet.*

[c] *Ibid. §. Noſtra.*

[d] *Ibidem in fine Cap.*

1. *Sacra Oracula conſulamus.*

Aduerſarius. [e] Non vnum locum Caluinus proferre potuit, vbi nomen Eccleſiæ tribuitur Congregationi Inuiſibili Electorum. [f] Nullo loco Scripturæ in hac ſignificatione vſurpatur. *Ecce verò loca quinq;, & quidem illuſtria, quibus ſola Eccleſia Prædeſtinatorum, luculenter depingitur. Primus eſt Rom.* 8. Quos vocauit, hos iuſtificauit: quos iuſtificauit, hos glorificauit. [g] Eccleſia dicitur ab ἐκκαλέω euoco: quia, qui ad Eccleſiam pertinent, Dei vocatione præueniuntur. Vt ad Rom. 8. Quos vocauit. *agit itaq; propriè de Eccleſia, quali tandem? an non tantum Prædeſtinatorum?* [h] Apoſtolus hoc in loco eleganti quadã gradatione probat nihil poſſe ELECTIS accidere, quod eorum interuertat, & perdat ſalutẽ. [i] PRAEDESTINATOS Deus vocauit in tempore; Vocatos iuſtificauit à peccatis, Iuſtificatos glorificauit,

[e] *Bellar. lib. 1. Cap. 12.*

[f] *Coſterus Ieſuita Apolog. part. 3. Cap. 11. Locus primus.*

[g] *Rom. 8.*

[g] *Bellar ibid. cap. 1. §. Venio.*

[h] *Pererius Ieſuita Com. in 103.*

[i] *Tolletus Ieſuita Com. in hunc locum.*

ficauit, & ad regnum cœleſte perduxit. [k] Sic intepretatur hunc locum * Auguſtinus. : Diabolus, inquit, ligatus eſt, ſeducere Eccleſiam non poſsit, An ſolutus poſsit? Abſit, nunquam enim ſeducetur ab illo Eccleſia PRAEDESTINATA, de qua * Paulus : Firmum ſtat fundamentum Dei, habens hoc ſignaculum (*quoad nos Inuiſibilis eſt*) DEVS nouit qui ſunt eius. *Sequitur locus Secundus* * Epheſ. 5. 27. Chriſtus dilexit Eccleſiam ſuam, mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt exhiberet eam ſibi gloriòſam, non habentem maculam, aut rugam, &c. *& rurſus.* * Nemo odit carnem ſuam, ſed fouet eam, vt Chriſtus Eccleſiam, quia membra ſumus ex carne eius, & ex oſsibus eius. *Aduocat.* [l] Id eſt, vt exhiberet Sponſam ſuam Eccleſiam immaculatam, hic per gratiam, & in futuro per gloriam. [m] Eſt enim arctiſsima conjunctio inter Chriſtum & nos, vt in verbis proximis oſtenditur, MEMBRA ſumus ex carne ejus, & ex oſsibus ejus. *Noſne vt homines reprobos & omni ſcelerum turpitudine conſpurcatos, quos Spiritus ſanctus porcis & canibus turpiſſimis propter execrandam morum fœditatem aſſimulat, cum verè Fidelibus, ſeu natiuis Chriſti oſſibus, & ſacratiſſima eius Sponſa, tanquam cum homine belluã, copulemus? Locus tertius.* * Math. 16. Super hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam : & portæ Inferorum, non præualebunt aduerſus eam. *quibus verbis vos per* Petram [n] Papam *ſemper veſtrum vultus, per Eccleſiam quoq;* Romanam veſtram *viſibilem nonadumbrari modo, verumetiam propemodũ demonſtrari. at Aduocatus.* [o] Sensus eſt, regnum Diaboli regno Chriſti infeſtum eſſe, hoc variis modis ab illo oppugnari, nunc per blanditias & voluptates, nunc per perſecutiones, & falſa dogmata, nunquam verò Diabolum prævaliturum aduerſus eam. *aduerſus quam? viſibilem ne?* [p] Aduerſus Eccleſiam quæ conſtat ex congregatione FIDELIVM, vna fide, ſpe, & CHARITATE. [q] Non loquitur de Eccleſia ſicut communiter ſumitur pro his qui Chriſtiani dicuntur, ſiue boni ſint, ſiue mali, ſed de Eccleſia ſecundum Spiritum, quæ SOLOS ELECTOS complectitur. *Id quod Parabola*

[k] *Epiſcopus Eſpenſeus Com. in 2. Tim. 2.* * *Lib. 18. de Ciuit. cap. 51. & lib. 20. cap. 18.*
* *2. Tim. 2.* *Locus ſecundus.*
* *Epheſ. 5 27.*
* *Ibid. ver. 29.*
[l] *Aquinas Cõ. in eum locum.*
[m] *Suarez Ieſuita Tom. 3. in Thom. q. 57. Art. 1. §. 3.*
Locus tertius.
* *Math. 16. 18.*
[n] *Coſterus Ieſuita Apolog. part. 3. cap. 3.*
[o] *Lanſenius Concord: in hunc locum.*
[p] *Cardinalis Cajetanus in eundem.*
[q] *Ferus in Math. 16.*

rabola illustrat.* Luc. 6. Qui audit & facit, similis est homini, qui ædificat domũ suam super Petram, inundatione facta non potsit moueri, quia fundata est supra Petram. [r] SUPER PETRAM ædificat qui ædificat super Christum, NVLLA TENTATIONE SVPERATVR, vt B. Paulus triumphãs, Quis, inquit, separabit me à charitate Christi: an tribulatio? *Impij vero, qui in Ecclesia visibili grassantur, nulli non carnis libidini indulgent, omni tentationi, tanquam tempestati, cedunt, & planè succumbunt: quomodo igitur non prævalebit aduersus eos Infernum; quibus iam Satan, ceu propijs suis mancipijs præest, ac dominatur? Locus quartus:* * Ioh. 10. Oues meæ vocem meam audiunt, cognosco meas, cognoscor ab ijs. *Aduers.* [t] Non possum hoc in loco eorum opinionem admittere, qui per Oues solos Prædestinatos interpretantur: *quidni? Aduocat.* [t] Augustinus & Beda sic hunc locum exposuerunt. *sed tu hic horum autoritatem (vt quoties vestris placitis aduersatur) flocci facis, quamuis admittendam omnino.* [u] Est enim animaduertendum, quamuis generaliter sint, Oues Christi, qui in Christum credunt, tamen particulariter hic Christus loquitur de PRAEDESTINATIS atque Electis, qui oues in æternum sunt futuræ. *certum nè hoc est?* [x] Loquitur Christus TANTVM de Electis; qui perseuerantèr audiunt. *Locus vltimus:* * Mulier fugiet in desertum, & Cap. 13. Adorabunt bestiam omnes, quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ: [y] Quibus verbis ostenditur Ecclesiam tempore Antichristi constare TANTVM ex PRAEDESTINATIS.

* Luc. 6. 46.

[r] Stella in Lucan.

Locus quartus.

* Ioh. 10. 13. 14

[t] Maldonatus in hunc locum.

[t] Idem ibidem.

[u] Tolletus Iesuita Com. in eundem.

[x] Bellar. lib. 4 de Eccles. Milit. cap. 2.

Locus quintus.

* Apoc. 12. 13.

[y] Ribera Iesuita Com. in eum locum.

CAPVT II.

PRotestantium assertio quatuor Pontificiorum rationibus comprobatur.

Ratio I.

Ecclesia Catholica, quam credimus, ea est, [a] Extra quam (sicut extra Noë archam) nulla omninò salus Mortalibus competit. *at extra Catholicam vestram visibilem, quam solam esse*

[a] Catechesis Austriaca Iesuitarum, de Symbolo, & Bellar. infra in cap. 8.

esse contenditis, positi Christiani multi saluantur, ergo alia Catholica Inuisibilis est agnoscenda. Maiorem dedistis, Minorem in triplici exemplo daturi, Catechumenorum, Excommunicatorum, Schismaticorum.

De Catechumenis.

Exemplum primum.

Aduersarius. [b] Catechumeni nondum baptizati, cum non sint participes Sacramentorum, ex Ecclesia (quam definimus) excluduntur. *non pereunt tamen, Aduocat.* [c] Autor libri de Eccles. dog. apertè dicit Catechumenos nō saluari: hoc nimis DVRVM DICTVM videtur. certè Ambrosius in Orat. de obitu Valent. disertè affirmat Catechumenos posse SALVARI. [d] Huiusmodi si obeant absq; Baptismo, tamen cum cōtritione & voto Baptismi SALVANTVR. *quod exemplo veteris Testamenti confirmatur adhuc luculentius.* [e] Gentiles fideles, vt Iob, Nahamā, & alij, qui fide TANTVN cum Ecclesia Dei coniungebantur, soli, fateor, Ecclesiam constituebant, qui Protestatione vnius fidei congregati erant, siue ea per Sacrificia, siue alio modo fieret, in vnum Deum Creatorem cœli & terræ. *Ergo Ecclesiæ filij ex communione visibilis Ecclesiæ non sunt proprie & necessario diudicandi. Exemplum secundum, Excommunicatorum. Aduersarius.* [f] Excommunicati, licet Pœnitentes fuerint, tamen antequam absoluantur, sunt extra Ecclesiam. *quam Ecclesiam vis? an etiam visibilem? omninò. num igitur eos extra Catholicam eam ponis, extra quam nulla speranda est salus? Aduocatus.* [g] Non sunt Excommunicati isti in Ecclesia, quoad externam communionem, sed sunt in Ecclesia ANIMO, & DESIDERIO quod ijs SVFFICIET AD SALVTEM: *quod & nobis pariter sufficiat ad te refellendum: nam* animum & desiderium *solus καρδιογνώστης novit: sunt igitur membra inuisibilia, adeoq; Inuisibilis Ecclesia: nam dum alterum membrum ponis Ecclesiæ visibilis, in quo actualiter non sunt, alterum Inuisibilis membrum, in quo sunt, supponas necesse est. Exemplum tertium Schismaticorum. Aduersarius.*

[b] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 2. §. Nostra & cap. 6. in principio.*

[c] *Bellar. ibid. cap. 3. §. Denique.*

[d] *Tolletus Iesuita, lib. 2. Instruct. Sacerd. cap. 21. in fine.*

[e] *Bellar quo supra cap. 10. § Obijciunt. quarto.*

Exemplum secundum.

[f] *Bellar lib. 3. cap. 2. & 6. in principio.*

[g] *Bellar. cap. 6. §. At contra.*

Exemplum tertium.

[h] *Ibidem.*
[i] *Doctor Gloriamus lib. de Schiſmate. pag. 181.*

[h] Schiſmatici omnes ex Eccleſia excluduntur. *quid? ita vt ſemper ſit de eorum ſalute deſperandũ? Aduocatus.* [i] In Schiſmate ſimplici, quod ſine vlla deprauatâ doctrina fit, ita vt ambiguum ſit à quo Schiſma fiat, antequã legitime iudicetur, dubium non eſt, quin eius ſectatores ad Eccleſiam pertineant, vt Gerſon tenet. *Poteſt hûc referri Exemplum quartum Impiorum Chriſtianorũ: quod ratio ſubſequens ſuppediat.*

CAPVT III.

Ratio II.

MVlti ſunt in Eccleſia viſibili, qui cum Eccleſia Catholica cognationis nihil habent, ergo Inuiſibilis aliqua extra quam ſunt, admitti debet diuerſa ab ea, in qua verſantur. Antecedens probatur exemplis (heu) nimis multis eorum, qui dum externam Eccleſiæ communionem colunt, Satanæ tyrannidi inſeruiunt. Aduerſarius. [a] Sic Proteſtantes argumentantur: Impij, qui externam Eccleſiæ profeſsionem amplectuntur, cum ſint & fide, & charitate deſtituti, non ſunt vera membra Eccleſiæ Catholicæ: quia, inquiunt, membrum mortuum non eſt membrum niſi æquiuocè. Dico illos eſſe membra Eccleſiæ Catholicæ vera, quamuis non viua. *hæc tu de Impijs: quid porro?* [b] Etiam Hæretici occulti, nondum per obſtinaciam ab Eccleſia ſeparati, non tam Hæretici, quàm errantes cenſendi ſunt, & ſunt in Eccleſia. *quid tandem?* [c] Etiam ex indelebili charactere cognoſcuntur in Inferno, qui fuerunt membra Chriſti. [d] Poteſt Chriſtus habere membra damnanda. *qua veſtra de impijs, hæreticis, reprobis ſententia, Doctoribus veſtris non reprobanda modò, verum etiam execranda videtur. Aduocatus.* [e] Impios Chriſtianos non eſſe, niſi ÆQVIVOCE membra Eccleſiæ cõcedi ſolet à multis: ita cardinalis de Turrecremata, vbi id probat ex Alexandro de Ales: Hugone, & Thoma: Idem etiam docent Petrus de Soto, Melchior Canus, & alij: docent illiquidem Reprobos ad Eccleſiam pertinere tanquam vngues, humores, pili, & alij, quæ NON SVNT MEMBRA. *ſic*

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 9. §. Ad vltimum.*

An Impij ſint membra Chriſti.
[b] *Cap. 4 § Secundo Obijcient.*
[c] *Ibidem, §. Vltima.*
[d] *Coſterus Ieſuita Apolog. cap. 1. part. 3.*
[e] *Bellar. quo ſupra § Ad Vltimum.*

ſic Doctores tui, quid tu tandem? Aduerſarius. [f] At ſi ſic eſſet, ſequeretur Papam malum non eſſe caput Eccleſiæ. *eia quàm argute? nè Papa, etiam* Malus *non ſit Eccleſiæ caput, quinis vel ſceleratiſſimus erit* verum membrum *Chriſti. hoc tuum commentum Schola vetus exploſit, tu vnus* multis *repugnas: iam ab vno ordinis tui Theologo primario refutandus. Aduocatus.* [g] Vt flegma, pituita, ſanies, ſaliua, ſanguis abundans VIVENTIS hominis NEQVE MEMBRVM ſunt, NEQVE PARTES, & tamen non ſunt extra corpus: Ita Impij ad SVPERFLVOS humores referuntur, qui ſuo tempore, vbi maturi fuerint, cum ſtercoribus egeruntur. *iam clauum tuum clauo expellam, ſed tuo. Si* (inquis) Papa malus non eſt verum membrum Chriſti, non eſt verum caput Eccleſiæ: *at Ieſuita Coſterus negauit Impium quemuis eſſe* membrũ Chriſti; *proinde cuiuis promptum erit concludere: Papa &c. hic ſi voce Eccleſiæ, viſibilẽ intelligis, væ Capiti tuo: Papa enim malus non erit Caput Eccleſiæ: ſin Inuiſibilem, væ cauſa tuæ, ſequetur enim Eccleſiam, quam in Symbolo profitemur, non eſſe viſibilem. quanquam non quid doceat quis, ſed quid demonſtret ſpectandum eſt. Aduerſarius.* [h] Vt in corpore, inquiunt, naturali, de quo Apoſtolus: Nemo odit carnem ſuam, Epheſ. 5. ergo nullum verum Chriſti membrum poſſit perire. Reprobi itaque non ſunt membra Chriſti: Reſpondeo. Similitudines non conuenire in omnibus. [i] Sed dicunt Chriſtum in veris membris ſuis operari. Reſpondeo, non eſſe neceſſe, vt Chriſtus in omnibus operetur, aliqua enim ſunt mortua & arida. Poſſit igitur idem eſſe membrum Chriſti, quoad profeſsionem externam: & membrum Diaboli, quoad morum prauitatem. *ain'? etiam vniuocè idem?* [k] Verum membrum etiamſi non viuum. *multum diuersè nos Spiritus ſanctus inſtituit. Aduocatus.* [l] Ex hoc loco pius Doctor Hugo (alludens ad corpus humanum, cui EST SIMILE corpus Eccleſiæ) dicit, qui non habet Spiritum Chriſti, non eſſe Chriſti membrum: NIHIL in hoc corpore MORTVVM, NIHIL EXTRA CORPVS VIVVM. Verum eſt, ſi enim Chriſtiani IVSTI in membris

[f] *Bellar. quo ſupra.*

[g] *Coſterus Ieſuita Apolog. part. 2. cap. 12. §. Et Hugo.*

[h] *Bellar. quo ſupra §. Argumentum 4.*

[i] *Cap 9. §. Vltima.*

[k] *Idem ibidem cap. 4. §. Secundo obiiciunt.*

[l] *Coſterus Ieſuita quo ſupra.*

SOLI

SOLI habeantur, non mirum: tum quia in illis SOLIS est Spiritus sanctus, sicut scriptum est: Qui spiritum Christi non habet, is non est eius. tum quia omnia ad ILLORVM commoda referuntur, dicente Apostolo: OMNIA sustineo propter ELECTOS. *quin etiam re hic vnus Aduocatus vnicus esse videatur:* [m] Christiani non sunt, qui non VIVAM Christi FIDEM habent. *in hoc enim similitudinis huius ratio potissimum consistit, vt ostendat vera Christi membra non posse penitus perire.* [n] In *Eph. 5. Nemo carnem suam odit: Et Christus diligit Ecclesiam vt corpus suum: patet per effectum: quia probatio dilectionis, est exhibitio operis; quatenus igitur quis carnem suam, tantum Christus Ecclesiam. [o] Vt Ioh. 6. Resuscitabo eos in nouissimis: id est: quæ sunt membra Christi CVM CHRISTO CAPITE RESVRGENT. *vel.* [p] Vt in Ephes. 5. vir est caput vxoris, & Christus Ecclesiæ, & Saluator corporis sui: id est: vt vir cum vxore, ita tenetur Christus remouere omne malum ab Ecclesia. *Itaq; non aliter reprobis cum Christo, quam saluti cum damnatione conuenit. hæc de Reprobis, nunc de Hæreticis differemus. Aduersarius.* [q] Hæretici occulti non tam hæretici, quam errantes censeri debent. *dilutum hoc est, quod de Hæreticis Philosopharis, non enim is solus, qui Hæresin palam profert, atq; promulgat. sed Aduocatus.* [r] Hæreticus est quisquis à fide Catholica Qvoмодо libet recedit, inquit Thomas, eidem subscribit Occam. *nec immerito quia: sed tibi prius obijcienti occurremus.*

[m] *Tolletus Iesuita Com. in Rom 8.*

[n] *Aquinas in hunc locum.* *Ephes. 5.*

[o] *Maldonatus Iesuita Com. in Ioh. 16.*

[p] *Bellar. quo supra. cap. 14. §. Respondet Caluinus.*

[q] *Bellar. supra.*

[r] *Alphonsus de Castro. lib 1. aduersus Hæres. cap. 9.*

Obiectionis solutio.

Aduersarius. [s] Sententia nostra demonstrari possit ex 1.* Ioh. 2. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: loquitur de Hæreticis, qui si non animo & voluntate, tamen externa professione erant Catholici, & postquam proruperunt in apertum schisma, desierunt modis omnibus esse ex nobis. *quasi verò nulli esse possint larvati Hæretici. Aduocatus.* [t] Hæretici,

[s] *Bellar. quo supra §. Ac primum.*

* *1. Ioh 2.*

[a] Hæretici, qui in externa communione Sacramentorum, & professione persistunt, in conspectu DEI AB ECCLESIA SEPARANTVR, ET REIPSA, ET PROPRIE domus Dei finibus exterminantur. *non igitur verè isti, sed nomine tenus de Ecclesia censendi sunt: quod loco non dissimili demonstrabimus,* [b] Ioh. 17. Vos non estis de mundo, &c. *quid ex his, inquies? attende.* [c] Aliud est esse de mundo, & in mundo. In mundo erant Apostoli, & Christus, De mundo verò non fuerunt. IN mundo esse, est VISIBILITER in mundo conuersari, & viuere. At DE mundo esse est mundi malitiam & incredulitatem amplecti. *ex hoc loco (quia* [d] Similis est alteri Iohannis: Non erant ex nobis, &c.) *discere potuisti, tam hæreticos semper de Ecclesia, quam Apostolos de mundo, id est,* non Reipsa, *sed æquiuocè constitisse. tantum igitur abest vt hæreticos & reprobos corporis Christi mystici partes veras esse concedamus, vt eos nè inter pilos quidem, sed potius inter pustulas, & stigmata, imo etiam vulnera, & pestes numeremus.*

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in 2. Tim. 2.*

[b] *Ioh. 17 14.*

[c] *Tolletus Iesuita Comm. in Ioh. 17.*

[d] *Caietanus Comm. in Ioh. 17.*

CAPVT. IIII.

Ratio III. quæ ex similitudine multiplici emergit: *Archæ, Membri, Sponsæ, Gregis, Filij.*

Similitudo Archæ.

Aduersarius. [a] Archa Noë figura erat Ecclesiæ, vt sicut extra Archam nemo saluari potuit, ita nec extra Ecclesiam. vt 1. Pet. 3. *aut de visibili exponas oportet, aut de Inuisibili: si hoc, est quod contendimus; si illud, est contra id quod contendisti. nimirum.* [b] Extra Ecclesiam positi Catechumeni saluantur. *Respondeo.* [c] Respondeo hos desiderio, & voto tantum esse in Ecclesia, id est, non actu, sed potentia, ideò saluari. *at instant Protestantes & vrgent. Qui erant extra archam actu, vndis obruti peribant, etiamsi se in Archa cu-*

[a] *Bellar. ibid. cap. 7. §. Argumentum 2.*

[b] *Supra cap. 2. lit. c.*

[c] *Cap. 3. §. Vltima.*

ſtodiri vel votis ardentiſſimis exoptarunt. proinde in Eccleſia eſſe potentia, *non ſufficit ad ſalutem. Reſponde.* [d] Reſpondeo Similitudo non tenet in omnibus. [e] Sed in hoc quemadmodum in Archa ſaluabantur animalia munda, & immunda; ita in Eccleſia ſunt boni & mali. *Reſponſum dictum, atque inſulſum. Petrus enim de hominibus pijs, non de brutis animalibus Similitudinem inſtituit. Aduocatus.* [f] Sicut Archa fuit de lignis leuigatis, & dolatis; ita Eccleſia conſtat de SANCTIS, per anguſtias & tribulationes afflictis: & ſicut Archa ex lignis IMPVTRIBILIBVS, ita Eccleſia cõſtat ex hominibus INCORRVPTIS: deinde in Archa pauci, ſci: acto animæ (inquit Petrus) ſaluabãtur, ex hoc ſignificatur paucitas SALVANDORVN: poſtremò ſicut multiplicatis vndis eleuabatur Archa, ſic per tribulationes creſcit Eccleſia. *impium vero erit Impios iſtos tuos* SANCTORVM, INCORRVPTORVM, SALVANDORVM *honorare elogijs. Denique (vt omnia in hac ſimilitudine rectè conſpirent) ſicut omnes olim in archa incluſi, ſaluabantur, ita quotquot in Catholica Eccleſia verè, conſtanterq; permanſerint, ſaluatos iri neceſſe eſt.*

[d] *Ibidem.*

[e] *Cap. 7. §. Argumentum ſecundum.*

[f] *Aquinas Comm. in eum locum.*

2. *Similitudo membri.*

3. *eſt Sponſæ: de quibus* [g] *ſupra cap. 1.*

4. *eſt Similitudo Gregis.*

[g] Luc. 12. Nolite timere puſille Grex. *Aduocatus.* [h] Puſillus reuera grex SANCTORVN CHRISTIANORVM, in comparatione eorum, qui ſuam profeſsionem deturpant. *hinc ſequitur nomen Gregis (quo ſignificatur Eccleſia) ad ſolum Fidelium, & Sanctorum cœtum pertinere: cui conuenit illud quod* [i] *ſuprà Ieſuita de* Ouili *Chriſti tradidit.*

[h] Luc. 12. [i] *Ianſenius Concord. in hunc locum.*

[i] *Suprà.*

5. *Similitudo Filij.*

Ex eo quod Eccleſia queri videtur in perſona Rachel. [k] Math. 2. Rachel plorans filios ſuos, & noluit, *id eſt, non potuit*, conſolari, quia non ſunt. *nam. Aduocatus.* Non ſunt filj, qui putantur eſſe, non ſunt Catholici, qui dicuntur tales, multi ſunt FALSI, FICTI, SIMVLATI Chriſtiani, qui nec Catholici

[k] *Math. 2.*

Catholici, nec Chriſtiani, cum vtrunq; egregiè ſimulant, ſed politici ſunt. *quid, quæſo, aliud quam pictus homo, quilibet ficlius, id eſt æquinoce, Chriſtianus? & vt paulo poſt, Stapletonus*, malus Chriſtianus, qui vitam turpiter & flagitioſe ducit, hic certe Chriſtiano nomine indignus eſt. *potius iuxta Bernardum** Chriſtianus Antichriſtianus *appellandus.*

* *Lib. de Conſid. ad Eugenium.*

CAPVT. V.

Ratio quarta.

A *Duerſarius.*[a] Credimus (inquiunt) Eccleſiam Catholicam: ergo non videmus: quia *Heb. 11. Fides eſt rerum non apparentium. Reſpondeo: negatur Conſecutio: quia id quod videtur, credi etiam poſsit QVATENVS NON VIDETVR. * Thomas Chriſtum hominem videbat, credidit Deum eſſe: ita nos videmus hos homines qui ad Eccleſiam pertinent, credimus autem eos eſſe Eccleſiam Catholicam. *Quo tuo reſponſo Conſequutio ipſa maximè confirmatur. ſic enim inſurgo: Quicquid credo, quatenus, id credo, inquis, non videtur, at Eccleſia, quatenus eſt verè Sancta & Catholica, non cerni, ſed credi poſſit. aliquem enim aut fidem Catholicam vere & non ſimulate profiteri; aut ſyncerè & non hypocriticè, & æquinocè ſanctum eſſe, ecquis tam κακοζηλωτὴς eſt, qui poſſit de fide ſtatuere? Deinde eadem eſt fidei & Spei ratio. at* * Rom. 8. Quod videt quis quid ſperat? *Aduocatus.*[b] Rectè Caietanus: Duo ſunt in obiecto fidei conſideranda: quorum alterum eſt materiale, Res ipſa, quæ ſperatur, & ita res poſsit videri: alterum FORMALE, id eſt conſecutio & poſſeſsio rei, in quam tendit ſpes, quæ actu ſperanti non adeſt. & * Heb. 11. Credimus verbo creata eſſe ſecula, [c] Mundum videmus, creatum eſſe credimus. *Sic igitur concludere licet: Quod propriè credimus, eſt formale obiectum fidei, adeoque inuiſibile, at credimus*, Eccleſiam Catholicam, *ergo eſt propriè Inuiſibilis. vnde eleganter veſter.*[d] Vides non eſt fides. *hanc fidei prærogatiuam vel Thomæ infidelitas (quam obſernas) te docere potuit, cui*

[a] *Coſterius Ieſuita Encherid. Tract. de Eccleſia.*

* *Heb. 11.*

* *Ioh. 20. 29.*

* *Rom. 8. 24.*

[b] *Pererius Ieſuita Comm. in Rom. 8.*

* *Heb. 11. 2.*

[c] *Kibera Comment. in Heb. 11.*

[d] *Hugo de Sancto Victore.*

cui Christus: * Quia vidisti me Thoma credidisti, beati qui non viderunt & crediderunt. [e] Fidem Thomæ Christus laudat, modum, quo credidit, reprehendit, quod, euidentia rei victus, crediderit, quod, non tam sibi, quam oculis manibusq; suis credere voluisset. QVIA VIDISTI ME, id est, quia tetigisti, non crediturus vtique, nisi vidisses. at non debet, veluti tormentis, extorqueri fides, quæ eo plus habet meriti, quo minùs argumenti, ac rationis: hoc enim est FIDES, inquit Augustinus, Tract. 10. in Ioh. CREDERE QVOD NON VIDES.

* *Ioh. 20.*

* *Maldonatus Iesuita Com. in hunc locum.*

Obiectionis solutio.

Aduers. [f] Ecclesia, quam Paulus persequebatur, vel erat vera Ecclesia, vel falsa: Si vera, tum Paulus, licet prædestinatus, non erat de Ecclesia, & multi Turcæ nondum vocati, etsi prædestinati, non sunt adhuc membra Christi; ergo Ecclesia catholica nõ constat ex Prædestinatis, contra Lutheranos. *Nihil agis. Non enim absolutè ex Prædestinatis cõstare ecclesiam volunt: sed ex Prædestinatis iam efficaci gratia vocatis. tu verò te collige parumper, & ipsi tibi, rem accuratius pensitanti, attende. est enim, inquis, Notandum. Aduocatus.* [g] Notandum est, hominem posse esse filium & membrum Christi duobus modis: vno modo secundum Prædestinationem, alio modo secundum PRAESENTEM IVSTITIAM. hæc distinctio habetur apud Paulum. 2. Timot. 2. Nouit Deus qui sunt eius. & Rom. 8. Qui spiritum Dei non habet, is non est eius. ostendit eos qui sunt tantum secundum Prædestinationem filij, NON ACTV esse, sed potentia: Eos vero, qui sunt secundum præsentem iustitiam filij, ACTV ET SIMPLICITER ESSE. *Ecclesiam vero de ijs, qui actu vocantur, intelligi iam* * *suprà concesseras.* Ecclesia à Græco ἐκκαλέω, cuoco, deducitur, quia, qui sunt de Ecclesia, vocantur per verbum. [h] Electi enim, & Prædestinati non sunt vera membra Christi, ANTEQVAM fide illuminentur. *ita tui argumenti nodum Herculeum, scilicet*

[f] *Bellar. cap. 7. §. Accedat quoque.*

[g] *Bellar. ibid. §. Interest autem.*

* *Suprà.*

[h] *Costerus Iesuita Apolog. part. 3. cap. 12.*

ſcilicet, diſtinctionis tuæ cuneo, vere perſpicuéq; diſſoluimus: namque mera Prædeſtinatio adeſſe rei actuale non facit, ſed Prædeſtinationis executio: neque enim quia ex Decreto Dei æterno ſequitur omnes ſemel mori, propterea omnes ſimul ſemperq; mori conſequetur. Poſtremo loco patroni noſtri patres antiqui ſunt ſalutandi, ne Antiquitatis patrocinio deſtituti eſſe videamur.

Patroni.

* Eccleſia eſt ouile Chriſti, Oues ſunt, quas nemo rapiet, habent enim nomina inſcripta in libro vitæ. *Templũ Dei ex lapidibus viuis ædificatur, vbi verus eſt Iſrael: Cum Beatis ſumus vna Ciuitas, de qua dictum eſt in Pſal. 101. * Glorioſa dicta ſunt de te. * Electi ſunt Dei Eccleſia: Si hortus concluſus eſt, Sponſa Chriſti, Cant. 2. quæ eſt Eccleſia, patere ea profanis & alienis non poſsit. * Quid eſt Sponſa domini, niſi Congregatio Iuſtorum? * Vinea Domini eſt Eccleſia Prædeſtinatorum. *Siue igitur Eccleſiam Inuiſibilem á viſibili diſtinguamus, vt aliam, ſiue, vt aliter ſe habentem, diſtinctio ipſa in Eccleſia Catholica erit prorſus κατ' ὁλα. De diſtinctione Viſibilis & Inuiſibilis ſatis, ad cauſam iam propius accedamus, &*

* *Auguſtinus Tract. 45. in Ioh. 10.*
* *Origines in Ioh. 26. & in Math. 16.*
* *Hieronymus in Pſal. 101. Hom. 76.*
* *Cyprianus Epiſt. 76.*
* *Bernardus ſerm. 68. in Cant. & Serm. 62.*

De Eccleſiæ viſibilis Notis proprijs agamus.

CAPVT. VI.

Quæſtionis ſtatus.

* *Coſterus Ieſuita Apolog. parte. 3. cap. 11.*

*NOſtri (inquit Caluiniſta) diſtinctè affirmant, Eccleſiam ſtrictè acceptam, pro cœtu vocatorum, & electorum ad vitam æternam, nobis in his terris eſſe inuiſibilem: Alteram verò, ſignificatione, quæ latius notat cœlum vocatorum ad Euangelij profeſsionẽ externam, per Miniſtros verbi, ſi de particularibus Eccleſijs loquamur, eſſe viſibilem ſi de fide vniuerſali, & Catholica agitur, eam primò totam viſibilem fore aſſerimus poſtremo die: quod Chriſtus

ſtus loquitur de adeunda Eccleſia: Dic Eccleſię, id tantum de particularibus & viſibilibus externis coetibus intelligimus. *recte. nam aliud eſt credere Eccleſiam, quod* Inuiſibilem *ſignificat: aliud credere Eccleſiæ, quod viſibilem deſignat: agite, de huius viſibilis Eccleſiæ notis & Characteribus inſignioribus diſſeramus, de quorum numero, & proprietate vtrinque vehementer ambigitur.*

De numero Notarum.

[b] *Poſſuanenſ. Ieſuitæ in Theſ. 11.*

Aduerſarius. [b] Proteſtantes alij Eccleſiæ ſymbola duo aſsignant: Alij tria: tertiam alij teſſeram addunt: Alij denique, his minimè cõtenti, quintam adhibent: *Scilicet; vt in Proteſtantes, tanquam homines inter ſe plurimum diſcordes, ioculariter inſultetis: ipſi in aliena republica curioſi nimis, in veſtra planè peregrini. nam.* 1. *Proteſtantes non ita inter ſe diſſentiunt, vt reconciliari nequeant. Aduocatus.* [c] Lutherus ſeptem Eccleſiæ notas excogitauit, Proteſtantes alij illas ſeptem ad duas reuocant. 2°. *Ipſi vos Pontificij eſtis in maiori varietate, atque diſſentione conſtituti fieri non poteſt, quin aures noſtras demulceat tanta veſtra, tamque dulcis Harmonia?* [d] Ex recentioribus noſtris Theologis communiter quatuor Eccleſiæ notæ aſsignantur: Driedo, & Soto ponunt ſex: Medina decem ponit, addit etiam vndecimam: Sanderus duodecim: Nos quindecim proponemus: Quas, ſi-quis velit, poſsit ad quatuor priores reuocare. *Sotus præcipue vnam concordiam, Heraniius vnam ſucceſſionem, Catechiſmus Tridentinus duas, Valentianus, Coſtevius, Stapletonus, tres hi, tantum tres. Recentiores Theologi quatuor, Driedo ſex, Medina decem, Sanderus duodecim, Bellarminus (nam hoc etiam malum --- vires acquirit eundo) notas quindecim confinxit.*

[c] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 2. in principio & Coſterus Ieſuita Enchirid.*

[d] *Bellar. ibidem cap. 3. §. Ex recentioribus.*

De proprietate: primo quales Notas *Pontificij aſsignari cupiant.*

[e] *Bellar. cap. 5. §. Ad primum &c.*

Aduerſarius. [e] Notæ, quibus Eccleſia diſcernenda eſt, primo propiæ, non communes eſſe debent, Ne qui-

DEM

DEM OPINIONE ALIORVM. *id eſt, vt ego interpretor, fere nullæ.* Secundò, re ipſa, quam illuſtrant, notiores. Alioqui non notæ ſunt, ſed ignotæ. [f] Tertio ſunt inſeparabiles à vera Eccleſia. [g] Ex quibus non coniecturalem, ſed infallibilem certitudinem Eccleſiæ habere poſsimus. *veſtræ quales eſſe debent pulchrè deſcripſiſti; quales verò eſſe ſolent, Collega tuus graphicè depinxit:* [h] Hæ notæ, quas vrgemus, VNA SANCTA, CATHOLICA, & Apoſtolica, NON ſunt notæ Eccleſiæ SIGILLATIM, ſed coniunctim, quia fieri poſsit, & vna harum, & altera alijs conueniat. *Ergo eas, nec proprias, nec per ſe notiores, ſed ſeparabiles eſſe agnoſcitis: & teſſeras complures illas quidem, præcipuas verò quatuor aſſignatis, quas Proteſtantes, ſi adſint, non reijciunt: ſi abſint, non reſpiciunt. ſummam illi & ferè ſolam eſſentialem indiuiduam, perpetuamque Eccleſiæ notam vendicant Euangelicæ doctrinæ veritatem. Primò Pontificiorum notas nothas deleamus. Secundò loco vera Proteſtantium ſymbola confirmabimus.*

[f] *Ibid. §. Tertio.*
[g] *Cap. 10. §. Sed.*
[h] *Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 6. cap. 7.*

CAPVT VII.

Nota prima, Titulus Catholicæ Eccleſiæ.

ADuerſarius. [a] Nota prima eſt hoc nomen Catholica. [b] Catholica dicitur, id eſt vniuerſalis: 1 [c] de vniuerſalitate doctrinæ, quam profitetur de Deo, Creaturis, Angelis, &c. Secundò de vniuerſalitate loci, quia per vniuerſum terrarum orbem diffuſa eſt. Tertiò, reſpectu temporis, quia ad finem mundi perſeuerabit. *Hæc nota ſpuria eſt, ſiue nomen ipſum, ſiue etiam rationem nominis reſpicimus; ſi nomen, eſt nimis commune: quia Aduocat.* [d] Omnis HÆRESIS velit videri, & dici Catholica. *Ergo non eſt nota. ſiu rationem aliquam nominis. Primam examina, peræq; Proteſtantium Eccleſia Catholica eſt, quorum eſt doctrina nouo minus vniuerſalis, quam veſtra, ſi ſecundam Romana Catholica, nunquam fuit: quia.* [e] Vt Eccleſia eodem tempore TOTIVS orbis ditiones occupet, ne in hunc vſque diem fortaſſe contigit. *ſi denique Tertiam, tum Catholica nondum eſt magis, quam mundi*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 4.*
[b] *Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 6. cap. 3.*
[c] *Bellar. quo ſupra in principio.*
[d] *Coſterus Ieſuita Enchirid. Tract. de Eccleſia. §. Poſtquam.*

[a] *Bellar. quo ſupra, cap. 4.*

mundi fines, ſed inſtas. Aduerſ. [c] Ex Auguſtino, & Cyrillo: etſi, inquiunt, omnis hæreſis Catholica dici velit, tamen cum in aliquam vrbem veneris, vbi variæ Sectæ conueniunt, quæraſque vbi ſit Eccleſia vera; Omnes Hæretici dicent ſe habere veram Eccleſiam. Sed petas inſuper vbi ſit Catholica; Nullus Hæreticus ſuam Eccleſiam oſtendit. hæc Cyrillus. hæc nota noſtram perinde demonſtrat. Et Paſianus dixit: Chriſtianus mihi nomen eſt, Catholicus cognomen. *vt omittam hoc argumentum, vel ipſis Authoribus, videri pompæ, quam pugnæ, aptius, nec tamen fuiſſe tunc prorſus inceptum, cum patres prius nomen Catholicæ cum re conuenire luculentis rationibus comprobâſſent: Reſpondeo ad Argumentum: nudam nominis appellationem, ſiue etiam nominis rationem, duo ſophiſmata continere: vnum æquiuocationis: figuræ dictionis alterum. Aequiuocationis futilitatem primò appoſitione exemplorum, ſecundò argumenti retorſione oſtendemus.*

[b] *Ribera Ieſuita Com. in Apoc. A nomine ad rem non valet argumentum.*
[c] *Apoc. 3.*
[d] *Roffenſſ. aduerſ. Luth. Art. 3.*
[e] *Poſſanenſes Ieſuitæ, Theſ. 4.*
[f] *Ioannes Ferus in Act. 4.*

Aduocatus. [b] De Eccleſia Sardicenſi dicit Spiritus: Scio opera tua, quia NOMEN habes, quod viuis, & mortua es. [c] Apoc. 3. Hæc erat mortua, cum tamen NOMEN HABERET, quod viueret, & OPINIONE SVA viua erat. & [d] Marcionitæ, & Valentiani SE Catholicos, & Orthodoxos DICI VOLVERVNT, cæteros Hæreticos appellabant: Nouatiani SE puros vocabant, cæteros omnes Impuros. *etiam* [e] Ariani Orthodoxos Homouſianos per contumeliam dixerunt: & Donatiſtæ etiam eos vocabant Traditores. *Denique* [f] Simon Magus VVLGO DICTVS erat Magna Dei potentia. Act. 8. Ita enim populum dementabat, vt quod Deo proprium eſt, in creaturam transferret. *Vides igitur argumentum à nomine ad rem, quam non modo ſemper puerile, verum etiam ſæpe perniciоſum ſit. quum præſertim nomina (quæ ſunt humani placiti, & ingenij fœtus) dignitatis & præſtantiæ, error quoque arrogare ſibi ſoleat, contumeliæ & infamiæ aliis affingere. Deinde hoc nomen Catholici commune eſſe Hæreticis dixti, quod (te fatente) tollet proprietatem Notæ* SALTEM OPINIONE IPSORVM. *Poſtremò hoc argumentum ſimili arte retorquebimus: Proteſtantes ab Eckio,*

Eckio, Ianſenio, Eſſenſio, ſæpe Euangelici, & Reformatores *ſalutantur, quam ſerio, nihil laboro, certè quidem vſitate. attende. Si variæ Sectæ Francofurti conuenirent, & quæras vbi ſit vera Eccleſia: Omnes Hæretici dicerent ſe habere veram Eccleſiam. at cum inſuper petas vbi ſit Eccleſia Euangelica & Reformata, Omnes protinus ad Proteſtantium cœtum digitos intenderent: verane propterea Eccleſia Proteſtantium cenſeri debet an non? ſi dicis, cur non eos ſequeris? ſi negas, cur hoc Argumentũ perſequeris? vel faciamus hunc Ethnicum tuum Venetijs accedere, vbi Græcos audio liberè ſuos conuentus agere, dubitaréq; vtriſne ſe adiungat, Romanenſibus, an Græcis; quid agit? Vtrique Antiquitatem iactabunt, iactabunt ſucceſſionem: proculdubio Græcis; quia Græcia primos radios Euangelij immittebat. Patronus.* Ex noſtris exortũ eſt Euangelij lumen, & in totum orbem egreſſum. * Noſtri Antiocheni primi nomina Chriſto dederunt, vt appellarentur Chriſtiani. *Aduocatus.* [b] In Hieruſalem primo fides prædicata eſt. *ſed, miſſis tuis argutijs, ad Patrum teſtimonia reſpondeo, ex iis eruendam eſſe germanam huius nominis rationem, quod primo vſurpari à Patribus cœpit, aut ad diſtinguendam Eccleſiam Chriſtianorum a Synagoga Iudæorum, aliſque hæreticis, qui Eccleſiam vni loco affixam eſſe putarunt; vel tandem obtinuit, vt Hæreticos eos, qui ſacroſanctum myſterium Trinitatis ſcelerate negarunt, ab Orthodoxis diſtingueret: quod igitur commune eſt omnibus Orthodoxis, id vos, quaſi vobis proprium, temerè arrogatis: ijs vero detrahitis, qui nec Catholicæ Eccleſiæ ius vni loco aſtringunt, & Trinitatis hoſtibus acerbiſſimè aduerſantur. Aduocatus.* [l] Vt Eccleſia ſit Catholica inprimis requiritur, vt non excludat vlla tempora, loca, genera hominum, in quo diſtinguitur à Synagoga. Erat Eccleſia particularis, non Catholica, quia erat alligata vni tempori, vſque ad Aduentum Chriſti: ET VNI LOCO, id eſt, templo Salomonis. *Auguſtinus igitur erudite Donatiſtas hoc argumento refellebat. quia.* [m] Credebant Eccleſiam in SOLA AFRICA remaniſſe. [n] Se ſolos in Eccleſia fuiſſe prædicabant: cæteros omnes foras ab Eccleſia. *Nempe, ſoli Africæ ſuæ.*

Græci antiquitatem nominis Romanis præripiunt.

* *Baſilius Epiſt. 70.*

* *Chryſoſt. Hom. ad populum Antioch.*

[b] *Coſterus Ieſuita Encherid. Tract. de Summo Pont. Ob. 6.*

[l] *Bellar. quo ſupra. cap. 7. §. Sunt autem. Multiplex ratio nominis Catholici.*

[m] *Idem. cap. 9.*

[n] *Koſſenſ. Art. 13.*

ſuæ eam alligatam eſſe voluerunt, ex fucata Scripturæ tranſlatione, interpretationeq́, decepti. [a] *Pſal.*18. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. [b] Id eſt, inquiunt Donatiſtæ, conſtituit Eccleſiam in Africâ, quæ erat totius mundi plaga meridiana. *Iniquè verò aduerſus Proteſtantes adducuntur, qui huiuſmodi inſomnium abhominantur: verius in eos quadrat, qui vni Romanæ Cathedræ occidentali affixam eſſe profitentur. alteram rationem impoſitionis huius nominis Sozomenus tradit:* [c] Theodoſius, *inquit*, decreuit, vt illorum Eccleſia duntaxat Catholica diceretur, quæ TRINITATEM æquali honore coleret. *Deinde ſic diſputo: nomen Chriſtiani, & cognomen Catholici ſunt omnino ſynonuma probatur.* [d] Qui Ariani, quique Marcionitæ vocantur, inquit Lactantius, CHRISTIANI eſſe deſierunt: & cum OMNES CHRISTIANI à Chriſto dicimur, inquit Anſelmus, exploſi ſunt Marcionitæ, qui à Marcione titulum acceperunt. *proinde (quod ad veritatem nominis attinet) iam* Cognomen Catholicorum *Proteſtantibus concedendum erit, aut nomen hoc* Chriſtianorum *pariter denegandum. Poſtremò Argumenti tui vim, ſi quem habet, Coſterus tuus infirmat.* [e] Non quæritur quid cæteræ Eccleſiæ dicant, ſed quid VERE DICANT: Omnes hæretici affirmant apud ſe veram, & Catholicam fidem inuiolatam retineri; at, cum conſtet vnicam eſſe fidem, & vnicam Eccleſiam Catholicam, facile apparet, neq; omnes iſtos, ſed vnicum ex omnibus veram fidem profiteri, & NOMEN Eccleſiæ Catholicæ ſibi vendicare. *tu quæris, quod ille non quærendum eſſe rectè monuit. quotes igitur, qui ſunt veri & Catholici Doctores, ambigitur; non nomen veritatis, ſed veritas nominis eruenda eſt. nunc à Theſi ad Hypotheſin deſcendamus: quam duplicem eſſe perſpicio; Altera Proteſtantes, Pontifices altera perſtringit.*

[a] *Senenſis Bibliath.*
[a] *Pſal.*18.
[b] *Sozomenes lib.*7. *cap.* 4.
[c] *Bellar. quo ſupra. cap.* 7.
[d]
[e] *Coſterus Ieſuita Apologet. cap.*7. § *Nunquam itaq́.* *Ieſuita Bellarmini Theſin teſtimonio ſuo ſuffocauit.*
[a] *Dallæus cap.*4. §. *Hieronymus &c. ſimulatam ſanctitatem reprehendit &c. vt vrgeat ſtrenuè. Vide etiam Antiſyſt. Coſterum in Enchirid. Armamaus in Lyſi.*

CAPVT. VIII.

Hypotheſis duplex. prima.

ADuerſarius. [a] Proteſtantes, vt antiqui Hæretici ab Autoribus ſuis Marcionitæ, Valentiniani, Simoniani,

ita

ita suorum Autorum nomina induerunt: alij Lutherani, alij Caluinistæ, alij Zuingliani dicuntur. Nos autem ab aliquo certo homine nemo vnquam vocauit: constat igitur nostram Ecclesiam solam esse veram. *Respondebunt Protestantes: primò, nihil facilius est, quam Orthodoxos istiusmodi honorarijs ornare elogijs. Aduocatus.* [b] Priscis seculis Catholicæ fidei Propugnatores Basilium, Nazianzenum, Ambrosium, Hieronymum, Augustinum hæretici, hæreticos Manichæos, Homousianistas, Sabellianos, Basilianistas appellabant. *Secundò, hoc, quod de Protestantibus comminisceris, magis mendacio tuo tribuendum est, quam Lutheri, aut Caluini merito. audi Reum.* * Sunt qui se Lutheranos esse gaudent: non sic, ô fatue, non sic, oro, vt meum nomen taceatur, & NEMO LVTHERANVS, sed Christianus appelletur. Quid est Lutherus? doctrina non est mea, neque pro vobis crucifixus fui. D. Paulus 1. Cor. 3. nolebat pati, vt Christiani dicerentur à Paulo, sed à Christo. Vnde itaque mihi fœtido vermium sacco accederet, vt filij Christi à meo vilissimo nomine denominarentur? Absit! ô Amici! deleamus schismatica nomina, & denominetur Christus, cuius doctrinam habemus. *audin' quam humiliter, & plane abiectè Lutherus de se scripserit, quem tu non semel bipedum superbissimum appellitas? tu vtinam tam abfuisses à malitia, quam ille à superbia. Reus dixit, nunc loquatur Aduocatus.* [c] Protestantes tenent Spiritum NON esse alligatum VLLIS EPISCOPIS, aut VLLI hominum generi: & Iohannes Caluinus omnium hominum, atque adeo ipsorum Conciliorum definitiones ad amussim Scripturarum examinari iubet: & Lutherus, non VLLI homini, inquit, commissum est, vt concludat aut constituat, quid sit fides, & Brentius, non licet, inquit, CVIVSQVAM sententiæ ita inhærere, vt eam sine iudicio nostro complectamur. *Itaque aut hæc non est Caluini & Lutheri sententia, quam tu tam verè liberéque agnoscis; aut qui Caluinum & Lutherum duces sequuntur, non sunt propriè Caluinistæ, & Lutherani nuncupandi. Tertiò respondebunt, Thesin*

[b] *Lindanus Panopl. præfat. § Quod inquiunt. Catholici ab Hæreticis hæretici salutantur.*

* *Lutherus Tom. 4. vol. Germ. fol. 4. Lutherus execratur nomina scismatica, & Lutheranorum.*

[c] *Bellar. lib. 3. de verbo Dei. cap. 3. Protestantes non Caluini aut Lutheri, aut cuiusquam hominis autoritate nituntur.*

superiorem negando: neque enim omnes Hæretici ab aliquo certo Autore, sed multi ab hæresibus suis sua nomina acceperunt.

[a] *Alphonsus de Castro lib. 4. Tit. de Christo. Non omnes hæretici, ab autoribus suis nomina sua duxerunt.*

probatur. [a] Surrexerunt Acephali, qui simul insurgebant: Nullus enim repertus est, qui eorum esset Princeps, & Magister. Isti vnam tantum, in Christo naturam esse dicebant. *Hæc ille. eiusdem furinæ alios Hæreticos recensent, Alogianos, Ignotetas Anthropomorphitas, Angelicos, Anabaptistas, Catharistas, quibus nulla persona, sed sue Hæreses nomina indiderunt. nunc calumniam istam in Aduersarios reijciamus.*

Caput IX.

Secunda Hypothesis.

[b] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 4. §. At Heronymus. An Papistæ titulus viris pontificijs vere tribuatur.*

[b] *Idem alibi.*

[c] *Elcrus Oecumen. Bibl. lib. 5. in Epilogo.*

[d] *Bellar. quo supra cap. 4.*

[e] *Beda in locum Apost.*

[f] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 2 §. Nostra.*

[g] *Staplet. onus.*

[h] *Valent. Iesuita Analys. lib. 2. cap. 4.*

Aduersarius. [b] Quod Protestantes, nos Papistas vocant, nomen à Papa deducitur, qualis fuit Petrus adde, quod non vocamur Papistæ, nisi a Calumnijs, & Lutheranis. *Bellarminum propemodum puduit nominis Papistæ: certum omnino, et vera Papismi: est autem, vbi ille verè Papistæ titulus:* [b] Papista a Papa deducitur, verum est, nam & Petrus Papa fuit. *Nobis igitur probandum, nos hoc vocabulum Sectam vllius à ducibus suis, quam Pontificios ipsos à Papa cognomen sumpsisse: & esse hos, post hanc inuentorum, nobilissimos Sectarios. Adhuc.* [c] Catholicus est (inquit Lyrinensis) qui veræ fidei non præponit Cvivsqvam autoritatem. & [d] Schismaticorũ apud Corinthios, 1. Cor. 3. alij dicebant, ego sum Pauli, ego Apoll. ego Cephæ Denique [e] Quotquot genuerunt Apostoli, inquit Augustinus in Psal. 44. eos non Paulinos, aut Petrianos, sed Christianos nominabant. *At (tam enim assurptionem aggrediamur) hæc est Pontificiorum professio.* [f] Catholicus est, qui est Vni Pastori Papæ subditus. [g] Cunes summi Pastoris voci Obsequendvm est. [h] Quia in eo Spiritus veritatis residet. *Ex quibus concludo. Primo, Omnes Romanæ Ecclesiæ alumnos propriissime* Papistas non inari: *quippe nullæ Secta vnquam, ne Simoniaca quidem, magis iurat*

Magistri. Secundò: Ecclesia Romana non est Catholica; quia Catholica non est, quæ hominis autoritatem præponit, *vt ait Lyrinensis, vel (vt Tertullianus)* quæ ædificat fidem super personas: *vel, deniq;, populus (vt Augustinus)* qui se Petriani appellari volunt. *Nam si Petrianos à Petro dici nefas; à Papa* Papistas *fas erit? Imo papismi articulo, (de infallibili iudicio Papæ) nullum vnquam monstrum Ecclesiæ iamdiu contigit deformius, aut luctuosius; quem Papismum Erasmus sæpè appellat palliatam tyrannidem. De his plura in Nota 7. nunc Patronos salutemus.*

Patres.

*POSTREMO tenet me in Ecclesiæ ipsum Catholicæ nomen, quia non sine causa inter tam multas hæreses ista sola Ecclesia hoc nomen obtinuit. *Bellarminus hanc notam primam, & quasi palmariam, Augustinus verò eam postremam facit, & (vt ita dicam) ancillariam. Pergit enim:* *Quod si fortè aliquid apertissimum de Manichæi apostolatu in EVANGELIO inuenire poteris, INFIRMABIS mihi CATHOLICORVM autoritatem, qui iubent, vt non credam: cui cùm credo, non inuenio quomodò possim etiam tibi credere. *Hæc enim Catholici nota, fieri possit larua Hæretici.* * NEC CATHOLICIS Episcopis CREDENDVM, siquidem fortè falluntur, vt contra Scripturas Canonicas aliquid sentiant. *Quid ergo?* *Si videris hominem Christianum, considera, si Confessio eius conueniat CVM SCRIPTVRIS: si sic; TVM VERVS EST CHRISTIANVS. *Ergo cognomen viri Catholici ex Scripturarum luce illustrandum est. Postremò vobis Catholicæ inuolutam amphibolam explicabimus. Aduocat.* [h] Epistola Iacobi Catholica dicitur, id est, Vniuersalis: vt enim Epistola ad Romanos Græcis etiam vtilis erat, sic hæc, Iudæis dicata, vniuersos Christianos instruit. *Deinde Patronus.* *Sicut vniuersa terra ex multis terris, sic vniuersa Ecclesia ex multis Ecclesijs constat. *Si igitur Ecclesiam Catholicam exponas,*

* *August. lib. contra Epistolam Fundamenti cap. 4. & 5.*

* *Idem ibid.*

* *August. de Vnit. Eccles. cap. 10.*

* *Chrysost. hom. in Matth. 7.*

[h] *Feuardentius in Præf. in Epist. Iacobi §. Scribit.*

* *August. lib. de Ciuit. cap. 12.*

vt ille Iacobi Epistolam Catholicam, quia Doctrinam continet, quæ ad vniuersos pertinet, sic quamis Orthodoxa Ecclesia particularis Catholica dici debet: sin (sic Augustinus de terra) vt vniuersis aliis in se complectatur: sic Romana Catholica dici non magis, quam vna vniuersa dici possit. Postremò, vt vos constrictos teneam, ex vestris principijs de duello delectamate probo, Romanam vestram non posse dici propriè Catholicam.

[a] *Bellar. lib. 1. de Sacram. in Gen. cap. 27. §. Petis.*

[a] Vt quis verè baptizetur, necesse est, vt intendat Minister facere, quod facit Ecclesia Romana: Imo verus est Baptismus, etiamsi intendat non facere, quod Ecclesia Romana facit: sufficit intendere facere, quod facit Ecclesia Catholica. *Hæc intentio Ministri, qua distinguitur Romana à Catholica, vel recta est, vel falsa: si falsa, cur eam necessariam facis sine qua nullus est verus Baptismus? sin recta, quo iure vos Romanam, & Catholicam confunditis? de quo* * *mox plura.*

[*] *Infra in nota 4. & 7.*

CAPVT X.

Nota secunda, Antiquitas.

Status Quæstionis.

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 5. in princip.*

[a] SIne dubio vera Ecclesia antiquior est quam falsa: vt Deus Diabolo, Semen Zizanijs. *Protestantes distingunt: Antiquitas vel nuda proponitur, vel veritatis patrocinio munita: si illud fucum: sin hoc, fidem facit. neque enim tam veritas Antiquitatis, quam antiquitas veritatis persuadere Catholicis debet. vos igitur (inquient Protestantes) nobis doctrinæ antiquitatem ostendite, & in vestris postulatis acquiescemus.*

De Thesi. An Ecclesia semper Antiqua.

[b] *Bellar. quæ supra cap. 4.*

Aduersarius. [b] Nostra Ecclesia, quam Aduersarij nostri Papisticam vocant, est antiquissima: Ergo vera. *In huius notæ prædicatione multa peccas. Primò, quia etiamsi sit hæc consequentia verissima, non fuit tamen hæc perpetua nota Ecclesiæ,*

nam

nam si non fuisset recens, quid nunc esset vetus? *vt cecinit Horatius. at Ecclesia Catholica noua fuit. Adnocatus.* Christiana Religio[e], IAM RECENS NATA, mox oppugnata erat à Scribis & Phariseis: deinde summa vi etiam a Gentibus. & Christiana Religionis Autor & tempus quando CEPIT possit assignari: nimirum, prædicari anno 15. Tiberij Cæsaris. *Agnoscis igitur infantiam antiquæ Ecclesiæ. Secundo, Samaritani contra veros cultores Iudæos, Pagani, atque etiam Iudæi contra Christum, & Christianos eandem Antiquitatis notam prætexuerunt: ergo est nota communis cum Hæreticis, falsam opinione ipsorum.* [d] Eligebat Deus duas vrbes cultus sui Silo in Samaria, & Hierusalem in Iudæa: in illa tabernaculum, in hac templum suum constituebat. reiecta Silo diligebat Hierusalem: Samaritæ nihilominus cultus diuini laudem sibi vendicabant, eò quod in Silo PRIMVM inuocatum esset nomen Domini: Iudæi contrà ad se id decus trahebant, eò quod POST Deus Sionem, id est, Hierusalem Silo præposuisset. *Itaque non loci Antiquitas, sed præcepti diuini auctoritas in hoc negotio obtinere debet. quia* [e] In [*] Marc. 1. Mulier Samaritana colloquium habuit cum Christo: PATRES nostri, inquit, Deum adorauerunt in hoc monte; vnde ergo est, quod dicitis: in Hierusalem cultum diuinum esse præstandum? PRO ANTIQVITATE loci diuini cultus Mulier contendebat, & obijciebat exemplum Abrahæ, & Patriarcharum: PATRES NOSTRI, inquit, adorauerunt, &c. Iudæi verò se Prophetarum, & VERBI DIVINI AVTORITATE suum cultum tuebantur: Samaritani contra SIBI VIDEBANTVR antiquitatis vestigijs insistere. *Orto tandem Christianismo, Iudæi & Pagani itarefutarunt, vt facile intelligamus non nouam esse hanc nouitatis calumniam: nam* [f] Christianam Religionem RECENS NATAM Scribæ & Pharisæi, deinde etiam Pagani summa vi oppugnabant. *Vtrique Antiquitatis vestigijs niti sibi videbantur.* Imo. [g] Nazareni nomen tam infame apud Iudæos esse cœperat, propter Iesum, quem NOVAE SECTAE autorem dictitabant,

[c] *Bellar. cap. 5. § Sed in &c.*

[d] *Carolus Signonius de Reg. ad. Heb. lib. 2. cap. 6.*

[e] *Iansenius in hunc locum.*

[*] *Marc. 1.*

[f] *Bellar. supra cap. 5.*

[g] *Arias Montanus in Matth. 26.*

bant, eratque perinde ac ſi hæreticum quis diceret. *Eodem modo iuxta cum Iudeis Pagum certabant.* * *Act.* 17. *quæ* NOVA DOCTRINA eſt hæc? *ſed ad rem.*

* Vulgata Editio.

Secundo de Hypotheſi. An pontificiorum partim noua.

Aduerſarius. [b] Proteſtantes Religionem antiquam Romanam mutatam eſſe vociferantur: cum tamen non poſſunt huius mutationis autorem, tempus, locum vllum aſſignare. nec quis Aduerſarius nouum aliquod dogma noſtrum oppugnauerit, ſicut nos in Arianiſmo, Neſtorianiſmo, Lutherianiſmo oſtendimus. Ergo Eccleſia Romana nondum a veritate deflexit. *Qui ita diſputat, nec hæreſis naturam, nec de hæreſibus hiſtoriæ lucem, nec Romanæ Eccleſiæ ingenium ſatis erudite accurateque perpendit. Primò eadem eſt natura hæreſis & morbi. Aduocatus.* [i] In * 2. Tim. 2. Sermo eorum, vt Cancer, ſerpit, &c. hinc Græci, & Latini morbum intelligunt, horrendum ſane, nimirum vlcus illud, quod in mulierum mammillis enatum eſt: quod, niſi cito ſubuentum eſt, putrefacit, & paulatim omnes partes occupat, & corrumpit: quod virus, cum ad cor peruenerit, nullam medicinam admittit. ſic hæreſis iuxta Apoſtolum, &c. *cum igitur tibi proponitur corpus vſque ad tabem redactum, non tu ita agnoſces, niſi perinde conſtet tibi, quo momento primùm tabes illa cœperit? Secundo, Lux hiſtoriæ docet, multas olim hæreſes extitiſſe, quarum tamen Autor vel tempus, vel locus certus aſſignari nullus poſſit.* [k] Eius hæreſis, quam Neſtorianam dicimus, autores prodiderunt Neſtorium autorem fuiſſe: quod equidem nuror, cum præſertim Ambroſius, qui longo tempore Neſtorium præceſſerat, lib. de Incar. hæreſis huius mentionem fecerit. [l] Hæretici Ignoiet æ deo ignorantiam tribuebant, quis fuerit eius hæreſis AVTOR, aut quando COEPIRIT APVD NEMINEM REPERIRE POTVI. *Alios multos eiuſdem generis obſeruat. nunc ex requiſitis veſtris dogmatibus (quandoquidem vnicum eſſe agitis) ſatis erit proferre vel vnum,*

[b] *Bellar. cap. 5. §. In omnibus. idem Coſterus vrget in Enchiridio.*

[i] *Eraſm. Eſtenſius Comm. in 2. Tim. 2.*

[k] *Alphonſus de Caſtro, lib. 4. Hæreſ. Tit. Chriſtus.*

[l] *Idem lib 5. Tit. Dom.*

vnum, huiuſmodi verò, in quo ingenij Eccleſiæ Romanæ ſpecimen egregium appareat. [m] Conſuetudo hæc non adminiſtrandi Euchariſtiam populo ſub duplici ſpecie, vſu primo comprobata eſt, deinde lege ſancita, poſtquam in Eccleſijs occidentalibus obtinuiſſet, QVANDO VERÒ COEPERIT MINIME CONSTAT. *Excuſſa eſt igitur noua veſtra de Antiquitate gloriatio:* In omni, *inquis*, magna mutatione prius Autor, tempus, locus, Aduerſarius nobis ſatis innoteſcunt. *Hic iam veſtram non modò ingentem primæuæ inſtitutionis mutationem, verumetiam (ſic enim Gelaſius Pontifex etiam nominat) ſacrilegam mutilationem perſpicimus: quæ etiam aliquando inualuit, quamuis;* [n] MILLE poſt Chriſtum annos contraria conſuetudo durauerat. *In quâ de Autore, loco, Aduerſario, tempore primo, nihil quicquam conſtat. quidni igitur alia dogmata veſtra, more huius Cancris, ſerpſiſſe arbitremur? perinde enim in dogmatum, atque in dialecticarum articulis, in Religionis profeſſione, atq; in regionis vernaculis plerumq; ſolet accidere: quin tu igitur tempus primum demonſtra, quo vernacula Græca, Romana, Hebræa primò cœperint à natiua ſua integritate degenerare. deniq; vehementer expecto quid reſpondeas: ſi nunc quoque Iudæi vellent cum Chriſtianis, ſi Patriarcha Antiochenus cum Pontifice Romano de Antiquitatis iure contendere. nam* [o] EX IVDAEIS COEPIT Chriſtiana Religio. [p] Et Antiochiæ Petrus Cathedram ſuam aliquandiu tenebat, priuſquam ad Romam eam tranſtuliſſet. *Et tamen Græcam Eccleſiam totam tu* nunc Schiſmaticam eſſe aſſeris. Si ex antiquitate loci cauſa hæc metienda, & definienda eſt, Antiochena Eccleſia Romanæ facilè hanc notam præripiet: ſi ex antiquitate doctrinæ, Scripturarum tabulis obſignatis agamus, quibus nullus Chriſtianus poſſit nouitatem aſcribere: de qua Antiquitate in nota ſexta planè copioſeque diſcutietur, vbi Antiquitatem verè antiquam & primæuam à degeneri & noua veſtra diſcernemus. Patronos conſulamus.*

[m] *Valent. Ieſuita, lib. de Euchariſt. cap. 10. pag. 499.*

[n] *Caſſander lib. Conſult.*

[o] *Bellar. cap. 5. §. In omni.*

[p] *Idem lib. 2. de Romano Pontifice.*

* *Infrà in Nota 7.*

CAPVT. XI.

Patres.

* *Ambroſius lib. 5. Epiſt. 30.*

* SI longa ætas (inquit Symmachus paganus in Epiſtola ad Theodoſium Imperatorem) autoritatem religionibus faciat, ſeruanda eſt tot ſeculis fides noſtra, & ſequendi ſunt Maiores noſtri, qui ſequuti ſunt fœliciter ſuos. *Quæ Ambroſij fuit, eadem eſſe poſſit noſtra reſponſio.*

* *Ambroſius Epiſt. 32.*

* Sed Maiorum noſtrorum (inquit Symmachus) ſeruandus eſt ritus: reprehendit meſſem, quia SERA fœcunditas eſt; reprehendit vindemiam, quia in OCCASV anni eſt; reprehendit oliuam, quia POSTREMVS eſt fructus. Meſsis noſtra fides eſt, quæ ab ortu mundi manebat in Sanctis, ſed poſtrema ætate ſe diffudit in populos: exploſa igitur, ea opinione, quæ ante conualuit, id quod erat VERVM IVRE PRAELATVM EST. *Quinetiam nos ad Tertulliani Apologiam prouocamus.*

* *Tert. in Apolog. contra Gentes. cap. vlt.*

* Antiquior omnibus eſt veritas. hoc mihi proficit Antiquitas præſtructa diuina literatura. *rurſus.*

* *Lib. de veland. virg.*

* quodcunque aduerſus veritatem ſapit, hoc erit hæreſis, etiam CONSVETVDO. *eadem omnino eſt Cypriani vox.*

* *Cyprianus Epiſt. 74.*

* CONSVETVDO ſine veritate, vetuſtas ERRORIS eſt. Et.

* *Idem Epiſt. 63.*

* Non hominis conſuetudinem ſequi oportet, ſed Dei veritatem. *Vt denique antiquũ Ethnicorum de Antiquitate coccyſmum agnoſcas.*

* *Lib. 2. contra Gentes.*

* Sed quod nos agimus nouum eſt, quod vos priſcum; & quid hoc aut vos iuuat, aut cauſam noſtram contriſtat? Religionis autoritas non eſt tempore metienda, minimè, ſed nè bonam cauſam prodere videar, Omnipotens Deus nouella res eſt? *Nec non Ignatius.*

* *Epiſt. ad Philadelphios.*

* Audiui quoſdam dicentes: niſi Euangelium in antiquis inuenero, non credam: his dico quod mihi pro antiquis eſt Ieſus Chriſtus, cui non parere eſt manifeſtum exitium. *Denique Auguſtinus:*

* *Auguſt. nou. & vet. Teſtam. qu. 114.*

* Pagani, antiquitatis cauſa, ſe verum tenere contendunt: quaſi Antiquitas, aut vetus conſuetudo præiudicet veritati. *& paulò poſt.* Hic eſt mos Diabolicus, vt per ANTIQVITATIS TRADVCEM commendetur

mendetur fallacia. *Aduocatus.* [a] Difficillimum nobis apud Indos fidei impedimentum ex ipſa INVETERATA CONSVETVDINE proficiſcitur, vbique ſanè conſuetudo magnas vires habet; ſed apud Barbaros maximas: quippe vbi rationis eſt maximum, ibi conſuetudo radices profundiſsimas agit. [b] Indi, ne Chriſtiani fierent, cauſam hanc afferebant, ſe à MAIORIBVS ſuis ſemper cultores extitiſſe, Sacerdotibus ſuis Bonzijs plurima largitos eſſe, ſedes & domicilia excitâſſe; itaq; ſi iam ad Chriſtū ſe transferrent, omnē ſuperioris vitæ fructum perdituros. *Eſt ergo hæc nota per ſe obſcura, quia Antiquitatis nomen ſæpè Erroris fucus fuit: nobis, ſi a veritate aberrare nolumus, ſatis eſſe debet Scripturarum antiquitas. quia* [c] Sanctarum Scripturarum SVMMA eſt Antiquitas, quæ bona ſua parte longè anteceſſerunt omnium prophanorum hominum monumenta, vt oſtendit Ioſephus lib. 1. cōtra Appionem. Iuſtinus Apolog. 2. Clemens Alexandrinus. 1. Strom. Tertullianus Apolog. cap. 19. Auguſtinus lib. 18. de ciuit. Dei. cap. 27. ex his fontibus etiam prophanarum ſententiarum vetuſtiſſimi Doctores hauſerunt, quicquid melius & verius tradiderunt. *Hoc diviſſe de Antiquitate Scripturarum ſufficit: quarum de omni-moda ſufficentia Tomus proximus demonſtrabit. De Antiquitate doctrinæ,* * *infrà, nota ſexta copiosè diſceptat.*

[a] *Acoſta Ieſuita de ſalute Indorum. lib. 2. cap. 18.*

[b] *Xauerius Ieſuita lib. 4. Epiſt. 1.*

[c] *Greg. Valent. Ieſuita Analyſ. lib. 1. cap 16.*

Valere apud omnes debet ſacrarum Scripturarum antiquitas.

* *Infrà in nota ſeptima.*

CAPVT XII.

Nota tertia, Duratio.

A *Duerſ.* [a] Duratio diuturna, nec vnquam interrupta, eſt nota Eccleſiæ: Eccleſia enim Catholica dicitur, nō ſolū quia ſemper fuit: ſed etiam, quia ſemper ERIT. Dan. 9. Regnum tuum in æternū non diſsipabitur. Act. 5. Si hoc eſt ex hominibus conſilium, non poteſtis diſſoluere. & 2. Tim. 3. de hæreticis dicitur: vltrà non proficient. At Eccleſia Romana ab Apoſtolis DVRAVIT, ergo eſt vera Eccleſia. *Hoc nota quinta expediet: nunc tantum huius notæ ob-*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 6.*

ſcuritatem, nè dicam, Notatoris oſcitantiam, oſtendam. Aduocatus. [b] In notis non coniecturalem certitudinem Eccleſiæ habere volumus, ſed infallibilem. *iam audiamus egregium, ſcilicet, diſputatoris acumen.* Scio *(inquit Bellarminus)* Eccleſiam eſſe veram, quia DVRAVIT. *Hic ſenſum cõmunem Iudicem depoſco, perinde ac ſi dixeris: Credere debes, Lector, me vigilantem hæc diſſeruiſſe, quia vigilabo. quæ ratio incertitudine ſua exſuperat omnem, non modò coniectandi, verumetiam ſomniandi futilitatem. Secundò,* [c] In notis Eccleſiæ requiritur, vt ſoli Eccleſiæ veræ conueniant. *At hoc tuum* DVRAVIT, *vel opinione veſtra, aliis quoq; hæreticis cõuenire:* DVRABIT *quoque Antichriſto competere ſatis liquet. primò de τοῦτο:* [d] Antè Lutheri tempora fuere hæ religiones: Paganiſmus, Iudaiſmus, Mahometiſmus, Græciſmus, &c. *Vbi idem de Paganiſmo, & Græciſmo, quod de Chriſtianiſmo affirmare licet: ſpecioſum hoc genus argumentandi, & fallendis imperitis accommodatum, ſed de Antichriſtianiſmo, quoad* durauit, *quid vobis videtur? Primum.* [e] In 1. *Ioh. 2. Multi Antichriſti ſunt in mundo, & hic eſt ſpiritus Antichriſti ſeductor, &c. notat Bruno, Apoſtolum de Antichriſti tempore inſtruentem innuere eius membra, per* LONGA TEMPORA, *caput ſuum præcedere: hanc etiam inſtructionem omni Eccleſiæ, & ſecundum omnes ſuas ætates eſſe factam. nunc de τοῦτο & DVRABIT accipe.* [f] In *2. Theſſ. 2. Tunc reuelabitur ille antiquus, quem Dominus Spiritu oris ſui interficiet, & deſtruet illuſtratione Aduentus ſui. &c. hinc habes, prudens Lector, quod ſequaces Antichriſti* DVRARVNT *vſque ad apparitionem aduentus Chriſti; differentia enim eſt inter deſtructionem, & Conſumptionem: Conſumptio ſpiritualis eſt, Conſumet eum ſpiritu oris ſui, id eſt ſpiritu ſermonis Euangelici, vbi multi ad veritatem Euangelicam conuertentur: at multi* PERSEVERABVNT *vſque ad aduentum Chriſti. indè additur: & deſtruet cum illuſtratione aduentus. Atque de Duratione Antichriſtiana prognoſticon veſtrum non egre concedimus. Aduerſarius.* [g] STABIT *Eccleſia Romana, quamdiu*

[b] *Bellar. quo ſuprà cap. 6.*

[c] *Valent. Ieſuita quo ſuprà.*

[d] *Bellar. quo ſuprà cap. 6. §. Iam verò.*

[e] *Epiſcopus Eſſanſeus Cõm. in 1. Tim. 4.* *1. Ioh. 2. 18.*

[f] *Cardinalis Caietanus Comm. in* *2. Theſſ. 2.*

Roma futura eſt ſedes Antichriſti.

[g] *Acoſta Ieſuita de Temp. noui. cap. 7.*

diu erit in orbe Christi Ecclesia. [h] ROMA NON ERIT sedes Antichristi. *Hanc Iesuitæ confidentiam alterius Iesuitæ confessio facilè obtundet. Aduoc.* [i] ROMA dicitur Babylō, quia ad finem seculi FVTVRA est officina omnis IDOLOLATRIAE. *Hic vnus, ne videatur vnicus, integri Concilij suffragijs muniendus est.* [k] ROMA ERIT sedes ANTICHRISTI. *nec hi soli.* [l] Illud etiam nobis dicendum videtur ex Aretha, Primasio, Ausberto, Haimone, Ambrosio, & alijs, hoc loco, IDOLOLATRIAM vrbis ROMANAE significari, defecturamque esse ROMAM A FIDE, atque adeo FVTVRAM esse HABITATIONEM DAEMONIORVM, & omnis spiritus immundi, ob flagitia, & Idololatriam, quæ TVNC temporis in Romana ciuitate, Romanoque imperio latè grassabitur. *Sed hanc notam nota proxima luculentius explicabit, quia hæ vtræque commisceri simul possunt: perinde enim est siue Durationem amplam, siuè Amplitudinem durantem dixeris.*

[h] *Bellar. lib. 3. de Rom.*
[i] *Ribera Iesuita Comm. in Apoc. 14.*
[k] *Collegium Anglo-Rhem. Annot. in Apoc. 175.*
[l] *Vega Iesuita in Apoc. 18. Comm. 1. §. 4.*

CAPVT. XIII.

Nota quarta, Amplitudo.

VT σκιομαχίαν *omnem facilius effugiamus, multiplex cautio adhibenda est. primò: Protestantes, quoties distinguunt inter Ecclesiam visibilem, & inuisibilem; hanc definiunt esse cœtum Electorum, solamque Catholicam propriè dici volunt, nec vnquam posse deficere.*

Prima Cautio.

Aduersarius. [a] Si Protestantes vllum in se Theologiæ sensum haberent, nunquam dicerent Ecclesiam posse a fide deficere, id est, à Christo sponso diuortium pati. *Hic notanda occurrit (nè quid grauius dicam) inscitia vestra, quia. Aduocatus.* [b] Notandum est multos ex nostris tempus terrere, dum probant absolute Ecclesiam non posse à fide deficere, nam PROTESTANTES ID CONCEDVNT, sed dicunt id intelligi de Ecclesia inuisibili. *Stapletonus igitur, & Valentianus Iesuita operam multam ludunt, qui hoc prolixè satis strenueq; probare conantur. Secunda cautio. Protestantes aliquam*

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in Ephes. 5: 29. Calumnia aduersus Protestantes à Bellarmino explosa.*
[b] *Bellar. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 13.*
Secunda Cautio.

Proteſtantium ſententia.

aliquam Eccleſiam veram, etiam viſibilem, ſemper extitiſſe non inuiti largiuntur: ſed tamen nullam vnam, & individuam Eccleſiam eo priuilegio eſſe munitam, vt non poſſit à fide deficere: nam, hanc eſſe eorum ſententiam docet Aduocatus. [c] Iam definiunt Eccleſiam eſſe cœtum viſibilem, ſed tamen exiguum plerunque eſſe, & in paucis quibuſdam pijs conſiſtere. *Tertia Cautio.* [d] Dicunt Proteſtantes Eccleſiã, tempore Apoſtolorũ, fructificâſſe; etiam tẽpore Irenæi, Tertulliani Athanaſij, Hieronymi, Auguſtini maximè floruiſſe fortaſſe non negant. *Imò profectò non negant, & in hoc ipſo iam cardo quæſtionis verſatur: explicatis his Amphiboliæ inuolucris, nullius negotij erit omnia teſtimonia peregrina & heterogenea ex hac cauſa remouere: Primò teſtimonia ea, quæ ſolam Catholicã inuiſibilem exprimunt, non ſunt cum hac quæſtione, de viſibili particulari Eccleſia, permiſcenda: huius generis ſunt ea, quæ Bellarminus paſſim obijcit &, inculcat.* [*] *Math.* 1. Portæ Inferni non prævalebunt aduerſus eam. Pſal. 47. Fundauit eam in æternum. Math. vlt. Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi: *quæ ſingula Patres ferè ſinguli de ſolo Electorum cœtu interpretantur. Secundo. quandoquidem Proteſtantes non grauatè admittunt, Eccleſiam, quoque viſibilem aliquandiu floruiſſe, & in ſummo ſplendore plerunque conſpicuam extitiſſe,* παρεργα *ſunt omnia ea teſtimonia, quæ nihil aliud poſſint efficere. Horum in numero ponimus;* *Math.* 18. Dic Eccleſię. Pſal. 28. In ſole poſuit tabernaculum ſuum. Act. 20. Attendite Gregi. Math. 5. Ciuitas ſupra montem poſita. 1. Tim. 3. Vt ſcias quomodò te geras in Eccleſia Dei. Epheſ. 4. Quoſdam dedit Paſtores Eccleſiæ. *Quæ ſingula indefinitè loquuntur de Eccleſia, nullam certam individuam diſtinguunt perpetua veritatis ſucceſſione conſpicuam. Aduerſarius.* [e] Eſaiæ 61. Fœdus perpetuum feriam cum ijs, & omnes qui viderint eos, cognoſcant illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus: hic locus profectò tam perſpicuus eſt, vt explicatione non indigeat. *& ſanè locus ſatis per ſe perſpicuus, ex quo quàm nihil efficias, locus ipſe demonſtrat: non enim dicitur,* Omnes videbunt, & cognoſcent.

[c] *Bellar. lib. 3. cap. 11. & cap. 3.*

Tertia Cautio.

[d] *Ibidem lib. 4. cap. 7. §. Iam verò.*

[*] *Suprà cap. 1.*

[e] *Eſa. 61.*

Bellar. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 13.

cognoſcent. *ſed Aduocatus.* [f] Omnes qui viderint, cognoſcent. *fœdus quidem perpetuum eſt, quod eſt nouum Teſtamentum, ſed hic tam mirabilis eius ſucceſſus non ita perpetuò vniuerſalis, ſed ferè Apoſtolicæ ætati proprius.* [g] Fœdus perpetuum, id eſt, vt Hieronymus exponit, Euangelium: ſemen eorum ſignificat Fideles, per APOSTOLOS, adductos ad fidem, quorum prædicatione VNIVERSVS orbis ad fidem conuerſus eſt. [h] Quia APOSTOLI ibant lugentes, ſeminantes Euangelium lachrymis & afflictionibus multis: ſed non fruſtra, ſed lætantes propter GLORIOSAM meſſem. *Poſtrema Cautio. Cum Proteſtantes aſſerunt Eccleſiam, inſtar Lunæ, nonnunquam pleno orbe fulgere, nunc etiam prorſus nubem contrahere, & quaſi eclipſin pati: intelligunt ad eam paucitatem redigi nonnunquam, vt non videatur niſi ab ijs qui in ea verſantur, ſed vt non ſit viſibilibus ſuis ritibus, viſibiliq; ſucceſſione, vel fidelibus omnibus publice cognita. debent igitur Pontificij omnes ſuas vires experiri, omneſque ſuas machinas adhibere ad hoc Proteſtantium propugnaculum expugnandum: ex quo etiam conſtat Parabolas illas Retis, Ouis, Agri, Conuiuij eſſe ab hac quæſtione alienas: cum præſertim Eccleſiam deſcribunt, non viſibilem modò, verum etiam gloriosè viſibilem. nunc Quæſtionem ipſam aggrediemur.*

[f] *Vulgata Tranſlatio.*

[g] *Leo Caſtro Comm. in Eſ. 61.*

[h] *Didacus Alauarez. Comm. in eundem locum.*

Quarta & vltima Cautio.

CAPVT. XIIII.

Status Quæſtionis verus.

AMplitudo, ſiuè multitudo, & varietas Credentium eſt nota Eccleſiæ. [b] Vt non modo viſibilis ſit, ſed etiam VALDE CONSPICVA. [c] Notæ erunt tam perſpicuæ, vt OMNES videant, inter quas Amplitudinem numeramus. *Vide nè huic lumini tenebras offundas.* [d] Obſeruandum eſt, non requiri, vt hæc multitudo ſit in omnibus hominibus totius mundi, ſed tantùm, vt innoteſcat OMNIBVS PROVINCIIS, ita vt in omnibus aliqui ſint de Eccleſia: deinde,

[b] *Coſterus Ieſuita Enchirid. de Eccleſ. in fine.*

[c] *Bellar. ſuprà.*

[d] *Bellar. quo ſuprà lib. 3. cap. 7.*

deinde, non requiritur vt hoc simùl fiat, sed satis est vt FIAT SVCCESSIVE. Primo, Satis est *(inquis)* ad hanc multitudinem, vt in omnibus prouincijs aliqui sint de Ecclesia. *Quis verò, obsecro, Menippus (cui Poetæ in Lunæ globo domicilium tribuunt) vel omnes prouincias cernere vnquam potuit, aut istos reliquos Catholicos discernere?* Disputamus, *inquis*, de notis Ecclesiæ, quibus olim Patres, nunc Catholici omnes, possunt Ecclesiam ipsam dijudicare. hæc autem satis est, si non simul, sed SVCCESSIVE deinceps fiat. *Id est, vt ego interpretor, iam esse Ecclesiæ notam, quæ nondum est nota Ecclesiæ. diuinare hoc est, non disputare: nimirum veluti cum Cornix in Capitolio ἑσχατα πάντα κακὰ. Interpres hoc ostentum expositi.* * EST, quia non potuit dicere, dixit, ERIT.

[a] *Suetonius de vita Domitiani.*

Cominùs pugnatur.

Aduersarius. [b] Ecclesiæ claritas, & splendor ita in diuinis literis exprimitur, vt is hominum cœtus, qui hac nota careat, Ecclesia Dei censeri non possit. *Ecclesiam credentium iamdiù sapè augustam fuisse, & multitudine, ac claritate floruisse, est in confesso apud omnes: Quæstio igitur est, Vtrum multitudo sit Ecclesiæ militantis nota perpetua. Possuanenses asserunt, Protestantes negant; & ex vtroque Testamento commentum hoc conantur infringere. Ex statu veteris Ecclesiæ, in quo duotempora occurrunt, vbi cultus Dei publicus miseris modis prophanatus interijt: primum Eliæ: secundum primi aduentus Christi. tempore Eliæ splendidam hanc visibilitatem defecisse, quando celeberrimus ille Propheta, & Ecclesiæ quasi Patriarcha, videbatur sibi solus esse relictus. 3. Reg. 19. cum tamen iam septem millia Dei cultores integri extiterunt, sed in spælunca abstrusi, non publice conspicui, nec addicti erant vili visibili Pastori visibilia sacra celebranti.*

[b] *Possuanens. Iesuitæ, Thes. 15.*

Aduersarius: [c] Non loquitur Elias de omni populo Iudæorum, sed solum de ea parte, quæ subiecta erat Regi Samariæ; quæ pars, ex decem tribubus constans, à duabus

[c] *Bellar. lib. 3. de Eccles. triumph. cap. 16 §. ad Aliud. Ecclesia tempore Eliæ.*

alij

alijs Iudæ, & Beniamini diuisa erat; constat enim, ex eodem 3: Regum libro, tempore Eliæ regnâsse in Hierusalem Asam, & post eum Iehosaphat, & sub illis fuisse in Hierusalem populum, & Sacerdotes in verâ Religione manifestè persistentes. *Hoc responsum multis modis refellitur: primò, quia non per omnia consentit cum fide historiæ. Aduocatus.* [g] Cum Ahab Rex Samariæ dedit filiam suam Ioram Regi Iudæ, tunc omnes IVDAEI videbantur esse IDOLOLATRAE, ita vt Elias putaret SE RELICTVM esse solum. *Quod etiam ex argumento Apostoli confirmari videtur.* [*] Rom. 11. Nescitis quomodò Elias interpellat Deum aduersus Israël, cum dicit, Ego solus? &c. *quid per nomen Israël intelligi voluit Apostolus? numquid tantum decem tribus? an non vniuersam Iudæorum gentem?* [h] Obseruandum est cum nomen ISRAEL absolute appellatur integram Iacobi familiam, hoc est, DVODECIM TRIBVS significari: nam cum tantùm decem tribus seorsim indicantur, id fit aut appositione Iudæ, aut additione regni, aut domus; vt regnum Israel, aut domus Israel; quasi proprijs notis nominatur. *quod Apostolus etiam exemplo suo illustrat.* [i] Nam & ego (inquit Apostolus) ISRAELITA sum de TRIBV BENIAMIN. [*] Apostolus non ortum habuit ex decem tribubus, sed ex tribu BENIAMIN, QVAE erat pars REGNI IVDAE. *Secundò, vt responsum tuum verum esse concedamus, tamen argumento Protestantium minimè satisfacit, siue historiæ typum, siue veritatem ipsam spectemus. si Typum,* [k] In libris Regum describitur regnum Iudæ & regnum Israel: per regnum Iudæ designatur PAVCITAS fidelium, TANTVM enim TRIBVS DVAS continebant. per regnum Israel designatur MVLTITVDO HAERETICORVM, vt Hieronymus ad Paulinum obseruat. *quorsum igitur Amplitudinis nota, nisi ad Hæreticos propugnandos? ad Historiæ lucem reuertamur:* [l] Rehoboam, ductis ad se DECEM TRIBVBVS, quod Israel appellabat, OMNEM illum Populum ab auita religione, ad Idolorum cultum auertebat: quare Deus permisit populum

[g] *Lombardus in com. in Rom. 11 ex Ambrosio*

[*] *Rom. 11.*

[h] *Arias Montanus com. in Hoseam. cap. 1.*

[i] *Aquinas com. in Rom. 11.*

[*] *Arias Montanus.*

[k] *Ederus Oeconom. Bibl. lib. 2. de libris Regum.*

[l] *Carolus Sigonius de Rep. Hæb. lib. 2. cap. 4. vide 1. Reg. 12. 28. et 1. Reg. 14. 22.*

ſuum poſteà captiuum duci in Aſſyriam: REGES ETIAM IVDAE in cultus ſanctitate minimè permanebat, ità vt Ezechias Rex grauiter queſtus eſt, quod tabernacula etiam clauſerant, holocauſtum Idolis obtulerant, proinde non multis poſt annis vrbe, temploque incenſis, in Babyloniam captiui abierunt, ibique (vt ſcribit * Oſeas Propheta) per 70 annos manſerunt SINE SACRIFICIO SINE ALTARI SINE EPHOD. *iam igitur penitus extincta fuit nota Amplitudinis.*

* *Oſ.* 4. 4.

De ſtatu Eccleſiæ Iudaicæ in tempore aduentus Chriſti.

Aduerſarius: [m] Ad Chriſti aduentum, Synagoga Iudæorum, non tam defecit, quàm mutata eſt. *imò verò penitus defecit; ſiuè concilium Sacerdotum, ſiuè etiam populi turbam conſideremus. Primò, de ordine ſacerdotali. Aduocatus:* * Math. 17: Mane facto, concilium inierant OMNES; [n] Nimirum SACERDOTES, Scribæ, Seniores, congregati erant in concilium COMMVNE aduerſus Ieſum. [o] Quod videtur prædictum, eſſe Hier. 18. PERIBIT LEX à Sacerdote, ET VERBVM à propheta, & Conſilium à Sapiente. [p] In * Iohn: 9. Conſpirauerunt Iudæi, vt ſi quis confiteretur Chriſtum, EXTRA SYNAGOGAM fieret: & Cap. 12: Multi ex principibus crediderunt in eum, ſed propter Phariſæos non profitebantur, vt E SYNAGOGA NON EIICERENTVR &c. nam probri loco maximè ducebatur apud Iudæos, ſi quis Synagogæ expers factus fuiſſet. *Deniq;* [q] Turba Populi clamat crucifige. *et* [r] MAXIMA TVRBA Iudæorum in hoc Concilio, SATANAE Synagoga fuit. *Diſputo. vel illa multitudo ſacerdotum, Phariſæorum, Scribarum, Populi, quæ Chriſtum excommunicabat, Eccleſia tum fuit, vel plebs obſcura, quæ Chriſtum agnoſcebat, & venerabatur: ſi illa, quî fit, vt ſponſum ſuum Chriſtum hoſtili animo perſequeretur? ſin hæc, quomodò externus ſplendor, & multitudo fuit perpetua nota Eccleſiæ? videtis enim vniuerſalem illum ſplendorem vſque adeò. vniuerſali eclipſi obfuſcatum, vt,*

[m] *Bellar. lib 3 de Eccleſ. Militant. cap. 16. §. Ad tertium. &c. luctuoſus eccleſiæ ſtatus in aduentu Chriſti.*
* *Math. 17.*
[n] *Ianſenius Concord.*
[o] *Bellar. quo ſuprà. cap. 17. §. ad tertium.*
[p] *Carol. Sigonius lib. 2. de Reb. Hebr. cap. 8.*
* *Iohn. 9.*
[q] *Ianſenius Concord. in Ma. 17.*
[r] *Stapleton. Doctr. princip Lib 2. cap. 11. Templum Domini.*

vt, non dicam prouinciam integram, ſed, vix perſonam vnam occupauerit. id quod Sanctus Bernardus obſeruat: SOLA *(loquitur de B. virgine Maria)* per illud triſte ſabbatum ſtetit in fide, & ſaluata fuit Eccleſia in ipſa SOLA.

CAPVT XV.

De Eccleſia noui Teſtamenti.

Aduerſarius. Non ſequitur à defectione veteris Eccleſiæ ad ſtatum noui Teſtamenti, quia Eccleſia Chriſtianorum melioribus, & firmioribus promiſsis munita eſt. *imò verò ſequitur, niſi aut Pater antiquus aut recens Scholaſticus deliruerit. Aduocatus.* [a] Oportet hæreſes eſſe, non igitur doleamus (inquit [b] Chryſoſtomus) quòd MVLTAE ſint SECTI hoc tempore, PROPHETARVM contigit, fuerunt tunc PLVRES Pſeudoprophetæ, verùm ex eorum comparatione, veri Prophetæ illuſtriores fuerunt; ſicenim morbus ſanitatem magis demonſtrat, tenebræ lucem, tempeſtas tranquillitatem. *alter.* [c] Quadraginta Prophetæ Ahab mentiti ſunt, ex ore SOLVS MICHAE, viri contemptibilis, veritas egreſſa eſt: non igitur numero ſuffragiorum ſententiam (*exemplum veteris teſtamenti ad vſum noſtrum accommodat*) METIMVR, ſapientes pauci ſunt, Stultorum infinitus eſt numerus. *Deinde reſponſum quàm languidè, & clumbe ſit, facile apparebit, ſi tres Eccleſiæ Chriſtianæ ætates infantiam, adoleſcentiam, & Senectutem examinemus.*

[a] *Stapletonus, Bellar. & alij, ferè omnes valet argumentum à luxato Synagogæ ſtatu ad eccleſiæ conditionem in miſeram diſtractam.*

[b] *Pater. Ieſuita com. in Exod. 7. Diſp. 11.*

[c] *Hom. 46. in Act.*

[d] *Melchior Canus Loc theologicis lib. 5. cap. 5*

De infantia, & incunabilis Eccleſiæ.

Aduocatus. [d] Scimus quod in initio Eccleſiæ PAVCISSIMI erant CHRISTIANI, quàm aduerſarij Iudæi. *De infantia. Res eſt in confeſſo apud omnes, ætatem adultã contemplemur, taceo decem illas perſecutiones Eccleſiæ, in quibus templa Chriſtianorum euerſa, libri ſacri exuſti, Paſtores conquiſitis*

[d] *Bellar. lib. 4. cap. 5. § In omni.*

tormentis cruciati, & interfecti fuerunt ; tantum de hæresibus agam, quæ cladem Ecclesiæ, omnibus persequutionibus atrociorem, invexerunt.

De Adolescentia Ecclesiæ.

Aduersarius. [a] Obijciunt nobis Protestantes illud Hilarij contra Auxentium Arianum : MALE, inquit, vos parietum amor cœpit, malè Ecclesiam Dei in tectis, ædificijsque veneramini ; montes mihi & lacus, & carceres sunt tutiores. Deindè illud Hieronymi opponunt, in Dialogo contra Luciferianos, de eodem tempore Ecclesiæ loquentis : Ingemuit, inquit, TORVS OREIS, & SE ARIANVM esse miratus est. Respondeo. Hilarius loquitur tantum de Ecclesia Mediolensi, hoc autem, quod de vna Basilica dicitur, non debet trahi ad Ecclesiam vniuersam. Hieronymus in vna sententia duabus vtitur figuris, & eos impropriè taxat, qui sine dubio non erant Hæretici, sed errantes. *In vtroq; falleris. Primò. non loquitur Hilarius de vna aliqua Basilicâ : Patronus ipse loquatur.* [b] Rarum est apud ORIENTALES inuenire Episcopum, vel Populum Catholicum. *hæc ille de Orientalibus : at Mediolanensis Basilica in Italia, parte, nimirum, Occidentali, sita erat. sed nolrem ipsam rigidius cum Bellarmino expostulare, nihil non oblatum accipiam. Aduocatus.* [c] Nouimus Ecclesiam ijs aliquando errorum, schismatũ, persecutionum fluctibus esse agitatam, vt imperitis quidem, nec satis prudenter rationes temporum rerumque circumstantias æstimantibus, COGNITV fuerit DIFFICILIS, quod tum maximè accidit, cum Arianorum hæresis in orbe PENE TOTO dominabatur, nam eo tempore scripsit HIERONYMVS, contra Luciferianos, ECCLESIAE NAVEM eo tempore PENE OBRVTAM fuisse : & Hilarius pluribus monuit verbis, contra Auxentium, NON fuisse Ecclesiam tunc temporis in tectis, & EXTERORI POMPA quærendam, sed potius in Carceribus, & spæluncis ; non igitur negamus

quin

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccles. milit. cap. 16. Hæresis Ariana Ecclesiæ Catholicæ vniuersæ quandam, quasi ignorantiæ, noctem offundebat.*

[b] *Locus ipsius Hilarij.*

[c] *Gregor. Valent. Iesuita Analys. lib. 6. cap. 4. §. hanc etiam.*

quin fuerit Ecclesia, alio, atque alio tempore, DIFFICILIVS DIGNOSCERE.

Aduersarius. [g] Illud testimonium Hilarij, fuit à Vincentio Donatista, Augustino obiectum. *Si igitur vobis minus arridet dictum Hilarij; at Augustini responsum vobis saltem satisfaciat: nam:* *Aduocatus.* [h] Diuus Augustinus sic scribit, Epist. 48. ad Vincentium: ipsa est Ecclesia, quæ aliquando obscuratur, & tanquam obnubilatur multitudine scandalorum &c. sed tamen in suis firmissimis eminet. hæc Augustinus. ideo cùm Ecclesiam semper visibilem esse affirmauimus, nõ ad PRAESENTEM Ecclesiæ statum quo VIDEBATVR LATERE, respicimus: sed ex præteritis temporibus cum illo collatis, eam deprehendere. *En Iesuita Ecclesiam* DIFFICILEM COGNITV *& penitus* LATENTEM *agnoscit. et nè habeat Bellarminus, quod Basilicam, vt solet, Romanam opponat, quasi, cum tota Ægyptus plusquam Cimmerijs tenebris occupata fuerit, Romana illa, tanquam terra Goshen, lucis meridianæ fulgore splenduisset: Athanasius occurrit Liberium Papam Romanum Arianismi liberè accusans:* Liberius, inquit, post exactum in exilio biennium, minis mortis inflexus est ad subscriptionem hæresis, atque ita restitutus. *Adsunt Aduocati tres, & quidem opinione vestra, ter nobiles. Aduocatus.* [i] Ariana hæresis ROMANVM ORBEM ferè peruagabatur. [k] Ariana hæresis AB ORTV SOLIS, ET MERIDIE, viz. ab Ægypto veniens, per Græciam transiuit in Aquilonem: *&* inde Gothi egressi TOTVM FERE OCCIDENTEM infecerunt, quoniam illi Arianis maximè fauebant. DVRAVIT autem hæc pestis per trecentos annos, aut forte amplius. NAM HISPANIAM hoc morbo laborasse, tempore Gregorij Papæ, constat ex ipso Gregor. dialogor. lib. 3. cap. 31. *Deniq;* [l] D. Hieronymus in Chronicis, ex Eusebio, memoriæ proditum reliquit, omnes penè TOTO ORBE ECCLESIAS Arianorum consortio pollutas fuisse: imò VNI illi Nicenæ Synodo Ariani DECEM, & amplius Ariminense, Smyrnium, Mediolanense, Isauricũ, Nicomediense,

[g] *Bellar. quo suprà & Staplet. lib. 2. doc. Princ. cap. 18.*
[h] *Valent. Iesuita loco suprà ex eo citato.*
[i] *In Epist. ad vitam solitariam agentes.*
[l] *Costerus Iesuita Enchiirid. Tract. de Eccl. §. postquam.*
[k] *Alphonsus de Castro lib. hæres. Tit. Deus hæres. 6.*
[l] *Lindanus Panopl. lib. 2. cap. 6.*

Nicomedienſe, Tyrium, Nicænum, Thraciæ diuerſa Conſtantinopolitana, plurima Antiochena Concilia obiecta eſſe videas. *Potuit Bellarminus alia teſtimonia Auguſtini, Chryſoſtomi, Nazianzeni, Athanaſij, adhibere: ſed ſenſit vir cautus, aquam ſibi reſpondenti adhærere, vt eſt in Prouerbio. quæ tamen Valentinianus liberè agnoſcit, nimirum: Nazianzeni.* *Vbi ſunt, inquit, qui paupertatem nobis obijciunt, opeſque ſuas inſolenter iactant, qui Eccleſiam MVLTITVDINE definiunt, GREGEMQVE EXIGVVM aſpernantur? Hi Vulgus habent, ita nos fidem: illi aurū, & argentū, nos fidem & doctrinam, *Athanaſij.* *Quæ nunc, inquit, Eccleſia liberè Chriſtum adorat? quippe ſi pia eſt, periculo ſubiacet; nam ſi alicubi ſunt pij, ſunt autem vbiq; permulti, illi, vt Prophera Elias, in SPAELVNCAS, & CAVERNAS terræ ſeſe abſtrudunt. *Nec mirum:* Arianiſſimus TOTAS ORIENTIS ECCLESIAS, Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinop. Hieroſolomitanam, expulſis Orthodoxis, occupant, atque in OCCIDENTE, ejecto in exilium Liberio, Felicem in Romanam ſedem ſubſtituunt.

* *In Orat. contra Arianos.*

* *Epiſt. ad ſolitariam vitam Agentes.*

* *Lindanus Panopliæ lib. 2. cap. 6.*

CAPVT XVI.

De Eccleſia ſenili, vel etiam decrepitâ ætate, quam nunc animis, & fortè oculis contemplamur.

Vuerſarius. Diconos non gloriari in templis, & ſucceſsione Epiſcoporū ſecundum ſe, ſicut Iudæi, qui cōfidebant in verbis mendacij Hier. 7. dicentes, Templum Domini templum Domini: ſed propter Chriſti promiſsionem, qui ait, Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiā meam; & portæ Inferni non prævalebunt aduerſus eam. Qualem promiſsionē Iudæi nunquā habuerunt; neq; verum eſt quod aduerſarij dicunt, prædictam eſſe in Scripturis Eccleſiæ viſibilis ruinam, cum potius vbique habetur

* *Bellar. lib. 3. de Eccleſ. triumph. cap. 16. §: Ad quintum.*

habetur contrarium. Sed Obijciunt illud * 2. Theſal. 2. Niſi venerit diſceſsio primùm. Reſpondeo nomine diſceſsionis vel intelligi ipſum Antichriſtum per Metonymiam, vel defectionem a Romano Imperio, vel diſceſsionem ab Eccleſiâ: non autem generalem, ſed particularem, id eſt, non omnium, ſed multorum; vel omnium quidem, ſed occultorum Hæreticorum. *id eſt, Reſpondens vel ſomniat, vel ſeriò nugas agit, vel hallucinatur, vel planè potius tergiuerſatur, ſed illud,* Hoc age, *multum me delectat. probandum eſt igitur hanc diſceſſionem ſignificare Apoſtaſiam, non tantum ab Imperio, verum etiam à fide Catholicâ; eamque Generalem fore, non modo particularem, nec tantum occultorum Hæreticorum, ſed ferè omnium Chriſtianorum, vſq; adeò vniuerſalem, & publicam, vt nec locus, nec paſtor, nec coetus aliquis publicus Fidelibus omnibus innoteſcat. Hoc efficium, atque præſtabo, ſi prius Pontificiorum præpropera gloriatio proferatur. Aduerſarius.* [b] Eccleſia ab aſcenſione Chriſti, vſque ad hoc tempus, OMNIBVS SEMPER INSIGNITER VISIBILIS, & cognita fuit: publica Sacramenta, Conciones publicæ, PASTORES viſibiles, viſibiles etiam Aduerſarij, Concilia quoque viſibilia, TOTA ECCLESIA VNDIQVE VISIBILIS, & Profeſſorum nomina toti mundo notiſsima: De Inuiſibili Proteſtantium Eccleſia, in tota Scripturâ ne γρῦ quidem. *Hanc tam ſplendidam, & glorioſam Viſibilitatem Eccleſiæ perpetuam Proteſtantes oppugnant, ſed quibus machinis, præſidijſque freti, ſtudioſius attendamus. Aduocatus.* [c] Verisimile eſt hanc ingentem Apoſtaſiam futuram eſſe, non modo ab Imperio Romano, verum etiam ab ECCLESIA Romana, cuius ſtatus, & etiam omnis cum eâ Communicatio EXTERNA CESSABIT; quanquam cordium communio non omnino deficiet. *Hi etiam generalem defectionem publicam, etiam à fide agnoſcunt, in quâ aſſertione, ſi vnicam vocalem* (Romana) *expunxeris, Proteſtantibus palam aſtipulantur: & vt ſeipſos refutent diſertius.* [d] Quemadmodum Eccleſia noſtra Romana hodierno die in Ang[illegible] et

* 2. Theſſ. 2.

[b] Colleg. Anglo-Rhemenſ. Annot. in Act. 11. verſ. 24.

[c] Idem Collegium Annot. in 2. Theſſ 2.

[d] Idem Collegium. Annot. in Apocalyp. 12.

vbi NVLLVM REGIMEN PVBLICVM obtinet, NVLLA OFFICIA SACRA PVBLICA exercet, dici poteſt in SOLITVDINEM abijſſe, quanquam nec fidelibus eam ſequentibus, nec hoſtibus eam perſequentibus ignota erit, ita tempore Antichriſti futura eſt. *En genuinam Proteſtantium defenſionem, qui Eccleſiam Fidelibus notam eſſe ſemper dicunt; ſed tamen non omnibus, nec ſanè hoſtibus: quomodo enim perſequutionibus conſpicua erit, quæ nè nota ſit, in Cauernis, & Cryptis ſe abſcondit? en inſuper inſignem in Rhemenſibus Palinodiã.* Conciones PVBLICAE, inquiunt, Sacramenta PVBLICA, Miniſtri PVBLICI, tota Eccleſia viſibilis, omnia conſpicua. *Nunc rurſus recantant; aperta, quæ fuere operta, ſunt:* Altaria, Sacerdotes, ſacra, conciones clandeſtinæ, totum denique Eccleſiæ regimen OCCVLTVM. *Faciem eius Eccleſiæ ſqualidam, & luctuoſam intueamur.* [c] Tempore Antichriſti Sacramentum NON erit in LOCIS PVBLICIS, nec publicus ei honor adhibebitur; ſed PRIVATIM, ET OCCVLTE ſeruabitur, & honorabitur à Chriſtianis. [f] Tempore Antichriſti OMNIS Eccleſiaſtici ordinis SPLENDOR, & DECVS exolitum, & SEPVLTVM IACET; Sacerdotes gementes, portæ deſtructæ, altaria deſerta, ſacræ ædes vacuæ, quòd non ſint, qui venient ad Agni ſolennitatem. [g] Eccleſiarum ædes ſacræ eruſtæ, LITVRGIA EXTINCTA, Pſalmorum cantatio nulla erit. [h] Apoc. 13. verſ. 3. Admirata eſt tota terra beſtiam, & verſ. 7. & data eſt ei poteſtas ſuper omnem Tribum, populum, linguam, gentem; & adorauerunt eam omnes Gentes, qui inhabitant terram, quorũ nomina non ſunt ſcripta in libro vitæ: Quibus verbis docet INNVMERABILEM MVLTITVDINEM eorum, qui Antichriſto adhærebunt; nimirum omnes præter SOLOS PRAEDESTINATOS, ij enim ſunt, quorum nomina ſunt inſcripta in libro vitæ. etiam * Apoc. 12. 4. & Cauda eius trahebat tertiam partem Stellarum, &c. hoc manifeſtiſsime dicitur de tempore Antichriſti, in quo Diabolus ita erit potens, vt PLVRIMOS ex

Eccleſia tempore Antichriſti eclipſin fere vniuerſalem patietur.

[c] *Perer. Ieſuita Comm. in Dan. lib. 15. Pag. 714.*

[f] *Acoſta Ieſuita lib. 2. de temp. nouiſſ. cap. 15.*

[g] *Idem. cap. vlt.*

* *Apoc. 13.*

[h] *Ribera Ieſuita Comm. in Apoc. idem habet vega Ieſuita in hæc loca.*

* *Apoc. 12.*

ex viris ſanctis ſuperaturus ſit, & ſecum ducturus tractaturuſque in terram, id eſt, à cœleſti vita ad terreſtrem, & turpibus voluptatibus deditam: nam hos vocat Stellas, quia in Cœlo, quaſi fixi videbantur, & ex alto virtutum vertice lumen alijs præbere. verſ. 6. fugiet Mulier in ſolitudinem, id eſt, propter perſecutionem, MAGNA PARS fidelium fugiet. [i] * Apoc. 9. Cecidit Stella magna, cui eſt data clauis Abyſsi, quo puteo aperto, aſcendit fumus fornacis magni, quo obſcuratus eſt ſol, & aër à fumo putei. Per ſolem Doctores: per Aërem ECCLESIA longè lateq; diſperſa ſignificatur, quæ lumen à Paſtoribus mutuatur, HAEC OBSCVRATA eſt. *Denique.* [k] Tunc ceſſabunt preces, oblationes, Sacramenta. * Luc. 1. Filius hominis cum venerit, putas inuenerit fidem in terris? [l] ſignificat defectum, & paucitatem in hominibus qui in nouiſsimis reperientur in terris viui.

[i] *Aquinas in hunc locum.*
* *Apoc. 9.*
[k] *Bellar. lib. 3. de cultu Sanctorum. cap. 4. §. Ex his.*
* *Luc. 1. 8.*
[l] *Ianſenius Concord. in eum locum.*

Obiectionis ſolutio.

Aduerſarius. [m] Latens illa Eccleſia (quam Proteſtantes fingunt paulò antè Lutherum extitiſſe) vel fidem ſuam profitebatur, vel non: ſi profitebatur, non erat latens, ſed manifeſta: ſi non profitebatur, certè Eccleſia Chriſti non erat. Confeſsio enim fidei, ex ipſorum Sententia, eſt nota Eccleſiæ, qui vero non confitetur fidem, ea in corde retenta, exterius profitetur perfidiam. Rom. 10. Ore confeſsio fit ad ſalutem; *In eodem argumento* * *Poſſuanenſes quoque vehementer exultant, tamque hoc illis videtur eſſe Achilleum, vt* * *Bellarminus illud rurſus repetat, atque inculcet. quibus ſi reſpondeas, aliam eſſe profeſſionem occultam, aliam publicam, Conſequentiæ vis nulla erit: hanc verò diſtinctionem veram, & neceſſariam eſſe probabimus. primò, exemplo veteris Teſtamenti. Aduocatus.* * Elias ſic queritur apud Deum. 3. Regum. Ego, inquit, relictus ſum ſolus. SOLVS, id eſt, cultor vnius Dei: ita dixit, quia alij NON ita MANIFESTABANT ſe eſſe veros Dei Cultores; ſed reſpõſum tulit,

[m] *Bellar. lib 3. de Eccleſ. Milit. cap. 13. §. Denique. Dilemma Bellarmini contra Eccleſiam latentem.*
* *Thes. 37.*
* *Lib 4. cap. 5.*
[n] *Aquinas Comm. in Rom. 11. Dilemmatis ſolutio.*

extitisse iam septem millia, qui cultum Dei minimè deseruerant. *Fingamus Eliam iam eodem modo cum Deo contendisse. Itanè vero omnipotens Deus? tot sanctissimorum virorum millia in spelunca abstrusi latitarunt, nondum vel mihi fideli Prophetæ tuo, vel persecutoribus suis infestissimis cognita?* Aut exterius fidem suam profitentur aut non: si non, *cur eos seruos tuos nominas? si sic, suam ipsi prodiderunt perfidiam. Consequentia, igitur, illa tua adhuc attenda non est, ne similis hoc. aut Dei seruos impietatis insimulemus, aut Ipsi tanquam serui impij Deum ipsum mendacij. Secundo, vestrum argumentum ex concessis vestris retorqueo.* [a] Quemadmodum Ecclesiæ Romanæ pars hodierno die in Anglia, vbi nullum publicum regimen tenet: ita tota Ecclesia sè habebit in tempore Antichristi: nullum erit publicum Sacramentum, omnis externa communicatio cùm Ecclesiâ cessabit, sed, vt sol, obnubilata latebit. *Sacerdotes, & Iesuitæ, qui nunc in Angliâ, & Romanæ Ecclesiæ negotijs præficiuntur, vel publice fidem suam profitentur, vel non: si sic, cur hominum secularium habitibus, & ficlis nominibus in Cryptis absconditi religionem dissimulant: si non, dum in lucem non prodeunt, suam produnt perfidiam? Aduersarius.* [b] Si aliqua fuisset Lutheranorum latens Ecclesia ante Lutherum, prædicante Luthero, mox cognoscere Socios suos, & ad eos currere debuissent, etiam non vocati, at non ita factum est. *fallitis. Aduocatus.* [c] NEC SOLVS hoc seculo Lutherus prodijt, sed etiam MVLTORVM AGMINE, seu quodam satellitio stipatus, processit, qui illum tanquam Ducem primo spectasse videntur, vt illum deinceps sequerentur. Illi enim STATIM adhæserunt Philippus Melanchthon, Conradus Pellicanus, Lumbertus, Fabricius, Capito, Osiander, Sturmius, Martinus Bucerus. *Nec tamen necesse habemus ad hoc, de latente Ecclesia, responsum recurrere: veram fidei amplitudinem sic definimus.* [d] Fides Catholica: hæc vox Græca, Catholica, sonat Latinè quod VNIVERSALIS, quæ tamen non sic dicitur, quod VNIVERSI eam teneant, sed quod EAM HABERE TENENTVR, nec enim fides nostra

[a] *Rhemenſ. Valent. Ribera Ieſuitæ ſuprà.*

[b] *Bellar. lib. 3. cap. 5. §. Præterea ſi.*

[c] *Alphonſus de Caſtro Epiſt. num. 4. in lib. aduerſ. hæreſ.*

[d] *Æneas Sylvius de geſt. Baſil. lib. 1. fol. 7.*

[d] *Huius nominis Catholicæ Eccleſiæ luculenta interpretatio.*

noſtra deſinit eſſe Catholica, quod quam plurimi eidem aduerſantur. Quid enim *(inquit Apoſtolus Rom. 3.)* ſi quidam illorum non crediderunt, num eorum infidelitas fidem Dei euacuabit? imò [f] VEL VNA PROVINCIA, ſi retinet veram fidem, verè, & propriè diceretur ECCLESIA CATHOLICA. *Patroni ſunt in hac cauſa Patres ferè omnes, quorum aliquot teſtimonia ex Aduerſariorũ ore producta accepimus, qualia (nè forte deſiderentur) hæc eſſe poſſunt:* * Eccleſia eſt Sol, & Luna, & Stellæ; quando Sol obſcurabitur, Luna non dabit lucem ſuam, Stellæ cadent de cœlo, ECCLESIA NON APPAREBIT, Impijs tunc eam perſequentibus vltra modum. * Sicut LVNA ortus ſuos, & DEFECTVS habet FREQVENTES, SIC ECCLESIA, quæ à Chriſto lumen ſuum mutuatur. *Denique, vt in hanc nota notemus Hæreticam quadam iactantiam.* * Imperator Adrianus ſic cum Liberio Epiſcopo Romano diſputabat contra Athanaſium: hoc ORBIS TERRARVM, inquit, comprobauit, quota tu pars eſt ORBIS TERRARVM, qui pacem ORBIS diſſoluis? *Ecquid contra Arianos Liberius reſpondere potuit? vt non idem reſponſum Luthero de Eccleſiæ amplitudine conueniret, nimirum.* * Quæſtio eſt, qui fit vt Orthodoxi non ſint alijs numero pares? Reſpondeo dictum eſt de Orthodoxorum numero, PAVCI, ELECTI, & ANGVSTA PORTA.

Rom. 3.

[f] *Bellar. infrà.*

Patres.

* *Auguſt. Epiſt. 88.*

* *Ambroſius exham. lib. 4. cap. 8.*

* *Theodoretus lib. 2 hiſt. cap. 16.*

* *Iuſtinus Martyr quæſt. 1. in Reſp. ad Orthodox.*

CAPVT. XVII.

Nota quinta.

[a] Nota quinta eſt ſucceſsio Epiſcoporum.

[a] *Bellar. li. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 8.*

Quæſtionis Status.

Aduerſ. [b] Duo requiruntur, vt aliquis legitimè ab Apoſtolis deſcendiſſe dicatur: vnum eſt ſucceſsio: alterum Ordinatio; quantum ad ſucceſsionem requiritur, vt ſuccedatur alicui Apoſtolo, vt Polycarpus Ioanni: Omnes, qui non

[b] *Ibidem.*

per legitimam ſucceſsionem, & ordinationem deſcenderunt, fures ſunt, & Latrones. *Primò de parte prima: Succeſſionem diſtinguimus, aliam doctrinæ, aliam perſonæ: illam Proteſtantes, hanc Pontificij oſtentant.*

Hæc perſonalis Succeſſio quantum, vel ad Romanam Eccleſiam probandam, vel ad Eccleſiam Proteſtantium infirmandam valeat, videamus.

Theſis.

Aduerſar. [c] Quinta nota eſt ſucceſsio Epiſcoporum in Romana Eccleſia, ab Apoſtolis deducta vſq; ad nos. [d] Auguſtinus hoc firmiſsimo argumento vſus eſt: Tenet me, *inquit*, in Eccleſia legitima Sacerdotum ſucceſsio. Præterea Irenæum, & alios Patres, qui hac nota Eccleſiam veram demonſtrari voluerunt. [e] Hac notâ Cyprianus, vt argumento firmiſsimo, vſus eſt ad veram Eccleſiam oſtendendam. [f] Si non eſt Eccleſia vbi non eſt ſucceſsio, tum ſequitur hic (*Romæ*) eſſe Eccleſiam, quia hic eſt ſucceſsio. *Argumenti forma (ſi quis eam contexere velit) eſt huiuſmodi.* Vbi non eſt ſucceſsio, non eſt Eccleſia: ſed Romæ eſt ſucceſsio; ergo, Romæ eſt Eccleſia. *Hic, ex altera præmiſſarum negatiua, affirmatiua infertur Concluſio; Error vel à pueris, non ratione, ſed irriſione refutandus: quantum ad materiam propoſitionis maioris.* Vbi non eſt ſucceſsio, non eſt Eccleſia. *Noſti eam eſſe infirmam. nam.* Notandum eſt, *inquis: perge, beneuolum enim habes Lectorem. Aduocatus.* [g] Notandum eſt, hoc argumentum, à legitima Succeſsione ductum, NON NECESSARIO PROBARE, ibi eſſe Eccleſiam, vbi eſt ſucceſsio: Sed præcipuè ad probandum, ibi non eſſe Eccleſiam, vbi non eſt ſucceſsio. *Quis putaret Theologum quemquam diſputando tam inſigniter impingere, vt eius argumentandi formam, vel quiuis puer, materiam Autor ipſe refellat? Succeſſionis notam, qua Valentianus Ieſuita, ceu argumento* firmiſsimo *& Bellarminus Ieſuita* euidentiſsimo Eccleſiã demonſtrari, *dixit; hæc Bellarmini notatio expunxit.*

[c] *Bellar. quo ſuprà cap. 8. in principio. Valent. Ieſuita Alalyſ. lib. 6. cap. 13.*

[d] *Bellar. quo ſuprà. §. Sed vt.*

[e] *Ibi tem. §. Reſpondeo vel. Bellarmini inſulſa ratio argumentandi.*

[f] *Bellar. ibid. §. Dico ſecundò.*

in

in quo nemo non facilè notabit, Succeſſionem Epiſcoporum non eſſe propriam notam Eccleſiæ.

CAPVT. XVIII.

Prima Hypotheſis.

Aduerſarius. [b] Sed Argumentum à Succeſſione adducitur præcipuè ad probandam non eſſe veram eccleſiam, vbi non eſt ſucceſſio, atque hoc argumento euidenter probatur non eſſe veram Eccleſiam apud Lutheranos. *Quamobrem?* [i] Succeſſio doctrinæ non poſſit à perſonali ſucceſſione ſeparari. *Reſpondeo. Primò, theſin eam eſſe falſam. Secundò, vt veram eſſe concedamus, ſequetur Romanam non eſſe veram Eccleſiam. Tertiò, abſq; ſucceſſione perſonæ, ipſam doctrinæ ſucceſſionem debere ſufficere. primùm, quia hanc notam vel etiã negatiuè non tenere antiquitatis exemplа plurima demonſtrant. Aduoc.* [k] Templa ſæpe AB HAERETICIS occupabantur cum Catholici in cryptis, & deſertis verſabantur. [l] Photius homo PROFANVS Ignatio LEGITIMO Patriarchæ per autoritatem pſeudo-Synodi ſubſtitutus erat. [m] Legere eſt egregiam Catholicorum ab exilio reuerſorum, erga Arianos, quos in eccleſijs SVIS præfectos repererunt, animi moderationem, & humanitatem, qua, cum Alij, tum Eulalius Auenſenas SVOS EPISCOPATVS Arianis pari poteſtate adminiſtrandos conceſſerunt, modo Orthodoxam pietatem amplecterentur. *videsne hic ſucceſſionis ſeriem interruptam fuiſſe, & Hæreticis Catholicos quaſi poſtliminiò, ſucceſſiſſe? ex quibus duo hæc erunt conſectaria. Primum. Succeſſionem loci non eſſe notam Eccleſiæ: quia Photius Ignatio, videlicet Hæreticus ſuccedit Catholico. Secundum, non eſſe notam non Eccleſiæ, quia Athanaſius Ariano, Catholicus ſuccedit Hæretico.*

[b] *Bellar. quo iam ſupra.*

[i] *Stapl. de doct. princip. lib. 4. cap. 20.*

Nota ſucceſſionis non tenet negatiue.

[k] *Bellar. lib. 3. de cultu Sanctorum cap. 6. §. Ad quintum.*

[l] *Epiſt. Eſpenſ. com. in Tim. digreſſ. lib. 2. pag 290.*

[m] *Ibid. digreſſ. lib. 3. pag. 360.*

Secunda Hypotheſis.

Secundo loco probabimus hac notà Romanam Eccleſiam

commaculari magis, quam demonſtrari: quia huius Eccleſiæ ſucceſſio multis modis diſſoluebatur: primò per multas Hæreſes perniciosiſſimas. ſecundò per ſacrilegam Pontificum irruptionem, & interruptionem: tertiò per immane ſcortum. poſtremò per muneris Eccleſiaſtici nefandum contemptum: quæ omnia in Eccleſiæ iſtius capite inualuerunt.

Primò per Hæreſin.

Aduocatus. [a] Omnes Eccleſiæ patriarchales, per longa tempora Epiſcopos MANIFESTE HAERETICOS habuerunt. ac proinde INTERRVPTA eſt apud illos veterum Paſtorum SVCCESSIO. *hac ratione, qua tu Patriarchales ſedes oppugnas, veſtra Romana Cathedra labefactetur neceſſe eſt. quia.* [b] En Zephirinus PONTIFEX MONTANIZAT. [c] Liberius PONTIFEX erat HAERETICVS, nec legitur conuerſus ad fidem. [d] Indignus, qui in Catalogo Pontificum numeretur. [e] fuit COELESTINVS Papa NESTORII hæreſi infectus. [f] Bene igitur legitur, eum diuino fulmine percuſſum, atque à Deo depoſitum fuiſſe. [g] PAPA Honorius erat MONTANISTA QVEM plures Synodi, & tres PAPAE hæreſis damnabant. [h] Cœleſtinus Pontifex NON VIDEO quomodo poſſit ab Hęreſi excuſari. *hos & alios Pontifices, etiam vt Pontifices hæreſibus perniciosiſſimis infeſtos ius legitimæ ſucceſſionis iamdiu ſæpè grauiter perrupiſſe claſſis propria in Tomo proximo multis argumentis euincet.*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 4 §. Adde vlt. Hæreticis nemo vitè ſuccedit. Papæ permulti Hæretici.*
[b] *B. Rhenanus in argumen. in Tert. aduerſus Praxeam.*
[c] *Compilatio de Liberio.*
[d] *Platina de eius vita.*
[e] *Valla declam. de falſa donat. Conſtant.*
[f] *Cardinal. Turrecremata de Anaſtaſio.*
[g] *Melchior Canus locis Theol. lib. 6. cap 8 pag. 213.*
[h] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. de Hæreſ. cap. 4. fol. 7.*

Secunda Deprauatio in illegitimo modo ſuccedendi cernitur.

Aduerſarius. [i] Nulla ſchiſmata legitimam vel doctrinæ, vel Pontificum ſucceſſionem interruperunt. *de interruptione doctrinæ diximus, de perſonis dicamus. Aduocatus.* [k] Non ſuccedit, niſi Epiſcopis defunctis, legitimis Epiſcopis DETRVSIS NEMO POSSIT SVCCEDERE. *eſt hoc veriſſimum*

[i] *Coſterus Ieſuita Apolog. par. 3. ca 6. §. nulla.*
[k] *Bellar. quæ ſuprà cap. 8. §. Deinde.*

rissimum. disputationis ergò addamus & illud tuum. [a] Nullus Pontifex possit iure vllo coactiuo deponi, siue politico, siue Ecclesiastico. *nunc fer tu legem quam fers, & attende:* nam. [a] [a] Constantinus Papa EIICITVR, Stephanus tertius SVFFICITVR. Leo octauus à Christophero in VINCVLA conijcitur: ipse Christopherus sedem OCCVPAT, Papa salutatur. Ioannes Vigesimus-quartus fugam arripit, capitur, DAMNATVR MERITÒ, quo è Pontificatu ejecto Oddo Pontifex CREATVR, Cœlestinus doctis Dolis à Bonifacio delusus se Pontificatu ABDICAT, ipse Bonifacius Pontifex CONSTITVITVR. *Conclude tandem. Aut igitur Prædecessores istos iure depositos fuisse, aut Successores legitimos iamdiù sedi Romanæ Defuisse. arctius hoc premam.* [b] Nicolaus Pontifex legem tulit, vt quisquis non Canonicà Electione in Thronum Petri ascendit, is non Apostolicus, sed APOSTATICVS habeatur. [c] Romanus Pontificatum VI, Christopherus MALIS artibus, Bonifacius DOLO, ac fraude, Syluerius secundus arte MAGICA & opera DIABOLI, Formosus SIMONIA, Martinus secundus quoque MALIS ARTIBVS, Pontificatum adepti sunt. & [d] Plerique olim Pontifices per summum DEDECVS, ad summum decus peruenerunt. *Ergo Pontifices multi legem Successionis improbè violarunt.* [e] Qui autem non fideliter introiuit, neque per Christum, quidni infideliter agat, & contra Christum? *vt Bernardi verbis vtar. De Scismate pontificum plura accipies, nota 7.*

[a] *Bellar. lib. 2. de Romano Pontifice cap. 26 & lib. 2. de Conc. cap. 18.*

[a] *Platina in eorum vitis. Cathedræ Romanæ violenta & fraudulenta possessio.*

[b] *Platina de vita Nicolai secundi.*

[c] *Platina de horum Pontificum vitis.*

[d] *Picus Mirand. in Epist. ad Leonem. de reformandis moribus. Tract. 4.*

[e] *Bernard.*

CAPVT. XIX

Tertia deprauatio: vbi succedit scortum, successionis series turpissime violatur, at nobilissimum Scortum Ioannam fœminam illam Cathedram tenuisse fertur.

ADuersarius. [a] Dico hanc fabulam esse de Ioanna fœmina, quæ fingitur sedisse anno 850. quamque nobis Protestantes

[a] *Bellar. lib. 3. de Romana Pontif. cap. 24.*

Proteſtantes impudentiſsimè obijciunt. Martinus Polonus, quem teſtem proferunt, erat Scriptor recentior; nullus antiquorum huius Papiſſæ meminit. Polonus igitur teſtis eſt parum idoneus, homo plenus fabularum. *quidni idoneus? an quia Scriptor recentior? nil refert, modo eius teſtimonium Antiquitatis ſuffragio nitatur. Aduocatus.* [b] Hæc quæ ſcripſi ex ANTIQVORVM ſcriptis accepi. *eſt etiam vbi tu Polonum tanquam idoneum, imo neceſſarium teſtem tibi ſeriò vendicas.* Martinus Polonus de Gregorio 7. Roman. Pont. HONORIFICE SCRIPSIT *bene habet. Polonus cum Pontificis Romani nomen exornat, vt teſtis fide dignus producitur: cum Pontificis turpitudinem notat, plenus eſt fabularū. Enimuerò ſi hæc fabula eſt, plures tu antiquos Hiſtoriographos fabulatores facies. Aduerſarius.* Quod fabula ſit, probatur ex ipſa narratione, in qua Autores ipſi mirabiliter pugnant, & qui de ea ſcribunt, Autores recentiores fuerunt, cum tamen fuerunt hiſtorici alij, non ſolum Latini, ſed etiam Græci, qui ante Polonum ſcripſerunt, & hiſtoriæ huius mentionem nullam faciunt. *Ratio vtraq; inepta. prima, vel te teſte. Aduocatus.* [c] De tempore Petri, quando primum Romam venerit, & quis ei primus ſucceſſerit, MAGNA eſt inter AVTORES DISSENSIO, NEC tamen dubitandū eſt, an Romæ fuerit, *Ergo aut non rectè improbas Ioannam fœminam pontificibus veſtris ſuccecisſe, aut Petrum præceſſiſſe non ſatis accurate defendis. altera ratio paulo iniquior, quod teſtes peregrinos iuratis & planè domeſticis opponis, & illorum ſilentium horum teſtimonio diſertiſſimo anteponis. Catalogum teſtium noſtrorum recognoſcite, vel potius veſtrorum. Aduocatus.* 1. Tempore gignendi ad proceſſum ſcanditur vico ſtendi, PAPA cadit. 2. Marmorea ſtatua propter rei perpetuam memoriam erecta eſt. 3. Pontificatum, morum, & doctrinæ preſtantia comparatum, INFAMI PARTV defuncta reliquit. 4. MVLIER ſexum mentita virilem in partu moritur. 5. IMPREGNATA in proceſſione pergens peperit, & moritur. 6. En -- triplici Phrygiam diademate mitram extollebat apex, & Pontificalis Adulter. 7.

Hæc

De Ioanna papiſſa.

[b] *Martinus Polonus in lib. à Bellar. citato. Bellar. Polonum teſtem recipit, & reſpuit.*

[c] *Bellar. lib. 4. de Rom. Pontif. cap. 13. ad finem*

[d] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 24.*

[e] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5. Dilemma, quo Bellar. neceſſariò inuoluitur.*

[1] *Guilhel. Monachus in lib. Rhithmico.*

[2] *Antonius Archiep. Florentinus part. hiſt. 2.*

[3] *Valerius, Anſelmus in chron.*

[4] *Cranzius Decanus in Catalogo Pontificum*

[5] *Faſcic. Temp. cuius Carthuſ. quidam author. extitit. fol. 66.*

[6] *Baptiſt. Mantuanus.*

[7] Hæc, quod MVLIERIBVS negatum est, contulit sacros ordines, promouit Episcopos, ministrauit Sacramenta, nec irrita sunt eius facta, communi errore faciente jus. & credo Ecclesiam tunc coactam fuisse multa dissimulare, quæ religionis rigor aliter non tulisset. [8] Multi hanc historiam propter rei FOEDITATEM omiserunt. [9] Hæc ego de illa scripsi ne omisisse videar, quod OMNES ferè AFFIRMANT. *De* [10] *Polono Monacho antè accepimus. taceo de hac Ioanna mirimè tacentes vt* [11] Sigebertum Monachum, [12] Marianum Scotum, [13] Bergonensem familiæ Eremitarum, [14] Ioannem Stellam Veneti Sacerdotem, [15] Nauclerum Cardinalem Tubigensem, [16] Ioannem Lucidum, [17] Baptistam Ignatium, [18] Balæum, [19] Antonium Sabellicum, [20] Ranulphum, [21] Franciscum Petrarcham, [22] Boccatium, [23] Matthæum Palmerium, [24] Trithemium Abbatem. *Hos ego testes tantùm numero; tu pondera, & singulos ferè aut Episcopos, aut Monachos, aut Abbates, omnes (vt opinor) Pontificiæ Religioni addictissimos fuisse reperies. postremo vna rima vestra occludenda est, per quam vllus euadere.* [1] *Aduersarius:* Obijciunt nobis Protestantes statuam parturientis Pontificis, at hoc fabulosissimum; Si statua (inquit noster Bellarminus) huius Ioannis esset, Mulierem cum Infantulo recens nato repræsentâsset: sed Imago neque Fœminam retineret, neque Infantem in sinu gestatum, sed puerum satis magnum, & quasi præcedentem famulum; quarè conijciunt quidam, fuisse statuam cuiusdam Episcopi Sacerdotis parati ad sacrificandum, quem Minister suus præcedabat. Instat verò Iunius. Statuam illam nostra memoria remouerunt Oratores antiquæ veritatis. Respondeo imò amatores; sicuti sublatæ sunt mendaces illæ, de Sancta Leone, manum sibi, ob prauum carnis motum, abscindente; picturæ. *Hic Aduocato nobis non est opus, quia hæc Responsio videtur planè secum ipsa confligere. nam in statua illa: vel ea fuit fœminæ puerperæ similitudo, vt*

[2] *Cornel. Agrippa lib. de vanit. Scient. cap. de Secta Monastica.*
[3] *Raphael Volaterranus in Comm. suis Pontif. Rom. dicatis lib. 22.*
[4] *Platina de ita ac Ioanne in lib. Pont. Romanorum in vita Ioha. 8.*
[10] *Polonus sup.*
[11] *Chron. ad annum 874.*
[12] *Qui contubernio Benedictinorum mortuus. Cron. lib. 3. ad annum 874.*
[13] *In supplemẽto Supplementi.*
[14] *Libro de vitis Pontif.*
[15] *In suis Cron.*
[16] *In sua Cron. Abbati dicato de emendat. temp. li 8. pag: 61.*
[17] *Lib. 7 cap. 3.*
[18] *In hist sua.*
[19] *In sua Aeneade lib. 1.*
[20] *In Polycron. lib. 5. cap 32.*
[21] *In libro Italicè scripto.*
[22] *Lib. de claris mulieribus.*
[23] *Continuator Eusebij & Prosperi.*
[24] *Analys. in vita Lutprandi primi.*
[1] *Seravius Iesuita in lib. 1. de rebus Moguntinis.*

fabulam esse conuinceret: si hoc, cur verum mendacij argumentum è loco publico sublatum esse voluistis? sin illud, cur antiquæ repugnatis veritati? aut igitur imprudens admodum staturæ ablatio fuit, aut impudens formæ negatio: id quod verisimilius appareat, quia Coniectores vestri subtillissimam illam Sacerdotis, etiam sacrificantis, imaginem fuisse fateri coguntur.

CAPVT XX.

4. *Deprauatio: Qui præcipuum Pastoris munus, prædicandi officium, excutiunt, non sunt Apostolorum Successores legitimi: at Pontifices omnes hoc prædicandi munus iamdiù prorsus contempserunt, & Episcopi alij vix rarò illud exercuerunt.*

A*Duersarius.* [a] Satis est, si ista curent ab alijs præstari. [b] Etsi Pontifices non concionantur: tamen multos alios pastorales actus exercent, ligant, soluunt, controuersias iudicant, Episcopos creant, & quod per se concionando non faciunt, faciunt per alios. *Dogma ab antiquorum Pontificum exemplis, ab antiquorum Patrum suffragijs, ab Antiquitatis præconijs, denique ab authoribus vestris refutatum atque damnatũ. Primo (quia contra Iesuitam imprimis valebit Iesuitæ alicuius autoritas.) Aduocat.* [c] Notarunt Hieron. in cap. 4. ad Ephes. & Augũst. Epist. 57. propterea Paulum non distinxisse Pastores & Doctores: quia omnis Pastor DEBET DOCERE: & nomen Pastoris significat actionem PERSONALEM, sicut nomen Medici. Itaque sicut nemo potest per alium curare, ita NEMO potest suas oues PER ALIVM pascere. NEC quicquam valet reponsio communis. [d] SATIS esse PER VICARIVM laborare, quia secundum eandem regulam, satis esset manducare per Vicarium, quia scriptũ est. Qui non laborat, non manducet. de diuino iure multa sunt testimonia in sacris literis, vt Num 12. Excubare in custodia Tabernaculi. Nemo autem potest excubare, nisi præsens. Christus etiam describit

[a] *Bellar. lib. 3. de Rom. Pont. cap 24.*
[b] *Idem lib. 1. de Rom. Pont. cap. 14. Muneris pastoralis contemptus delicatissimus.*
[c] *Maldonat. Iesuita Summula. qu. 10. Articulis. 3. 5. 6. Tenetur Episcopus interdum per se docere.*

describit nobis Pastorem notis suis inter alias. vt Oues suas COGNOSCAT, & illæ audiant vocem ILLIVS; at nec ille eas cognoscere, nisi præsens, nec illæ, nisi præsentem, audire possint. *Nec mirum, cum præsertim* [d] Christus Dominus, * Math. 28. Apostolis & eorum Successoribus Episcopis mandat. * ITE DOCETE & D. Paulus, * 1. Cor. 1. Misit me Dominus Euangelizare non Baptizare. Id est, PRAECIPVE me misit ad PRAEDICANDVM, non autē ad administranda Sacramenta: tamen prædicare possunt per alios; nisi legitimè impediantur, quia præceptum prædicandi affirmatiuum est, cuius obligatio non vrget pro omni tempore. *Verum hoc quidem est: veruntamen vt nullo tempore vrgeat, nec per multas annorum centurias in Ecclesia in vsu sit (nisi quia vsitatum) monstrum videtur: Exempla sunt in promptu.* [e] Fuerunt ANTE HAEC TEMPORA sanctissimi Patres, qui singulis dominicis ad Populum HOMILIAS declamitarunt, extant enim ad hunc diem eorum conciones: Quòd si in RECENTIORIBVS culpa fuerit, &c. *addit.* Non ea culmini Apostolico merentur imputari, sed ijs qui negligunt munus hoc obire, tam sibi, quàm suis opprimè frugiferum. *Esto. ij tamen Pastores non sunt, qui proprium, & necessarium Pastoris officium excusserunt.* [f] Leo primus sibi liberum esse negauit TACERE, aut fidelibus populis sermonis officium subtrahere. Absq; tintinnabulis, inquit, * Gregorius, nec sancta ingredi Pōtifici licebat, nec Antistitis nomen possidere. Audiatur, ait Dominus Mosi, SONITVS, quando ingreditur, & sonitu PRAEDICATIONIS incedit. Gregorius primus, Innocentius secundus, & tales alij Romæ Episcopi, ijdem & ECCLESIASTAE fuere. *Hæc de antiquis Episcopis Episcopus nunc Patres loquantur.* [h] In 1 Tim. 3. Apostolus Episcopum διδάκτικον εἶναι. de quo loco Chrysostomus, & Oecomenius, hoc, inquiunt, adiecit Apostolus, quod est Episcopo PROPRIVM, aptum esse ad docendum: & Hieronymus, si quis, inquit, plebem sibi subiectam non instruit, nec Apostolus, nec Propheta, nec Episcopus, NEC

* *Math. 28.*
* *1. Cor. 1.*
[d] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 9. qu. 1. punct. 3. idem quoque ijsdem ferè verbis Bellar. lib. 3. de Rom. pont. ca 24 §. Adde.*
[e] *Episcopus Rossensis. Art. 32. aduers. Luth.*
[f] *Idem ibidem. Veteris Pontifices prædicandi munere studiosè fungebantur.*
[g] *Episc. Espensæus Comm. in Tit. 1. & in 1. ad Tim. digress. lib. 2. cap. 2.*
* *Epist. 24. Concionandi necessitas.*
[h] *Idem Espensæus ibidem.*

PASTOR, est appellandus. Canon Apost. 58. Episcopus non docens DEPONATVR: HAS claues docendi, & Sacramenta administrandi, Omnes Sacerdotes in B. Petro accepisse magna libertate docet Ambrosius. Origines: si quis vult esse Pontifex, non tam vocabulo, quam merito, non discedens de tabernaculo Domini, id est, meditandis Scripturis populum doceat. *Hæc idem vester Episcopus, & multa alia ex Patribus copiosè in hanc sententiam. Primò Autores vestros testes appello.* [i] PROPRIVM est Pastoris officiū docere. [k] Doctor est qui SCIT docere, & ACTV docet plebiculam suam. [l] Pontifex Pius Secundus indoctum Episcopum ASINO comparabat. [m] Ad Prælatos ex officio spectat docere populum. Petro dictum erat. Pasce oues: quis autem verior pastus, quam verbum Dei? *Redeo ad Hypothesin, vestros semper nolle, sæpe non posse docendi muneri satisfacere. Primum.* [n] Obseruent hinc mitrati Episcopi: debent haberi notitiam vtriusque Testamenti, in cuius signum portant mitram in Capite, duplici cornu. [o] Cauendum est nè illud impleatur: Paruuli petierunt panem, & non erant, qui frangerent ijs, Hiero. 4. QVOTVS QVISQVE Prælatorum maiorum, minorumue populum suum docere videtur? certè *(attendite)* ex NOSTRATIBVS EPISCOPIS (qui Tridenti pars aliquota fuerant, vbi prædicandi munus Prælatis, tanquam PRAECIPVVM officium impositum est) nemo per se docet: ludimus in re seria? an potius decretorum specie reformationem poscentibus illudimus? Noui ex illis, qui se ad istam docendi seruitutem (generosi scz.) se teneri præfractè negant: res nobis est cum ijs, quibus nulli magis Concilia, Patres, Ecclesiam clamitant, & tamen functionem suam MAXIME sibi PROPRIAM, & necessariam, DOCTRINAM abijciunt; hos posim quæstionibus, tanquam tormentis vexare: sed obtundis, inquiunt, tametsi intelligimus; neque obtinebis vt Episcopi, quas Theologastris, & fraterculis libenter concessimus, CATHEDRAS rursus conscendamus, VICARIA diligentia contenti erimus.

[i] *Aquinas Comm in 1. Tim. 3.*
[k] *Catharinus.*
[l] *Platina de vita Pij 2.*
[m] *Alphonsus de castro lib. 1. aduers. Hæres. cap. 13.*
[n] *Lyranus in Math. 3.*
[o] *Episcopus Espenseus loris ex eo suprà allegatis. Cura pastoralis præsumit à Recentioribus Episcopis Romanensibus præsertim, præfracteque contemnitur.*

Diligentia Vicaria multis exitiosa esse solet.

mus. *Bene est, sed hac lege.* [p] Qui per alium munere prædicandi suo defungitur, habebit salutem Vicariam, sed pœnam personariam: ibit ille in Gehennam per se, in Paradisum per alium. *De* NOLLE *constat, de* POSSE *videamus.* [q] Paulus secundus: ab omni doctrinæ genere remotissimus erat. [r] Non concionantur Pontifices multi, ita torporis ocio à lectionis gratiâ secludüntur: vt quid doctrinæ subditis gregibus exhibeant, Præcones non inueniant, & Dei verbi fame populum perire sinant. [s] Olim PORTENTI instar habitum fuit, si pro Episcopo haberetur, qui non etiam re ipsa verum, & PROPRIVM Episcopi munus exhibuisset; quod hodie plusquam Monstri loco habetur si quis exhibeat: quos cum temporum natura, Scriptura, Ecclesia, Concilia, Pontifices, Patres, Cæsares, Superi, Inferi accusent, damnentque. Quis est qui absoluat? *Quid tandem?* [t] Ingenuè fateor, si Petri successores eodem modo vsi fuissent potestate sua, quo Petrus; nemo Christianus eam impugnâsset. *Ergo Episcopi vestri non possunt Episcopalem Petri Cathedram sibi vendicare.*

[p] *Anonymus quidam.*

[q] *Platina de eius vita.*

[r] *Episcop. Lspensæus Comm. in 1. Tim. 3.*

[s] *Iohannes Ferus Comm. in Matth. 16.*

[t] *Iohannes Ferus Comm. in Matth. 16.*

CAPVT XXI.

Secunda pars huius notæ est Ordinatio.

[a] SEcunda pars successionis est ORDINATIO. *Primò de Thesi: aio non esse omni-modò veram: tum quòd Hæretica Ecclesia hanc notam prætexere solet, tum quòd Catholica non possit eam perpetuò demonstrare. Primùm Aduocatus.* [b] Nota quartò antiquos HAERETICOS CONSVEVISSE, vt plurimum, Ecclesiam imitari in ordinatione Episcoporum vt patet ex * Cypriano, & ex * Augustino. *atq; etiam* [c] In Episcopo Hæretico manet potestas conferrendi ordines, quia facit nomine, institutione, & autoritate Christi: ideoque ab Hæreticis Episcopis ordinati, & ad Ecclesiam redeuntes, non iterum ordinantur. & tenent aliqui Hæreticos Episcopos potestatem quoque Iurisdictionis,

[a] *Bellar. quo suprà cap. 8.*

[b] *Bellar. quo supra §. Nota quartò*

* *Epist. lib. 1. 3.*

* *Epist. . 65.*

[c] *Aserius Iesuita, lib. 8. Instit. Cap. 19. quamuis addat suum. Sed ego puto.*

nis non amittere. *ergo publica Ordinatio Catholicis cum Hereticis est communis, vel opinione, vestra, non selum* opinione ipsorum. *secundò, hanc notam non satis nobis innotescere, argumentum Protestantium non obscurè euincit. Aduersarius.*

[b] *Bellar. lib. 3. de notis Eccles. cap 10. §. Secundò Dico.*

[a] Obijciunt: Quis certò noscere possit, qui sint veri Episcopi, & Presbyteri, cum id pendeat ab intentione Ordinantis, & Charactere inuisibili. Respondeo. duo sunt in istis considerandæ primum, quod teneant locum Christi, & quod ipsi non possint nos decipere in ijs, quæ necessaria sunt ad salutē; & hoc modo certi sumus certitudine infallibili, & in hoc non requiritur vel fides Ordinantium, vel character ordinis, sed solum, vt habeantur pro talibus ab Ecclesiâ: vt teneamus Ecclesiam esse conspicuam; hæc prima consideratio verè sufficit. Secundo modo, vt habeant potestatem ordinis, & Iurisdictionis: in hoc NON HABEMVS CERTITVDINEM, NISI MORALEM. hæc secunda causæ non satisfacit. *Quæstio est quomodo Ordinatio sit nota Ecclesiæ, aut quomodo mihi innotescat, hos esse Ecclesiæ Pastores ordinarios, respondes* quia sic habentur ab Ecclesiâ. *dum petis ab Ecclesia notam Ordinationis, non facis Ordinationem esse notam Ecclesiæ. putida ἀλογεία. secundò:* Id, inquis, infallibiliter nouimus, quia pro talibus habentur ab Ecclesiâ. *Et tamen,* [c] Notæ Ecclesiæ, *inquis*, quas afferimus, non demonstrant euidentiam veritatis, sed credibilitatis. *Quod quàm tu erudité responderis, vel Rustici viderint: namq, Thesin tuam tua inconstantia refutauit. De nota satis. iam de notatis.*

Ordinatio est nota ignota.

Aduersarius negatur.

[c] *Bellar. lib. 4. cap. 3. in principio.*

Hypothesis Secunda.

[f] *Bellar. 3. cap 8. Protestantium ordinatio illustratur.*

[g] *Possuanenses Iesuitæ Thes. 61.*

Aduersarius. [f] Ex hac nota, tanquam ex argumento certo dicimus Lutheranos non esse veros Ecclesiæ Pastores, quia Ordinationem legitimam nullam habent, nec successionem ab Apostolis: nullus eorum Episcopus ab Episcopo ordinatus erat, ergo carent autoritate ordinis, & Iurisdictionis. [g] Quis quæso Episcopus Lutherum Episcopum ordinabat:

ordinabat? quis Caluinum? *Quæstio hæc magni est momenti, rem absoluam paucis. Primò, Protestantes, qui primò Tyrannidem papalem excusserunt, cùm Sacerdotes fuerint, si quid boni inerat in Ordinatione Papali, hoc (vt in Baptismo) ad eos dimanasse probabimus: quia quam tu potestatem ordinis, & Iurisdictionis Episcopis tribuis, ea Presbyteris alijs omnibus iure Diuino competit. Adoucatus.* [h] Potestas Ecclesiastica duplex est, Ordinis scz. & Iurisdictionis: Potestas ordinis est in ordine ad corpus Christi verum scz. Eucharistiam: Iurisdictionis in ordine ad Christi corpus mysticum, id est regendam Ecclesiam: sed in potestate Ordinis non solum intelligitur potestas consecrandi Eucharistiam, sed etiam disponendi, et idoneos reddendi homines ad Eucharistiam, imò omnia gerendi quæ aliquo modo ordinantur ad Eucharistiam, vt est CONSECRANDI PRESBYTEROS, & alios ordines CONFERENDI, & VNIVERSA omnia Sacramenta administrandi, remittendi quoque peccata, & omnia tandem faciendi, quæ Alicui ratione alicujus consecrationis conueniunt; vnde potestas ordinis, potestas Consecrationis plerumque vocatur. *Si hæc potestas ordinis (vt hic vester Hispaniæ Doctor primarius definiuit) etiam in Presbyteris ius habeat Presbyteros ordinandi, tum profectò à Luthero, Zuinglio, & alijs Preybiteris, Presbyteri creati ordinis successione legitima non caruerunt, præsertim cum.* [i] Ordinis potestas est in omni Sacerdote, nec ab eo auferri potest. *Sic Iesuita vbi Iurisdictionis potestati tantum excommunicandi, absoluendi, dispensandi, indulgentiam conferendi ius tribuit: hoc posito, eos omnes, qui ordinis potestatem sunt nacti, ordinandi potestate, ex iure diuino, præditos esse, necesse est. Enimverò diligens cautio adhibenda est, quando Presbytero alicui Presbyterum ordinare liceat, sanè non in Ecclesia bene composita, sed in statu collapso, & deplorato, vt, nimirum, vos in casu necessitatis* Baptizandi *officium Laicis permittitis. sic* [*] In Alexandria, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consecret Presbyter. *Et vbi Episcopi in lupos degenerant, ibi Presbyteri antiquum suum ius consecrandi repetant. Antiquum*

Potestas ordinationis communis.

[h] *Franciscus de Victoria Relict. 1. de Potest. Eccl. Sect. 3. quæst. 2.*

[*] *De hoc infra cap. 30.*

[i] *Tolletus Iesuita in Instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 2.*

[i] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 5. quæst. 2. punct. 1.*

[*] *August. Quæst. 101.*

voco

voco, qui Episcopatum, & presbyteratum iure diuino idem esse confirmant. [k] Marsilius, [l] Gratianus, [m] Cardinalis Cusanus. *violanda igitur non sunt præscripta Maiorum, nec pro cuiusq; arbitrio temeranda. De hac quæstione vide* [*] *Infrà.*

[k] *Marsil. Patauinus. lib. 2. cap. 17.*
[l] *Gratianus.*
[m] *Cusanus de Concord. Cath. cap. 13.*
[*] *Infrà cap. 37.*

Altera Hypothesis.

[a] *Iesuitæ supra.* *Aduersarius.* [a] Ordinatio est nota Ecclesiæ Catholicæ, qua Romana demonstratur. *Nequaquam, sed defamatur, si vel ordinatos, vel etiam ordinationem vestram perpendere velimus. Illos. Aduocatur.* [*] Ioannes Octauus MVLIER, per duos annos, quod Mulieribus negatum est, CONTVLIT SACROS ordines. *et* [p] Eugenius, à sede Apostolica detrusus, SINE ELECTIONE rursus in sedem irrupit: ergo qui ab illo postea erunt ordinati, NON erant VERI EPISCOPI. *Audin'? non erant legitimi, & tamen procul-dubiò ab Ecclesia tunc pro legitimis habebantur. Deinde.* [q] Stephanus sextus Pontifex, tanto odio in corpus Formosi Pontificis mortui fæuiebat, vt digitos eius abscinderet; illos præsertim, quibus in CONSECRATIONE vsus est, & acta eius omnia dissoluebat. Stephano succesit Romanus, qui omnia Stephani Pontificis acta improbat, abrogatque. Post Romanum Sergius Pontifex creatur, causam Formosi restituit, dijudicans perperàm à Stephano factum: qui censuit eos ITERVM ORDINANDOS esse, quos Formosus ad sacros ordines asciuerat. Sergius Papa Pontificatum iniens acta Formosi improbat; vt necesse fuerit DENVÒ ad sacros ORDINES admittere eos, quos Formosus sacerdotali ordine dignos censuerat. sic isti Pontifices largitione, & ambitione Pontificatum quærentes, ipsi a Petri, & Majorum suorum VESTIGIIS DISCESSERANT. *Deinde,* [r] Liberius Pontifex HAERETICOS Arianos MINISTROS ORDINABAT. *Postremò.* [s] Tempore Ioannis 23. erant tres Papæ, NEC, quis erat legitimus Papa, facilè CONSTABAT. *Secundo loco Ordinationem ipsam examinemus.*

[o] *Agrippa supra.* *Aeneas Sylvius de gest. Conc. Basil.* *Legitima Ordinatio in Ecclesia Romana iamdiu ignotissima fuit.*
[q] *Platina in vitis horum Pontificum.* *In Ecclesia Romana ordinatio semper certa nota esse non potuit, cuius ratio dubia sæpè fuit, atque confusa.*
[r] *Bellar lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9. §. Post biennium.*
[s] *Idem ibidem cap 14.*

CAP.

CAPVT. XXII.

Ordinatio Pontificiorum inordinata proponitur.

Status Quæstionis.

[a] Forma Ordinationis in ijs omnibus, quæ Sacramenti ordinis rationem participant, est, vt per traditionem calicis & patinæ, cũ pane & vino, pronuncientur hæc verba. Accipe potestatem offerendi sacrificium. *quale verò?* [b] Propriè dictum Sacrificium Propitiatorium, pro viuis & defunctis. *Qualis hic ordo tamen?* [c] Minister noui Testamenti est propriè Sacerdos ordinatus secundum ORDINEM MELCHIZEDECH. *Nulla hic ferè vox occurrit, quæ non à veritate prorsus abhorreat. voces alias Tractatus alius: vnicum ordinem* Melchizedech, *hic vnus discutiet.*

[a] *Greg. Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 9. q 1. punct. 5.*
[b] *Bellar. lib. 2. de Missa. cap. 16. & c. 6. & 7.*
[c] *Idem ibidem lib. 1 cap. 16. & 25. Forma ordinationis Romanæ*

Aduersarius. [d] Argumentum Caluini tale est. Christus est Sacerdos in æternum. ergo Christo nulli substitui debent Successores, aut Vicarij: in hoc enim nouum Testamentum a veteri distinguitur, Heb. 7. quòd ibi multiplicabant Sacerdotes, quia MORTE PROHIBEBANTVR permanere; neque responderi potest, eos, qui nunc ordinantur Sacerdotes, non succedere Christo, sed Suffraganeos esse. nam Apostolus loco citato, non concedit vllorum Sacerdotum multiplicationem, nisi propter MORTEM præcedentium: Christus autem SEMPER viuit, & Sacerdos manet: ergo solus nunc fungitur sacerdotio sacrificandi, vel si multi sint in terris Sacerdotes, Christi Sacerdotium abrogatur. Respondeo nullus Catholicus affirmat Sacerdotes, qui sunt in Ecclesia, Christo succedere: quod autem sint Vicarij, & Suffraganei, vel potius Ministri Christi in Sacerdotio, secundum ORDINEM MELCHISEDECH non repugnat veritati, & æternitati sacerdotij Christi: Imo non potest Christus dici Sacerdos in æternum,

[d] *Bellar. lib. 1. de Missa, ca. 25. §. Quod autem. Idem planè Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 6. qu. 11. punct. 1. An quis post Christum Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Nullus Christo succedit, Bellar. aut. Ribera negat.*

niſi per Miniſtros ſacrificet: quia certum eſt, eum proprié, & per ſe non ſacrificare. *In duobus inſigniter falleris. Primum* Nullus. *inquis*, Catholicus *(quod eſt opinione tua, vir Pontificius)* affirmat Sacerdotes Chriſto ſuccedere. *Cum tamen in ſchola, et iam Ignatiana, huius dogmatis aſſertor reperiatur.*

* *Ribera Ieſuita Comm. in Heb. 7. Num. 72.*

Aduocatus. *SOLVS Chriſtus perfectus Sacerdos, Pontifices autem Romani, qui SVCCEDVNT, non aliud Sacerdotium habent, aut aliud ſacrificium offerunt, ſed participes ſunt ſacerdotij eius, & in memoriam ſacrificij eius offerunt. *Hic Ieſuita falſum docendo, verum tamen confitetur, videlicet: apud ſuos videri aliquem* Chriſto ſuccedere, *licet, fateor, proximus fuit Bellarmini error, quòd æternitatem ſacrificij Chriſti vult, non in perſona Chriſti functione, ſed in aliorum Miniſtrali officio, dum ait, a conſiſtere. error à B. Paulo diſerte refutatur.*

§ *Ribera ibid. Num. 66.*

§ Duplici ratione dicitur Chriſtus ab *Apoſtolo Sacerdos in æternum: quia, ipſe æternus eſt, nec moritur vt ALII SACERDOTES, qui DVM vixerunt, potuerunt hoſtias offerre, ſed MORTE impediuntur. At Chriſtus licet cum obtulit ſacrificium mortuus eſt, tamen reſurrexit, & iam viuit in ÆTERNVM. Secundò, non eſt finita virtus eius ſacrificij, cum eius morte, ſed NVNC etiam patri illud REPRAESENTAT, & res noſtras apud patrem agit, vt omnes electi vitam conſequantur æternam. propterea ait Apoſtolus: vnde ſaluare in perpetuum poteſt accedentes PER SEIPSVM ad Deum, ſemper viuens ad INTERPELLANDVM pro nobis. *Rurſus.* *Nemo poteſt negare *(quod tamen Bellarminus tuus negauit)* hoc pronunciatum: CHRISTVS NVNC IN COELO SACERDOTIS OFFICIO FVNGITVR apud Patrem pro nobis; vt Apoſtolus Ioannes probat: * Si quis peccat Aduocatum habemus Chriſtũ Ieſum. & Paulus Heb. 7. 23. Alij quidem plures facti ſunt Sacerdotes &c. id eſt: in lege non erant vnicus Sacerdos, ſed multi quorum (quia mortales) alter alteri ſuccedebat. HIC AVTEM, id eſt Chriſtus, quia ſemper manet, & viuit; ſemper eſt Sacerdos, ſemper habens Sacerdotium, & ſucceſſione non indiget.

* *Ibid. Num. 32.*

* *1. Ioh. 2.*

get. *Si igitur vos, cum eſtis Sacerdotes, mortis obnoxij, ordinationem veſtram ſecundum ordinem* Melchizedech *aſſertis, periit veſtra Succeſſio: quia,* [b] Ideò Melchizedech erat figura Chriſti (qui eſt Sacerdos in æternum); quia vt ait Theophylactus, & alij, NEQVE eius MORS narratur, NEQVE SVCCESSIO eius ſcribitur. *Sin ſucceſſionem vendicatis, periit veſtra ordinatio, quia, hoc (eodem teſte) ex eodem argumento Apoſtolico demonſtratur. Itaq; conſultius multò erit Proteſtantium ordinationem amplecti, qua non ſacrificandi, ſed prædicandi, & Sacramenta adminiſtrandi munus Miniſtriis proponit: munus, inquam, prædicendi, præſertim cum: officium* Sacerdotum in prædicatione & doctrina debet conſiſtere. [c] *Gratianus.* Officium Epiſcopo proprium. [k] *Aquinas.* & præcipuum. [l] *Valentianus Ieſuita.* & perſonale. [m] *Maldonatus Ieſuita.* Sine quo quis nec Paſtor eſt dicendus. [n] *Eſſenſeus.*

[b] *Ribera Ieſuita quo ſupra.* *Dilemma: quo probatur, non ſacrificos ſacerdotes vel a vera ordinatione, vel a vera ſucceſſione defeciſſe.*

[c] *Gratianus diſt. 38. cap. Ignorantia.*

[k] [l] [m] *hæc omnia ſupra cap. 20.*

CAPVT. XXIII.

Patrum Iudicium opponitur: Hos conſulamus.

Aduerſarius. [a] Cedant (inquit* Tertullianus) Hæretici, origines ſuarum Eccleſiarum, euoluant ordinẽ Epiſcoporum, & per ſucceſsionem ab initio decurrentem, an primus ille Epiſcopus aliquam ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris habeat autoritatem. *Certè Succeſſio perſonæ, cum adeſt, non eſt aſſeruanda: cum abeſt, modò nè deſit Catholicæ doctrinæ ſucceſſio, non eſt vehementiùs exigenda. ita vtraque ſe habet, vt illa ſit Pompa, hæc pugnæ aptior: teſte Tertulliano, cuius tu verba proxima calidè diſſimulas.* * Ipſa doctrina Hæreticorum, cum Apoſtolica comparata, de diuerſitate & contrarietate ſua pronunciabit: neque Apoſtoli alicuius eſſe ſuam eccleſiam, neque viri Apoſtolici quia ſicut Apoſtoli non ſũt contraria Apoſtolis; ita viri Apoſtolici non Apoſtolicis contraria edidiſſent, ita vt nihil promoueant, (*hæc nota igitur affirmatiuè non tenet*) LICET DICANT

[a] *Bellar. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 8.*

* *Tert. præſcript. 32.*

* *Videra. pag. 100.*

SE APOSTOLIS SVCCESSISSE ab alijs Eccleſijs, quæ licet NVLLVM ab Apoſtolis, aut Apoſtolicis autorem ſuum proferant: tamen (*Nec tenet igitur negatiuè*) in EADEM FIDE conſpirantes, non minus APOSTOLICAE deputantur, propter conſanguinitatem DOCTRINAE. *Aduerſarius.* [b] Etiam Auguſtinus: [*] Me tenet in Eccleſia à ſede Petri, cui paſcendas oues ſuas Chriſtus commendauit, vſque ad præſentem, Epiſcoporum ſucceſsio Sacerdotum. *Rectè, vbi doctrinæ ſucceſſio non deſideratur, alioqui.* [*] Siquidem VERITATEM, quam pollicemini, tam manifestè monſtrare poſsitis, vt in dubium venire non poſsit, PRAEPONENDA eſt OMNIBVS illis rebus quibus in Catholica tenęor. *Et rurſus.* [*] Quanquam non tam de iſtis documentis præſumimus, quam de SCRIPTVRIS ſanctis, quas Hæretici tam fugiunt, quàm Latro crucem. *Apud eos, qui epiſtolam fundamenti, id eſt, nouum Euangelium obtrudunt, notam ſucceſſionis exigit Auguſtinus: apud eos autem, qui Scripturas agnoſcunt, ſolis Scripturarum documentis ſe, & cauſam ſuam explorari voluit. Hanc notam repudiare, nota eſt Hæretici, qui Scripturas refugit (inquit Auguſtinus)* Vt latro crucem. *Patronos alios conſulamus.* [*] *Irenæus ſeipſum exponit:* [*] Iis Presbyteris obaudiendum eſt, qui cum Epiſcopatus ſucceſsione CHARISMA VERITATIS certum acceperint. *Quid ita?* [*] Succeſsio ſedis eſt nomine tenus Succeſsio, niſi FIDEI habeat veritatem. [*] NON CATHEDRAE, ſed religionis ſucceſsionem propriam exiſtimare debemus: nam qui eandem FIDEI DOCTRINAM profitetur, eiuſdem quoque throni particeps eſt: qui contrariam amplectitur, Aduerſarius quoque in throno cenſeri debet. *Certè, nam.* [*] Non habent hæreditatem Petri; qui FIDEM PETRI non habent. *Reddatis igitur nobis queſo Petri fidem, & vobis Petri ſedem non muiti largiemur: ſin minus, cognoſcite quòd,* [*] Eccleſia non in parietibus conſiſtit, ſed in DOGMATVM VERITATE. *Quare?* Parietes OMNES Eccleſiarum Hæretici poſsidebant: Eccleſia verò vera ibi erat, vbi FIDES vera erat.

[b] *Bellar. quo ſupra.*
[*] *Lib. contrà epiſt. Fundamenti cap. 4.*
[*] *Auguſt. ibid.*
[*] *Auguſt. epiſt. 163.*
[*] *Lib. 3. cap. 3.*
[*] *Lib. 4. cap. 43.*
[*] *Nazianzenus de laudibus Athanaſij.*
[*] *Idem in Orat. Baſil.*
[*] *Ambroſius lib. 1. de Pœnit. cap. 6.*
[*] *Hieron. in Pſal. 132.*

Patres

Patres Iudices ſequemur, & ſucceſſio fidei eſſe poſſit ſine ſucceſſione doctrinæ: doctrinæ etiam abſque ſucceſſione perſonæ, ita tamen, vt in veritate dogmatum notior Eccleſiæ nota conſtituatur, quàm in titulari ſerie perſonarum.

De hac Nota concluſio hæc eſſe poſſit, ex Aduerſariorum ore profecta.

[a] *Aduocatus.* [c] Quod ſi VNA aliqua prouincia retineret VERAM FIDEM, adhuc verè propriè CATHOLICA diceretur, dummodò clarè oſtenditur, eam eſſe vnam, & eandem cum illa, quæ fuit aliquo tempore, vel diuerſis mundi temporibus. *Igitur prouinciæ, vbi Proteſtantium religio obtinet, quidni* Catholicæ *dici poſſint, ſi modò eandem cum primitiua Eccleſia fidem profitentur? imò (vt ſummam omnium vno verbo complectar.)* [d] Perſonalem ſucceſſionem nihil moramur, modò DOCTRINAM noſtram conſentientē Scripturis oſtendere poſsimus. [e] Mihi enim nec laudi, nec VITVPERIO erit, dummodò verè Chriſtianus ſim, Maiorum meorum matutina, aut VESPERTINA conuerſio. *Vos igitur Proteſtantium fidem hæreticam eſſe probetis oportet, priuſquam eorum Eccleſiam non Catholicam eſſe, notâ aliqua oſtendere poſſitis.*

[c] *Bellar. lib. 4. cap. 7. §. Tertiò ex.*

[d] *Stapleton. lib. 13. de doctr. princip. cap. 6.*

[e] *Aeneas Syluius de geſt. Conc. Baſil.*

CAPVT. XXIIII.

Nota ſexta.

A *Duerſarius.* [a] Nota ſexta Eccleſiæ eſt conſpiratio in doctrina cum Eccleſia antiqua, quia doctrinam retinet, quam Apoſtoli tradiderunt: Iam oſtendemus doctrinam noſtram eſſe doctrinam veterum Catholicorum; & doctrinam aduerſariorum cum doctrina veterum Hæreticorum conſpirare. *Primò de antiquis hæreſibus, quas Proteſtantibus imponitis. Secundò de antiqua veritate, quam vobis ipſi vendicatis, in vtroq; non dubito quin animis non contra veritatem obſirmatis ſatis abundè faciam.*

[a] *Bellar. lib. 4. de notis Eccleſiæ cap. 9.*

Hæresis prima, de Iustificatione per solam fidem.

Aduersarius. [b] Aggrediamur Catologum errorum, qui apud antiquos Patres pro exploratis hæresibus notantur, quos tamen Protestantes pro orthodoxis dogmatibus amplectuntur. Prima hæresis est Simonianorum, qui docebant hominem saluari per gratiam Simonis Magi, quem Deum faciebant, non secundū operum iustitiam. [c] Dixērunt Eunomiani nemini peccata nocere, modò fidem habeant. Idem Protestantes. [d] Eunomius tam fuit inimicus bonis operibus, vt nemini obesse quorum-libet peccatorum perseuerantiam diceret. Simon Magus docuit suos nec Prophetas attendere debere, nec opera curare, Lutherana hæresis de sola fide est illis affinis. *Calumnia ipsa Simone Mago digna, non nihil enim atri illius* * Fellis *sapere videtur. Quantum Protestantes à Simoniana, aut Eunomiana impietate abhorruerint, vos ipsi, quæso, dicite: Etenim in tota hac causa Aduocatos nullos nisi ipsos vos Aduersarios volumus. Aduocatus.* [e] SIMONIANI docebant hominem saluari secundum GRATIAM SIMONIS Magi. *At,* [f] PROTESTANTES dicunt oportere nos iustificari tantum PER GRATIAM DEI in Christo Iesu: quam per fidem tantum apprehendimus. *Quantum inter Protestantes & Simonianos Hæreticos interfit, quæritis? Quantum inter Iesum, & Magum, id est, quantum inter filium Dei, & filium perditionis, Redemptorem mundi, & primū impostorem: Itaq; cum Simoniana hæresi Protestantes affinitatis nihil habent; eo quid cum Eunomiana agnoscunt?* [g] EVNOMIVS nihil cuiquam obesse peccatorum PERSEVERANTIAM dixit: & [h] Affirmauit Eunomius fidem sufficere ad salutē, quamuis MALA opera ADESSENT; PROTESTANTES dicunt quidem fidem ad salutem sufficere, NEGANT tamen fidem illam SINE operibus esse posse. *Quibus verbis Tolletus Iesuita Iesuitam Bellarminum non obscure mendacij insimulat: Agnoscit enim Eunomianos fidem mortuam, Protestantes vero*

[b] *Bellar. lib. 4. de notis Eccles. cap. 9. §. Nunc ad &c.*

[c] *Ibidem.*

[d] *Stapleton. lib. 7. de doctr. princip. cap. 7.*

* *Act. 8. 23.*

[e] *Bellar. suprà.*

[f] *Bellar. lib. 1. de Iustific. cap. 12. & passim per librum integrum. Calumnia Bellarmini ex ipsius ore detegitur.*

[g] *Staplet. supr.*

[h] *Tollet. Iesuita Comm. in lib. 13.*

verò viuam profiteri: vt veritas ipſa clarius eluceſcat duo ſunt à nobis breuiter enucleanda. Primum Proteſtantes in eo quod aſſerunt FIDEM SVFFICERE. *Veſtros Catholicos primarios opinionis ſuæ aſtipulatores habuiſſe, in eo quod negant* Fidem iuſtificantem ſine operibus eſſe poſſe: *Hæreticis ex Diametro aduerſari: ita vt dum, quam Proteſtantes tenent opinionem veram oppugnatis, inſcitia, dum, quam non tenent falſam illis inponitis, malitia veſtra appareat. De priore, Aduerſarius.* [i] Nos ſola fide iuſtificari coram Deo: eſt opinio paradoxa. [k] Omnium hæreſium ſeminarium. [l] Iuſtitia fictitia & imaginaria. *Imo verò hanc eſſe orthodoxam ſententiam. & ad ſalutem neceſſariam, viri Pontificij, Proteſtantium Aduerſarij grauiſſimi, & doctrina inſignes, libellis ſuis publicis, & in Comitijs celeberrimis conſtanter aſſeuerarunt. Aduocat.* [m] Pighius fortiſſimus Lutheranorum Antagoniſta: [n] Alijq; Catholici: [o] Doctrina, & pietate inſignes. [p] Et Colonienſes Canonici: Quinetiam Autores libelli oblati à Cæſare collocutoribus Proteſtantibus in Comitijs Ratiſbonenſibus dicunt, TANTVM per imputationem iuſtitiæ Chriſti, quatenus fides noſtra apprehendit miſericordiam, atq; iuſtitiam Chriſti, propter meritum Chriſti, nos iuſtificari coram Deo. *Vt præteream Caſſandrum, Stapulenſem, Peraldum, Ferum, & alios Romanæ eccleſiæ alumnos, qui omnes ad eandem Proteſtantium doctrinam, tanquam vnicam animarum anchoram, totis viribus adhæſerunt. Doctrina meritò concedenda:* [q] Concedamus fide iuſtificari nos, modò fateamur ad conſequendam ſalutem neceſſaria eſſe bona opera. *Cuius ſententiæ veritatem (Deo annuente) proprius ſuus Tractatus luculentis rationibus confirmabit. Ex his interim ſatis liquet, Proteſtantes, cum Hæreticis quam parum hæreticè ſenſerint: quantum inſuper in eadem ſententia ab iiſdem Hæreticis diſſenſerint videamus. Primo in Particulari. Aduerſarius.* [r] Non alia via homini, inquit Lutherus, cum Deo conuenire poteſt, quàm per fidem, opera nihil curat. Et tam dites eſt Chriſtianus, (inquit) vt non poſſit perire, etiam ſi velit, quantum-cunque malè viuat, niſi nolit credere. *Reſpondeo.*

Doctrina de ſola fide oppugnatur.

Lutherus accuſatur.

[i] *Bellar. lib. 1. de Iuſtif. ca. 12.*
[k] *Maldonat. Comm in Matth. 19.*
[l] *Feuerdentius Comm. in Iac. 2. Pontificij doctores Iuſtificationem per ſolam fidem amplectuntur.*
[m] *Vega teſte, lib. 7. de Iuſtific. cap 21.*
[n] *Staple. lib. 7. de Iuſtific. ca. 9.*
[o] *Vega lib. 15. cap. 11.*
[p] *Ibid. cap. 21.*
[q] *Eraſmus de Concord. Eccleſ.*
[r] *Bellar. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Lutherus.*

Nos

Nos opera Iuſtificationem præcedentia, in actu Iuſtificationis, id eſt, remiſſionis peccatorum, non ita curare oportere, vt vel ſi bona fuerint gratiam mereantur, vel ſi mala, ſuper-abundanti gratia nos priuent, tam eſt apud Chriſtianos omnes Decretum Theologicum, vt Schola veſtra hoc palam decantet. Hoc in loco vnius Lutheri Antagoniſtæ teſtimonio contenti eſſe poſſimus: Aduocatus. [f] Statuamus igitur tertium: fides quæ iuſtificat ferax eſt bonorum operum. Galat. 5. Nec verò inficior quin fides ADEQVE PARTV bonorum operum, hoc eſt, cum OPERA NONDVM pepererit, Iuſtificare; at iam operum grauida eſt, & paritura eſt, cum occaſio fuerit. *Ad alterum quod attinet, Ieſuita Valentianus, quamuis ſatis ſtudioſe cupiebat, non eſt tamen auſus illam Luthero ſententiam confidenter affingere.* [g] Quanquam Lutherus *(inquit)* NON LONGE abfuiſſe ab ea opinione VIDETVR, quæ ſtatuit neminem in vllo præterquam infidelitatis peccato delinquere. *Lutherum verò etiam longe abfuiſſe ab illa impietate, Lutherus ipſe ex ore Accuſatoris ſui Bellarmini oſtendit.* [h] SED videtur Lutherus docere libertatem Chriſtianam in eo conſiſtere, quod PIA conſcientia libera ſit ab omnibus operibus, NON FACIENDIS, ſed accuſantibus, & defendentibus. *Repete verba Lutheri.* Pia conſcientia (inquit Lutherus) dictat peccaſti, reſponde peccaui: Illa, ergo lex te damnabit: Reſponde quid mihi cum lege, quia habeo Chriſtum liberatorem? quia nulla eſt condemnatio ijs, inquit Apoſtolus, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui NON ambulant SECVNDVM CARNEM, ſed ſecundum ſpiritum. *Conſtat loqui Lutherum de* conſcientia pia, *quæ ſe peccaſſe grauiter dolet, nec poteſt velle in poſterum peccare. qua igitur Co..ſcientia potuerunt Bellarminus, Lindanus, Campianus dicta Lutheri pia & Orthodoxa, in ſenſum blaſphemum, & hæreticum detorquere? hanc ſæpe ſibi factam iniuriam Lutherus vehementer vereq; querebatur? Aduocatus.* [i] Hoc erat pronunciatum Lutheri: Sceleratum eſſe, cum noueris ſenſum pium eſſe, ex verbis cõmodè dictis ſtatuere errorem. ſic ille vere [k] Compertum eſt ab his *(Pontificios intelligit)* multum Lutheri

[f] *Reſſenſ. art. 1. aduerſ. Lutherum. Lutheri dictis ſuffragatur Anti-Lutherus.*

[g] *Greg. Valent. de different. vet. & nou. legis part. 2. cap. 3.*

[h] *Bellar. lib. 4. de Iuſtificat. cap. 4.*

[i] *T. Tamerus Ieſuita in exam. Hunniane Relat. cap. 13. §. Sed quia.*

[k] *Eraſ. in epiſt. ad Card. Mogunt. pag. 422. edit. vlt.*

Lutheri libris damnata esse, vt hæretica, quæ in Bernardi Augustinique libris orthodoxa, imò & pia leguntur. *Et quæ huc pertinent omnia tractatus noster de Iustificatione punctatim expediet, nunc tantum pauca generatim attingemus. Aduersarius.* [b] Simoniani docuerunt suos non debere opera curare; Eunomius docuit nemini obesse perseuerantiam in peccatis: Cui affinis est Protestantium opinio de sola fide. [c] Dogma minimè Apostolicum, sed Simonis Magi, Eunomij, Basilidis, Iouiniani Pseudo-apostolorum hæresis teterrima. [d] Sunt enim bonorum operum contemptores. [e] Qui in articulo necessitatis excludunt pœnitentiæ affectum. [f] fidem intelligunt, quæ caret omni bono affectu charitatis. [g] Nec præter fidem requirunt rectam, & nouam mentem. *Siccine? fides Protestantium perseuerantiam in malo approbat? non curat bona opera? Charitatem, pœnitentiam, mentem piam, cæterasq; virtutes excludit? Sic quidem Bellarminus, Stapletonus, Vega, Maldonatus clamant, & vociferantur: Quibus Aduersarijs tantùm Bellarminum, Stapletonum, Vegam, Maldonatum, Aduocatos opponimus: Maldonatus prodeat:* [h] Dicunt sanè Protestãtes fidem iustificantem NON POSSE esse SINE BONIS OPERIBVS. *Vega.* [i] Iustificationem & SANCTIFICATIONEM tam coniunctas, tamque cohærentes esse asseuerant, vt NON POSSIT alterum ab altero DIVELLI. Etiam tu Caluine POENITENTIAM in Peccatoribus requiris, vt Iustificentur. *Stapletonus.* [k] OMNES Protestantes ad vnum dicunt, fidem quæ iustificat esse VIVAM, & operantem per CHARITATEM aliaque opera. *Quid Bellarminus tandem?* [l] Confessio Augustana per solam fidem NON EXCLVDIT ALIAS VIRTVTES, sed meritum ipsarum. [m] NEGAMVS, inquiunt Protestantes, fidem POSSE cum malis operibus CONSISTERE, nam qui habet propositum peccandi, fidem remissionis peccatorum cõcipere nullam possit. [n] Dicunt FIDEM solam iustificare, sed eam non ESSE SOLAM. [o] Non negabunt in Iustificato requiri FIDEM & POENITENTIAM. *Deniq;* [p] Tametsi dicunt

[b] *Bellar. & Staplet. suprà.*
[c] *Feuardentius præfat. in Com. in Iac.*
[d] *Salmeron Ios. tract. in Parab.*
[e] *Stapleton. quo suprà. lib. 3. cap. 35.*
[f] *Ibid. l. 8. c. 35.*
[g] *Vega lib. 11. cap. 22.*
Aduersarij inuidiosè protestantes damnant, simul & ingenuè absoluunt.
[h] *Maldonat. Comm. in Ioh. 3. 15.*
[i] *Vega lib. 15. de Iustif. cap. 5.*
[k] *Staplet. lib. 9. de Iustif. cap. 7.*
[l] *Bellar. lib. 4. cap. 1. §. Ac primum. & lib. 1. cap. 14. §. Ioan. Calui.*
[m] *Bellar. lib. 4. de Iustif. cap. 1.*
[n] *Ibid. lib. 1. cap. 17.*
[o] *Lib. 3 cap. 6.*
[p] *Lib. 2. de Iustif. cap. 6.*
§ Hæc, & Similia, &c.

remissionem peccatorum non pendere ex conditione operum, neque fidem, aut pœnitentiam, aut vllum actum nostrum esse causam, aut meritum Iustificationis: tamen non negant requiri fidem & POENITENTIAM: etiã FIDEM VIVAM, & pœnitentiam SERIAN, & sine his neminem Iustificari. *Res igitur iam in confesso est, protestantes cum fidem viuam à mortua, pœnitentiam à peccatis seriam, à perseuerantia in peccatis sanctificationem ab impietate, Iesum Saluatorem ab impostore Mago distinguunt: à Simonianis, & Eunomianis Hæreticis non posse non discerni. Iam verò, vt constet Lutherum sui seculi quasi alium Baptistam, tanquam in deserto huius mundi vocem vinæ fidei, veræq; pœnitentiæ extitisse, proferam homiliarum eius quasdam quasi rapsodias, lectori, vti spero, non ingratas, certè quidem ad causam necessarias:* * Fides, tanquam Iohannes pectus Christi posidet, quicquid Christus aut est, aut habet, Credentis propria bona sunt: bona opera, veluti Petrus, Christum sequuntur: ita tamen fidem, & opera intelligamus, vt in NVLLO homine SEPARENTVR, sicut neutra sine altera esse possit. * Nos volumus conscientias hominum (vt pullum Christi) à proprijs operibus soluere: Aduersarij clamant, (quasi bona opera prohiberentur) Hæreticus es, soluis pullum, homines licentiosos & prauos conaris reddere: Et obsistunt, nè pullus, hoc est conscientia hominum soluatur, Christoque adducatur, sed vt adhuc maneant SVIS legibus alligatæ: quomodo ergo ipsos Apostolos Christi se habere docet? Respondeo, DOMINVS IPSIS OPVS HABET, hoc est vt probè doceant, quod sit inter opera legis, & opera gratiæ discrimen, atquè dicant, BONA OPERA NEQVAQVAM PROHIBEMVS, sed FALSIS bonis operibus conscientias soluimus, non vt ipsi licentia diffluant, sed vt Christo vero domino adducti & subiecti SINCERE BONIS operibus seriò studeant, ad quæ DOMINVS opus ipsis habeat, adducique sibi requirit. * Necessarium est, vt Christum audias, ipsiquè te TOTVM consecres, abnegato teipso, & hac ratione ex Cain in Abelem mutatus gratus ipse

* *Lut. in lect. in Ferijs Iohannis Euangelistæ.*

* *Ibid. §. Et si.*

* *Lect. in ferijs Ioh. Euang.*

ipse Deo fies, & dona grata offeres. Hæc fides te iustificat, cui Dominus in contemplatione sui filij, omnia peccata, totum Adamum, & Cainum condonat, ac donat etiam tali fidei suum Spiritum, qui hominem penitus immutat, nouumque reddit, qui iam fit alia ratione, aliâque voluntate, vtique in bonum propensa, TALIS NON POSSIT NON BONVM OPERARI. * Gratia nos à seruitute legis liberat, NON LEGEM ABROGANDO, sed donans nobis Spiritum liberum, & filiorum, vt non minarum metu, quæ est seruitus, sed sponte nostra DEO PAREAMVS, non secus, ac si nulla omnino lex lata esset. * Qui non ob metum Gehennæ, sed suo arbitrio, ac si lex nulla esset, Deo seruiunt, sunt tanquam Tabulæ Mosis, intus, & foris digito Dei scriptæ, legem exterius, & interius seruant. * Quibus lex iam non est Pædagogus ad Christum, sed in Christo est facta sodalis. Non enim interit, sed illi mutati, non lex, vt ex animo faciant, quod metu fecerant. * Nusquam Scriptura opera sinè fide, sed solam fidem, at VIVAM, ex qua opera dimanant, vbique requirit. *Hæc cum ita se habeant, dum vos tam execrandas de fide hæreses Protestantibus sine fide falsò affingitis, in criminationibus vestris reliquis profectò fidem nullam poscere, aut expectare debetis: Sed agite, Qui enim semel verecundiæ fines transiliit (inquit orator) eum gnauiter impudentem esse oportet.*

* *Ibid. §. vbi.*

* *Lect. in Calendis Ianuarijs ex Epist. ad Gal. cap. 3.*

* *Ibidem.*

* *Lect. in cap. 1. Domin. quadr.*

CAPVT. XXV.

Hæresis secunda, de Autore peccati.

ADuersarius. * Secunda hæresis est Florini, quæ eadem Simonis Magi, Marcionis, & Manichæorum fuit: Deum esse Autorem peccati. [b] Eandem restaurarunt Caluinistani, & Lutherani; qui hominem omni libero arbitrio exutum in belluarum sortem traducere conantur. [c] Faxo nôrint Protestantes istoc suorum axioma. Deus est autor peccati. *Protestantes, qui in hanc blasphemiam proruperint, de-*

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 9. &*

[b] *Feuardentius Comm. in Iac. 1.*

[c] *Campianus Iesuita Rat. 8.*

signate. [d] Pudeat Caluinum, & Melancthonem, aliosque huius temporis Hæreticos, qui Deum opt. max. autorem peccati, & culpæ pronunciant. [e] Hoc sine vllo pudore docet Caluinus lib. Instit. cap. 18. *Vos potius pudeat vestri huius tam impudentis calumniæ. Hoccine fuit Caluini* axioma; Deum esse autorem peccati? *Hoc* docuit Caluinus? *Hoc* pronunciauit? *Prodeat primò Reus, Caluini verba exploremus. Reus.* * Flagitiorum causa EXTRA HVMANAM voluntatem quærenda NON est, ex qua mali radix assurgit, & in qua peccatum residet. *Et* Deum esse Autorem peccati *plus centies diserte negat: locum vnum proferam, quod te (Feuardenti) Iacobi locum exponentem latere minimè potuit:* * Iacobus peccatorum Autorem MERITO Deum esse NEGAT, admonitio necessaria, NE nos Deum loco nostro substituamus, acsi nos ipse ad peccandum impelleret. summa est: frustra tergiuersari homines, qui vitiorum suorum culpam reijciunt in Deum, quia non ex alio fonte proueniunt mala, quam EX MALA cuiusque cordis CONCVPISCENTIA. *Hæc Caluinus, nunquid verò ex consequentijs eius hæc hæresis colligi possit? Aduersar.* [f] Non solũ permissione, (inquit Caluinus) verumetiam voluntate Dei homines peccant, ita vt nihil illi deliberando agant, quod non Deus ipse anteà dicreuerit. *Rursus.* Quod aliqui, inquit, verbum Dei contemnunt, ipsorum est prauitas, sed in hanc prauitatem à deo adducti sunt, vt in ijs potentiam suam, & seueritatem ostendat. [g] Lutherus etiam, Illud velle, quo Iudas voluit Christum prodere, fuisse opus Dei. *Primò de permissione: permissionem illam, quam tu comminisceris, qua excludis actum volendi in Deo, nemo Christianus non execrabitur, ais enim.* [h] Deus quoad peccatum, non habet positiuè velle, sed tantum priuatiuè; nec enim vult esse peccatum, nec vult non esse, sed non vult esse, quod est permittere. *Hanc, inquam, voluntatis suspensionem stupidam prorsus, & impotentem Deo tribuere, sine blasphemia non possis. Aduocatus.* [i] Voluntas Dei est semper actu ad vnum oppositorum determinata, & Dei voluntas est actus æternus.

Ergo

[d] *Vasquez Iesuita in 1. 2. partem Thomæ. disp. 129. Num. 2.*

[e] *Bellar. Iesuita quo suprà.*

* *Caluinus in loco ab Aduers. obiecto.*

* *Caluinus Com. in Iac. 1. idem cecinit in Psal. Caluinus discrete negat Deum esse autorem peccati, infrà etiam expressius.*

[f] *Bellar. quo suprà. cap. 9. §. Deinde.*

[g] *Sraplet. lib. 11. de Iustific. cap. 4.*

[h] *Bellar. lib. 2. de amiss. grat. cap. 16. §. Dico igitur. &c. Distinctio Iesuitæ indigna prorsus Dei Maiestate.*

[i] *Aquinas lib. 1. contra Gentes cap. 82. Velle peccatum quomodo.*

Ergo alterum illud non velle Deus non possit: quanquam nec approbando malum velit, nec sanè faciendo: Enimuero Deum velle malum (inquis) durum dictum est, & execrabile. *audi. Aduocatus.* [k] Dictu LEVE est, & absque conscientiæ scrupulo dicitur, sed graue auditu: videtur enim tum dici, quod Deus malum diligit, & approbat, quod prauum est, ideò refutat hoc pia mens, non quia quod dicitur, non rectè dicitur, sed quia quod BENE DICITVR, non benè intelligitur. Deus cum facit bonum, & permittit malum, apparet voluntas eius, quoniam esse VVLT quod facit, & QVOD PERMITTIT, est Dei voluntas, operatio eius, est permissio eius. *Ipsissimus sensus Caluinianus, quem necesse est in ipso Victore vincere, secundam criminationem remouebit. Reus.* * Deus tentat neminem. Iac. 1. loquitur de internis tentationibus, quæ nihil aliud sunt, quam inordinati appetitus, illorum AVTOREM MERITO DEVM ESSE NEGAT, quoniam ex carnis nostræ corruptione manant; verùm tota Scripturæ doctrina huic sententiæ reclamare videtur, quæ tradit Deum homines excæcare, in reprobum sensum tradere, in prauas & fœdas cupiditates conijcere. Respondeo. Sic quidem Scriptura loquitur: an quia Dominus eorum corda deprauet, atque corrumpat? MINIME, ideo enim subijcitur, tradidit eos prauis suis desideriis, quia cor eorum iam corruptum, & vitiosum erat. Deus tradendo tantum peccata vlciscitur, atque ita se res habet, non aliunde nos in malum impelli, sed cuique PRAVVM SVVM AFFECTVM Ducem esse, & Impulsorem. DEVM AVTEM NEMINEM TENTARE, quia malis non tentatur, id est mala non appetit. *At Lutherum quomodo expediam? facillimè; etenim. Aduocat.* [l] Multa facit Deus ETIAM INTRA EVM, qui obduratur, quibus vitio suo is fit deterior, EXCITAT VARIOS MOTVS vel spei, vel timoris, vel CVPIDITATIS, vel iræ, itemque varias imaginationes IMMITTIT, dubias atq; perplexas, quibus ille nimio plus incredulus PRAECIPITATVR in malum. hanc excæcandi Impios, & obdurandi viam omnium

[k] *Hugo de sancto Victore. lib. 1. de Sacramẽt. cap. 12. part. 4.*

* *Caluinus Comm. in Iac. 1. 13.*

[l] *Perer. Iesuita Comm. in Gen. 18. disp. 8. Iesuita & dictum, & sensus Caluinianum amplectitur.*

nium maximè approb. * Augustinus, Deum non modo per permissionem atque patientiam, sed etiam PER POTENTIAM, & ACTIONEM potentissima sua prouidentiâ, sed tamen sapientissima, atq; iustissima agere. *Huc vsq; Iesuita. quid, vt non sit Author peccati? sane, quod exemplo dilucidum fiet.* m Quemadmodum malæ ambulationis in homine claudo in detortam tibiam vitium reijcimus, & vitium Scripturæ exaratæ in optimo Scriba, in malam papyrum, aut malè temperatum calamum: ita mala nostra non debent imputari Deo, quod auxilio generali ad ea CONCVRRIT, sed nobis qui deflectimus, & claudicamus ab ipsius lege, & influxum eius in malum detorquemus, quãobrem licet nobiscum faciat actus, qui intrinsecum, & inseparabilem habent MALITIAM, nequaquam tamen, vt antiquiores Theologi probè monuerunt, peccati Author censeri debet: quia in moralibus, ille alicuius operis causa iudicatur, qui PRAECIPIT, consulit, suadet, præmiat, approbat, at Deus, vt Theologi probabilius sentiunt, cùm Voluntate, & consensu, VELIT ET FACIAT nobiscum PECCATA, nihil horum facit. *Hæc Vega, Concilij Tridentini expositor. aut igitur Caluinus & Lutherus hæresi absoluendi sunt, aut Augustinus, & alij Theologi probabiliores in eadem implicandi. Equidem cum sententiam Caluini excutio, à vobis in singulis paginis exagitatam, nihil profectò in ea reperio, quod non est à grauissimis Scholasticis disertissimè sæpe decantatum, quoties monent in eadem actione peccantis inter operationem Dei, & peccatum hominis, tanquam inter effectum, & defectum esse discernendum. progredior: sed nescio cuius vox rauca, & sane morosa nobis obstrepit. Aduersarius.* n Ecce (inquit Caluinus) in exemplo Iob colligimus Deum eius probationis, cuius Satan minister fuit, autorem fuisse. Ecce Caluinus apertè plus tribuit Deo in scelere quam Diabolo. διαβολη, quam (credo) *nec Diabolus Caluino ausus esset obijcere. Caluinus enim Deum probationis Authorem facit, non sceleris. Caluinus causam suam agat. Reus.* * Magnum est DISCRIMEN inter opus Dei, & opus

* *Augustinus lib. 5. aduersus Iulianum ca. 3.*

m *Vega lib. 2. cap. 15. de expos. Concil. Trident.*

Similitudo elegans.

n *Stapletonus Doctrin. Princ. de hac quæst. Putida Calumnia.*

* *Caluinus aduersus Libertinos cap. 14.*

opus Impij, cum eo Deus vice instrumenti vtitur, Impius enim sua auaritia, & prauitate incitatur ad facinus, ex qua radice, id est, animi affectione, opus Qualitatem sumit, ac merito malum iudicatur; at Deus respectum habet omnino contrarium: ita vt in eodem opere IVSTITIAM bonitatemque DEI cõtemplemur, ex altera parte DIABOLI, & Infidelium MALITIAM: exemplum pellucidum habemus in Iob; qui in opere Diaboli, Deum intuetur. Deus inquit abstulit: nec tamen excusandus Diabolus; sumunt enim opera qualitatem à PROPOSITO AVTORIS: qui hæc non distinguit, omnia vt porci rostro suo inuertunt. tales sunt Libertini, qui non tantum Diabolum cum Deo HORRIBILI SOCIETATE coniungunt, verum-etiam in Deum ipsum transferunt laudabilia opera Diaboli, censentes quod nihil agat nisi à Deo constitutum. HAEC autem HAERESIS originem cœpit à SIMONE MAGO; nos obseruare debemus opera ex malo siue agentis malo esse, interim Deus omnia gubernat, & in bonum finem dirigit, ita vtitur Diabolo, vt NIHIL habeat CVM EO COMMVNE magis quam solis radij ex corruptione cadaueris, aliquid corrupti ad se trahit, nec tamen puritate sua efficit, vt cadauer minus putidum ac fœtidum sit: sic Deus per Impios ita operatur, vt neq; iustitia, quæ in ipso est, eos iustificet, nec ipse eorum iniustitiâ, & corruptione contaminetur. *In quo Caluinus Augustino suffragatur. Aduocatus.* [o] Deus, inquit Augustinus, non est Autor peccati, quia peccatum priuatio est, ac ad faciendum peccatum concursus causæ MORALIS necessarius est, at Dei concursus cum homine est NATVRALIS, & vniuersalis. [p] Et Thomas reddit rationem: In peccato, inquit, duo sunt; Operatio, & defectus ipsius: Operatio quidem secundum rationem operationis in Deum referenda est: sed defectus nullo modo; quia defectus solum in causam deficientem reduci potest, Deus autem non est causa deficiens. *Et, vt nemo Caluinum accuset, qui vel Canum Doctissimum Scholasticũ, vel Suarem Iesuitam*

Caluinus sibi obiectas haereses diserte vẽrbis refellit, & excusatur.

[o] *Sebastius Barradius Concord. Euang. lib. 4. cap. 6.*

[p] *Vasquez Iesuita in Thom. 1. 2. To. 1. quæst. 79. art. 2. cap. 5.*

Ieſuitam velis defendere, his Aduocatis, multa paucis perſtringam: in quibus quæſtionis huius ſummam complectar: [a] Hæc etiam opera non fiunt niſi Deo VOLENTE, neque ipſe influit in ea, niſi VOLVNTARIE: quod etiam verum eſt de operibus Peccatorum, quatenus à DEO FIVNT, vel Deus in illa influit: nam quatenus eſt vniuerſalis Prouiſor ſapientèr iudicat EXPEDIRE tales actus permittere & ad illios CONCVRRERE, & luſtiſsimè hoc ipſum VVLT: Oportet tamen in peccando DISTINGVERE, aliquid quod à DEO fit, & quod à DEO NON fit: Operatur enim Deus ACTVM PECCATI, non malitiam eius. *Vel quod idem eſt:* [b] Deus eſt naturalis cauſa motionum omnium, etiam malorum, non autem moralis, hoc eſt, NEC SVADET, nec imperat malum. *Ecquid diuersè Proteſtantes?* [c] De actibus malis quoad formale peccati, non eſt controuerſia inter Catholicos: ſic ergo fide certum Deum nullo modo inclinare ad formale peccati: NEQVE HAERETICI *(ſic Proteſtantes, parum Catholicè, nominat)* HOC NEGANT, benè enim norunt NEC Deum poſſe INTENDERE formale peccati, NEC INCLINARE voluntatem hominis, vt illud intendat. *quid multa?* [d] Quod dicunt Proteſtantes Deum nobis ſua omnipotenti voluntate neceſsitatem imponere, in hoc NON REPREHENDVNTVR à Catholicis, eò quòd quaſi aliquid aſſerant, quod vel reipſa contradictionem, aut repugnantiam inuoluat, aut Dei omnipotentiam ſuperet: Propriam cauſam peccati FATENTVR ADVERSARII eſſe voluntatem humanam. *Quis non Proteſtantibus felicitatem ſuam meritò gratuletur, quibus veritas ipſa, vel ex Aduerſariorum ore profecta, patrocinatur?*

[a] *Suarez Ieſuita lib. de variis opuſc. Theol. lib. 4. diſp. 1. §. 2. num. 14.*

[b] *Canus locis Theologis. lib. 2. cap. 4*

[c] *Suarez Ieſuita lib. de variis opuſc. Theol. lib. 2. cap. 2. Num. 5. Ieſuita palam Proteſtantibus patrocinatur.*

[d] *Suarez Ieſuit. in opuſc. Theol. lib. 1. cap. 2. § Non erro. Quâ ſententia diſputatio Bellar. integra excuſſa euanuit lib. 6. de Amiſſ. grat. ca. 16. §. Cetetiũ. vbi in hanc opinionem acriter inuehitur.*

CAPVT XXVI.

Hæreſis Tertia de perdita imagine Dei in Adamo.

ADuerſarius. [a] Tertia hæreſis eſt Originis. Primò. Adamum imaginem Dei perdidiſſe, ad quam creatus erat.

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9.*

erat. idem Caluinus lib. 2. Inſtitut. cap. 1. S. 5. per peccatum, inquit, primi hominis obliterata eſt cœleſtis imago. [b] De homine quid? Imago Dei in homine deleta eſt, nulla boni ſcintilla ſuperſtitit: tota natura quoad omnes partes ita funditus euerſa, vt ne renatus quidem quicquam ſit aliud intrinſecus, niſi mera corruptio, atque contagio. ſic Proteſtantes. *Primo, Diſtinguendum eſt de imagine, nam ſignificat, vel animæ rationalis ſubſtantiam, vel tantum dotes & qualitates animæ ſpirituales: quæ Diſtinctio fortè Originem, certè quidem Caluinum, à ſuſpicione Hæreſeos vindicabit. Aduocatus.* [c] Origines per imaginem intelligebat, vel naturam, ſeu ſubſtantiam rationalem; vel ſignificabat ſimilitudinem, ſeu animi qualitatem: quod ſi Origines ſecundum hunc modum vſurpauerit; quis non videt ibi nullam eſſe hæreſis ſuſpicionem? *Et quis non videt, Alphonſo Moderatore, Caluinum omni Hæreſis ſuſpicione prorſus liberari? verum hoc ſapit Hæreſin ſcz. quod* Imaginem obliteratam eſſe dixerit. *dixit fateor, atq; inſuper fatebor Caluinum Hæreticum fuiſſe, niſi etiam verè Catholicos idem & ſenſiſſe, & dixiſſe conſtiterit: Aduocatus.* [d] Solent pleriqué per ſubſtantiam, quam Prodigus dicitur, PERDIDISSE, Luc. 15. LIBERVM ARBITRIVM, cæteraſque naturales facultates, interpretari. Sic Auguſtinus, Beda, Euthymius, Bernardus, quæ tamen ſano ab ijs ſenſu dicta ſunt: alij per eam Subſtantiam perditam, IMAGINEM & ſimilitudinem ſignificari putant: Ambroſius, OMNIA, inquit, naturæ ornamenta conſumpſit, & Auguſtinus ſerm. 37. de verbis Domini. *Campiani occurramus calumniæ:* [e] Aliqui ex noſtris exponunt hominem libere moueri in Deum, cum ab eius gratia excitatur, quoniam ſponte, & pleno iudicio mouetur. idem omnnò Caluinus docet. *Rurſus Reum ipſum examinemus: Is cum per imaginem intelligit tantum Dotes veræ ſanctitatis, hanc dicit per lapſum prorſus obliteratam fuiſſe:* Conſtat Adamum creatum eſſe ad imaginem Dei, quo indicat factū eſſe participē diuinæ tum ſapientiæ tum Iuſticiæ, virtutis & innocētiæ, hæc COELESTIS IMAGO

[b] *Campianus Ieſuita rat. 8. pag. 59.*

[c] *Alphonſ. de Caſtro lib. 2. aduerſus hæreſ. tit. Adam.*

[d] *Maldonat. Ieſ. Comm. in Luc. 15. Eadem patrum & Caluini de hac quæſtione ratio & pene oratio.*

[e] *Bellar. lib. 6. de lib. Arbitr. cap. vlt.*

obliterata fuit. *Cum verò lumen rationis naturalis integrum intelligit, tum ait,* * Regenerationis ſcopus eſt vt Imago Dei, quæ per primam transgreſsionem fœdata, & tantum non obliterata fuerat, in nobis reformetur. *Vtramq; ſententiam Ieſuita ſic reconciliabit.* [f] Reſpondeo imaginem Dei aliam eſſe naturaliter impreſſam in intellectu, nempè memoriam, & voluntatē, & huius nihil minui intrinſecè; ſed tantum extrinſecè, & ideò nunquam deleri, quantumvis extrinſecè minuatur: aliam verò eſſe imaginem Dei, homini per gratiam, & Charitatē impreſſ in his enim qualitatibus Deo ſimiles efficimur, & hæc OMNINO AMITTITVR per peccatum; & de hac intelligendi ſunt Origines, & Auguſtinus, *(addi enim potuit) & Caluinus. tu perge. Aduerſarius.* [g] Origenes ſecundò docuit: Infernum nihil aliud eſſe quam Conſcientiæ horrorem. Idem Caluinus. Inſtit. 3. Cap. vlt. *Vult quidem Gehennæ pœnam nonnullam in Conſcientiæ cruciatu cōſiſtere; at eum docere,* nihil aliud eſſe Infernum, *calumnia eſt; igne vel infernali Conſcientiæ purgandæ. Reus* * Quemadmodum dominus benuolentiā ſuam erga fideles, præſentibus bonis teſtando ſpiritualē fœlicitatem eiuſmodi typis, ac ſymbolis tunc adumbrabat: ita dabat in POENIS CORPOREIS IN REPROBOS iudicij ſui documenta. *Hæc Caluinus. igitur Reproborum corporibus pœnam aternam infligendam eſſe palam aſtruit, corporibus inquam, non modo Conſcientijs. Hic nihil opus erit Aduocato.*

[a] *Caluinus lecoquem Bellar. ſupra citauit in li. 4. de notis Eccleſ. cap. 9.*

[b] *Caluinus l. 3. de Iuſtificat. cap. 3. num. 8. & 9. vt citat. cum Stap. Prompt. in Heb. 2. Quadrageſſ. §. Nunc.*

[f] *Vaſquez. Ieſuita in 1. 2. Thomæ. Tom. 1. diſp. 137. num. 14.*

[g] *Bellar. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Origines, &c.*

* *Caluin. Inſtitut. cap. 11. §. 28 ſecundum edit. primam.*

CAPVT. XXVII.

Hæreſis Quarta de mulierum miniſterio.

Aduerſarius. [h] Quarta hæreſis eſt Peputianorum, qui mulieribus ſacerdotium tribuebant, at Lutherus docet tam mulierem, quam Sacerdotem abſoluere, & iam regnat in Angliâ Mulier Pontifex, apud Caluiniſtas. *Lutherus quid ſibi voluit? Reus:* * In remiſsione culpæ non plus

[h] *Bellar. cap. 9. §. Peputiani.*

* *Art. 13.*

plus facit Papa, quam quiuis Sacerdos, imò, cum Sacerdos abest, quàm quilibet Christianus. *Aduocatus.* [i] Credidit Lutherus totam vim delendæ culpæ, non in Ministro, sed in fide Credentis sitam esse, & non potestati Ministri, sed fidei, qua in verbum Dei credimus, remissionis effectum esse tribuendum. *Recte exposuit Lutheri sententiam, sed malè exagitauit: rursus loquatur Reus*; *Apost. 1. Cor. 14. Omnia cum Ordine fiant. at si omnes Sacramenta porrigere velimus, quis futurus esset ordo? si omnes simul concionari, qualis coaxatio? qualis iam ranis in vsu est. Omnes Sacramenta administrandi potestatem habemus, sed nemo sibi hoc temerè, vt exerceat, assumere debet; NISI is, Qui AB ECCLESIA ad hoc DESTINATVS fuerit: idem sentiendum est, de potestate ligandi, & soluendi. *Hanc calumniam igitur retorquendo diluemus. Lutherus mulieribus facultatem absoluendi, nempe* declaratiuè, *& priuatim tantum tribuit, vos etiam baptizandi conceditis. quid interest? ille vestrã absolutionem, vt non Sacramentũ repulit, vos Sacramentum verum temerastis. Aduo.* [k] Vt Laici baptizent (vsus multis abhinc seculis vsurpatus) Si Minister in tempore non adsit, non video, inquit Caluinus, quam firma ratione possit defendi. *Qua verò ratione, etiam damnari possit procul-dubiò Tertullianus plane vidit.* [l] Tertullianus in præscript. hæreticos varijs describit coloribus, ipsæ mulieres, inquit, hæreticæ, quam procaces sunt? quæ audent docere; curationes promittere, forsan & TINGERE. *De altero cauillo, primò, pars innocens defendenda est, deinde verò pars rea damnanda. Ad reginam Angliæ quod attinet, dicimus.* Regium esse à non bonis audire malè. *Hoc enim quod ex Cochlæo obijcis, istius nobilissimi Scurræ frontem perfrictam magis decuit, quam singularem (Bellarmine) eruditionem tuam. Ego Anglus cum sim hominis non Anglici apologia vti possim.* * Nullum primatum Regina Angliæ exercet, quem non Iehosophat, & Ezechiæ Deus tribuebat. *At hic licet nostræ Regionis incola non fuit, fuit tamen Religionis nostræ accerrimus defensor. Aduocatum accersam, omni excepti-*

[i] *Roffens. art. 13. aduers. Lutherum.*

* *Luther. dom. pasc. prox. in Ioh. xc.*

Lutherus in Ecclesia ordinem & ordinationem efflagitat.

[k] *Bellar. lib. 3. vol. 4. cap 9. de notis Eccles. 1.*

[l] *Roffens. art. 33. aduers. Luth.*

Baptizandi Ministerium Mulieribus nullo modo competit.

* *Sterinus Apolog. aduers. Coster. Iesuit.*

Regina Angliæ nullam nisi regiam iurisdictionem vnquam exercuit.

[m] *Cassander in one maiorem. Aduocatus. Consult. art. 16.* Non minor, neque inferior esse debet autoritas Principum Christianorum, quàm olim in republica Israelitarum fuit, non modo, vt legem diuinam (ex præscripto Dei illis commendatam) immaculatam conseruent, sed vt ad eam vitam suam instituant, exemplo piorum Regum, qui Leuitis & SACERDOTIBVS MANDARVNT, vt dei cultum ad præscriptum diuinæ legis ministrarent; illi ordinem Sacerdotum confusum, & dissipatum composuerunt, officium quemque exequi iusserunt; horum piorum Regum præclara instituta pij Reges Christiani sedulò imitati sunt. Constantius, Theodosius, Carolus, quorum vigilantia in CONSTITVENDIS REBVS ECCLESIASTICIS ex historijs satis apparet. Principum officium olim iam habitum est, Concilia Præsulum, & Doctorum conuocare, quæ ad constituendam Ecclesiæ pacem pertinerent diligenter inquirere: officij sui Ecclesiasticos viros in tollendis falsis cultibus COMMONEFACERE. nam Seculares Principes deo rationem reddituri sunt, propter ECCLESIAM, quam A CHRISTO tenendam SVSCEPERVNT; neque huic Principum officio detrahit exemplum Oseæ, qui Sacerdotum officium de adolendo incenso vsurpabat, & ob eam rem lepra percussus diminutus erat: neque enim id agitur, vt ipsi Principes, & Magistratus propria Ministrorum officia, quæ sunt prædicandi, & Sacramenta administrandi, inuadant, sed vt eos in suo officio contineant: nec ad rem pertinet, quod Principes ouium numero collocentur, qui se totos pastorum curæ committere debeant. nam in diuinis literis Reges non modo oues, verum etiam Patres nutricij, etiam Ecclesiæ appellantur, qui vt ipsi nec oues pascent, nec de pabulo de se iudicare debent, tamen Ouibus de idoneis Pastoribus prospicere, & vt illis idoneum pabulum suppetat PROVIDERE tenentur. *Ecquis potuit Anglus pro Principis sui Autoritate respondere disertius? huic eruditissimi hominis defensioni nostrates Seminarij contra fratres suos Iesuitas in Apologijs suis astipulantur. At illa (inquis) in eligendis designandisque*

designandisque Episcopis autoritatem sibi vendicabat: esto. &

[a] Nos *(inquis)* non negamus quin populus aliquando Episcopos elegerit, sicut nunc in plerisque locis per Pontificis autoritatem Episcopi à REGIBVS eliguntur. *Nec aliud aliquod vel prædicandi vel Sacramenta administrandi munus Elizabetha Princeps magis, quam olim soror eius Maria vnquam attigit; indigna omni laudis præconio si attigisset: sed audi.* [b] Audi Elizabetha regina potentissima, his te Principibus adiunge, dignam Maioribus, dignam ingenio, dignam liceris, dignam LAVDIBVS TVIS. *En Iesuiticæ Sectæ de Elizabetha encomium, na (tu igitur Bellarm.) homo in alienâ regione curiosus es nimis, in tua planè peregrinus qui Papissam Anglam abs te malitiosè confictam alijs obijcere malis, quam Anglam vel Moguntinam vestram verè Papam agnoscere. Aduocatus.* [c] Accepimus fœminam Anglam Ioann. octauam duos annos REXISSE SEDEM ROMANAM, sacros ordines contulisse, Episcopos prouocâsse, ADMINISTRASSE SACRAMENTA, & cætera Pontificum Romanorum munia exercuisse. [d] Quam historiam multi, propter rei fœditatem, omiserunt. *De hoc, vel potius hac papa alibi plenius diximus, vbi viginti Pontificiæ professionis testibus locupletissimis, eius historiæ veritas asseritur.*

[a] *Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 7. §. Argumentum nonum.*

[b] *Camp. Iesuit. Rat. 10.*

[c] *Agrippa de vanitat. scient. cap. de secta Monastica.*

[d] *Volateranus in Comm. suis Pont. Rom. dicatis.* *Supra cap. 19.*

CAPVT. XXVIII.

Quinta hæresis de concupiscentia in Renatis.

[a] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9 & lib. 1. de Baptismo c. 13. Idem Perer. Iesuit. Comm. in Rom. 5.*

Aduersarius. [a] Hæresis quinta Procli, Peccatum in renatis semper viuere: concupiscentiam enim verè esse peccatum, nec radicitus tolli per Baptismum, sed sopiri per fidem, vt est apud Epiphanium hæres. 64. vbi ponit refutationem huius ex Methodio, idem Protestantes. *Liceat nobis ex eodem Methodio huius cauilli refutationē petere; quia. Aduocat.* [b] Proclus resurrectionem excutit, dicit animas sine corpore ante mandatum vixisse, postea in corporis vinculum & carcerem, & pedicas coniectum, & sine

Bellar. abutitur testimonio Methodij.

[b] *Method us apud Epiphan. loco citato.*

corpore impossibile esse peccare. *Hæc omnia Methodius: Secundò Respondeo. Cum Proclus ait peccatum viuere, id intellexit Regnare, & dominari etiam in Renatis: id tum ex assertione Procli, tum etiam ex responsione Methodij satis constat. Ille.* * Ne haberet homo malum immortale peccatum PRAEDOMINANS, &c. *hic.* * Si talis est natura carnis, vt legi Dei SVBIICI nequeat, quomodo Paulus hortatur: Non REGNET peccatum, &c? *Et probat toties carnem subijci, quoties actualibus non inseruit.* * Non paret scortationi, delicijs; omne enim peccati studium per carnem *(intelligit corpus)* consummationem acquirit. *Denique* * Lex Spiritus vitæ per Christum, penitus peccatum REGNANS in carne vicit. *Hæc Methodius contra Proclum, an idem Protestantes cum Proclo?* Peccatum regnare, *Dic obsecro, quid sibi vult. Aduocatus.* [i] NON REGNET PECCATVM. &c. * Rom. 6. Nomine peccati omnium consensu CONCVPISCENTIA accipienda est: quæ quidem tum Metaphoricè Regnare, & imperare dicitur, cum ardentius incitata CONSENSVM voluntatis extorquet. optime: *an insuper peccatum Regnans Protestantes in renatis astruunt?* Dicunt Protestantes concupiscentiam in renatis esse peccatum, LICET NON SEMPER REGNET. *Ergo iam Protestantes absolues? minimè; quamobrem verò? Aduersarius.* Quod Proclus, hoc idem postea Messaliani hæretici docuerunt, vt est apud Theodoretum; hæc est ipsissima hæresis Lutheri, hæres. 2. & 31. eadem Calu. Inst. lib. 4. Idem Philippus. *Respondeo, Protestantes nec Messalianorum haresin tenere, nec omnino heresin. primùm. Aduocatus.* [e] Messaliani tantam vim orationi tribuebant, vt Baptismo derogarent, dicentes NVLLAM VTILITATEM Baptizatis ex baptismo accedere, sed solam orationem studiosam DAEMONEM INHABITANTEM EFFVGARE. ATQVI, [f] Lutherus art. 2. ait omnia PECCATA in baptismo REMITTI. Caluinus, omnium peccatorum, inquit, REATVS per Baptismum DELETVR. Philippus, Peccatum in Baptismo REMITTI, vt non imputetur;

Nunc

* *Pag. 162.*
* *Pag. 171.*
* *Pag. 173.*
* *Pag. 175.*
[b] *Bellar. lib. 5. de amiss. grat. cap. 3. §. Similis Tropus, &c.*
[3] *Rom. 6.*
Proclus peccatum, regnare in renatis, hæretice docuit, quod Protestantes orthodoxè negant.
[c] *Bellar. ibid. cap. 10. in principio.*
[d] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. Obijcitur protestantib. Messalianorum hæresis cum prorsus contrarium Protestantes defendunt.*
[e] *Alphons. de Castro lib. 3. de hæres. Tit. Baptism.*
[f] *Bellar. lib. 1. de Baptism. cap. 13. §. Hoc nostro, &c.*

Nunc doceo secundum; sed in primis ipsam hæresin designa.

[a] Dicunt Protestantes concupiscentiam in Renatis verè esse peccatum. *Reuerâ sic dicunt, & verum dicunt, certè quidem peccaturi, si aliud aut dixerint, aut senserint. Primum, quia: Aduocatus*: Heb. 12. Deponentes circumstans peccatum &c. [b] Concupiscentiam Carnis aduersus spiritum Sanctum intelligit, quam appellare PECCATVM Apostolus SAEPE solet. vt Rom. 7. & 8. *sic igitur eam appellare vox Apostoli ea sonat, iam* [c] Sceleratum est modum loquendi, & quoad rem ipsam verum, & per se SCRIPTVRAS IMITANTEM tanquam blasphemum & inauditum portentum traducere. *Esse quoq; propriè peccatum ex Consequentia euincam insolubili.* [d] Non quod est præter, sed quicquid est CONTRA legem Dei est MORTALE peccatum. Nec enim aliter peccatum intelligi possit, quam quod sit legis transgressio. *At* [e] FATEMVR CONCVPISCENTIAM esse quandam iniquitatem, & aliquando Obliquitatem, non modò contra dominatum mentis, verùm etiam CONTRA LEGEM Dei. *Quod idem* [m] *Vega Concilij Tridentini Interpres approbatissimus de omni veniali peccato verum esse concedit non inuitus. Sed nolo vobiscum rigidè agere, nolo negatam extorquere veritatem, quam licet oblatam accipere: De quo ex Cassandro vestro* * *paulò post: interea quæ sit in hac parte hæresis, Patrum aduersus Hæreticos, responsa satis significabunt.* [n] Pelagiani olim affingebant Catholicis talem errorem, quasi dicerent. Per Baptismum non auferri omnino peccata, sed quasi Capillos radi, remanentibus eorum radicibus, vnde iterum renascantur. B. Augustinus, dicunt, inquit, Pelagiani Baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, aut auferre crimina, sed radere, vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc aduersus Catholicos, inquit Augustinus, nisi Infidelis affirmat? Dicimus enim Baptisma dare omnium indulgentiam peccatorum, & auferri crimina non radere; nec vt omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum,

[a] *Ibid. cap. 9. An concupiscentia in Renatis sit propriè peccatum.*
[b] *Ribera Iesuit. Comm. in Heb. 12.*
[c] *Tannerus Iesuit. exam. Hum. Relat. cap. 13. §. Sed quia.*
[d] *Bellar. lib. 4. de Iustificat. cap. 13.*
[e] *Staplet. lib. 3. de Concupisc. in Renatis c. 2.*
[m] *Vega lib. 14. de Iustific. c. 15.*
* *Infrà lit. n.*
[n] *Peter. Iesuit. Comm. in Rom. 5. num. 9.*

rum, vnde creſcunt iterum reſecanda. Eòdem ſpectare videtur, quod B. Gregorius habet. Si qui ſunt, qui dicunt peccata Baptiſmate ſuperficie tenus dimitti, Infidelis eſt. Si peccata in Baptiſmo non funditus dimittuntur, quomodo qui lotus eſt, mundus eſt totus, cui de peccato aliquid remanſit? *Iam verò & omnia peccata in Baptiſmo remitti, & concupiſcentiam in Renatis per gratiam non eſſe, Criminale peccatum Caluinus, & Lutherus, palam docent: eſſe tamen adhuc ſua natura peccatum veſtrûm multi tenent, materialiter tamen peccatorum radicem manere nulli non libenter dabunt. hoc* [a] Ex Auguſtino & reliquis Eccleſiaſticis Scriptoribus conuenit, eam concupiſcentiam, etiam poſt Baptiſmum reliquam, Apoſtolum, & eum ſecutum Auguſtinum, peccatum nonnunquam appellare, non modo, quia ex peccato factus eſt, ſed quia eſt fomes peccati, & Dominationi mentis resistit. certè inſignis Theologus apertè aſſerit, etiam in Regeneratis manere peccatum, etiamſi non imputetur. [b] Si peccati rationem in vitio illo, & iniquitate, languore & morbo conſtituas, cui Spiritu reſiſtendum eſt, nè illicitos actus gignat, non ineptè Peccatvm dicitvr; ſin peccati ratione in ipſa Offensa Dei & reatv, cui ex aduerſo pœna & damnatio reſpondet, ſitam intelligas; non eſt peccatum in regeneratis, quia niſi ei voluntas conſentiat, ad peccatum non deputatur. *Non potuit cauſam hanc Caluinus definire diſertius, peccatum eſt igitur, nec mirum, nam,* [c] Tam potentiſſime viſceribus noſtris inhæret venereæ rei cupiditas, vt ne cogitare quidem de explenda cupiditate poſſimus, quin voluptate neſcio qua occulta tangamur, quam pleriq; Nimivm veniale peccatum eſſe volunt. *Ex his ſatis intelligis, tam abhorrere nos ab Hæreſi, vt ſententiam noſtram tuxtà cum Eccleſiaſticis Scriptoribus, Theologi veſtri inſigniſſimi, opinione veſtra Catholici, tanquam Catholicam amplectentur, quod ſuus proprius, & deſtinatus locus σῳ θεῳ, abunde demonſtrabit. Eſſe etiam radicem peccatorum omnium, quæ poſt Baptiſmum perpetrantur, vtinam experientia noſtra*

[a] *Caſſander lib. conſult. art. 2.*

Concupiſcentiam eſſe peccatum.

[b] *Idem ibid.*

[c] *Viues Comm. in Auguſt. de ciuitate Dei. lib. 1. cap. 9.*

non

non tam palam vociferetur, vt non opus sit nobis, Bellarmine, his testimonijs tuis: [z] Concupiscentia est fons tentationum, est lex membrorum repugnans legi mentis; est peccati fomes: est potentia animi vitiata, asimulata canibus rabiosis, in carne materialiter peccatum, quod non tollitur per Baptismum, sed remanet in renatis. CONTRA SPIRITVM vsque ad mortem pugnans, quæ adolescentes adigit ad insaniam, & Insignes viros peruertit. *Postremò (libet enim addere, vt Messalianos hæreticos affines vestros possitis agnoscere) Aduocatus.* [a] Aduersus ignauos Monachos, qui tum in Africa errorem hunc a Messalianis hæreticis enatum fouebant, Augustinus scripsit librum de opere Monachorum, quo tria potissimum demonstrat: primum; vt Monachi, qui nullo Euangelico negotio, nulla curâ Ecclesiastica occupantur, non vitam sine vllo labore manuum transigant ociosam. &c.

[z] *Bellar. hæc singula copiosè. vide Iudicem centrou. 3. general. in hanc vocem* Concupiscentiam.

[a] *Sixtus Senens. Bib. lib. 6. Annot. 317.*

CAPVT XXIX.

De duabus aliis Hæresibus. { *Prima Pœnitentiæ subiectum:* / *Secunda personas Trinitatis euertit.*

A Duersarius. [a] Hæresis sexta. Nouatianorum error præcipuus erat, non esse in Ecclesia potestatem reconciliandi Homines, nisi per Baptismum: postea etiam addiderunt, non debere Baptizatos inungi Chrismate ab Episcopis. Caluinus negat vllum esse Sacramentum pœnitentiæ præter Baptisma, Lutherus pœnitentiam reijcit. Augustana confessio confirmationem, Caluinus Chrismatis vnctionem. *Dabo equidem operam in singulis tibi satisfacere. Primo. ad partem priorem. Aduocatus.* NOVATIANA hæresis peccantibus OMNEM pœnitentiæ virtutem tollit, dicens eos, qui semel post baptismum lapsi sunt, NVNQVAM postea consequi REMISSIONEM peccatorum, ETIAM-SI EOS POENITEAT. [b] Omne peccatum lethale post baptismum commissum irremissibile cen-

[a] *Bell. lib. 4. de notis Eccles. cap. 9. § Nouatianorum.*

[b] *Alphonsus de Castro lib. 12. aduersus hæres. Tit* Pœnitentia. [c] *Vega lib. 13. de Iustif. cap. 2. pag. 486.*

[d] *Maldonat. Iesuita Comm. in Ioh. 14.*

fuerunt. [d] In Iohn 5. 4. Dixit Christus noli amplius peccare; ne deterius aliquid tibi contingat. Ex quo loco probat Pacianus contra Nouatianos, non negandum esse POENITENTIBVS veniam, nec enim dixisse Christum iam noli peccare, quia non sanaberis iterum, sed, ne deterius aliquid tibi contingat. [e] Dicunt Protestantes in Christianis post baptismum requiri fidem, & POENITENTIAM, vt iustificentur, & remissionem consequantur. [f] Caluinus non vult opus esse nouo pœnitentiæ sacramento quo cœlesti Patri reconciliemur, cuius, inquit, vis in Baptismo viget, ideoq; Baptismi memoriam esse repetendam. *Quid igitur est de quo controuertitur?* [g] Non de quauis pœnitentia inter nos, & Protestantes controuersia habetur, Pœnitentia vel in sola mentis conuersione, atque interna peccati detestatione consistit, vel in externis signis, vt mœrore, lachrymis, confessione, corporis afflictatione se prodit. neque de hac re vlla controuersia est: Ipsi Aduersarij, Caluinus, & Kemnitius, opera externa laboriosa, vt signa veræ pœnitentiæ internæ non reijciunt. Deinde absolutionis RITVM aliquem fere omnes agnoscunt. Sed hic est status controuersiæ, vtrum pœnitentia, signis externis manifestata, accedente ad eam verbo absolutionis, sit Sacramentum propriè dictum. *Præsertim cum ficti Sacramenti Pœnitentiæ nomẽ repudiant: non ipsam Pœnitentiam, quam Patres docuerunt.* [h] Vera Pœnitentia (inquit * Ambrosius referente Magistro) est virtus, qua, commissa cum emendationis proposito plangimus, & plangenda vlterius non committimus. Idem * Gregorius. quam Lactantius Recipiscentiam vocat. *Nouatiani pœnitentiæ & contritionis remedium omne lapsis abstulerunt post Baptismũ: Protestantes tantùm pœnitentiæ sacramentũ, nec tamen omnino Sacramentum negant aliquod esse: Illi veram virtutem pœnitentiæ, hi tantum ritum externum reijciunt: id est, Protestantes prorsus negant, quod Nouatiani affirmant: & tamen illis Nouatianam hæresin aspergitis. Vtinam itaq; te Bellarmine, istarũ calumniarum aliquando pœniteat. Ad Partem posteriorem transeamus, de*

[e] *Bellar. lib. 3. de Iustific. cap. 6. & sæpè alibi.*

[f] *Lindanus panopl. lib. 4. c. 57.*

[g] *Bellar. lib. 1. de Pœnitent. cap. 8. §. Vt igitur. Iesuita Caluinum accusat pariter & excusat.*

[h] *Vega lib. 13. de Iustific. cap. 16.*

* *Ambrosi in Serm. Quadragesim. li. 13. c. 16.*

* *Greg. Ep. 37.*

de Confirmationis Chrismate siuè Baptismatis : Protestantes non dicere demissiùs possunt, quam olim de impositione manuum Hieronymus. Aduocatus. [l] Dicit Hieronymus impositionem manuum multis in locis ad honorem Sacerdotij magis, quàm legis necessitatem facere, significat eam non esse absolutè necessariam. *Quàm insuper non sit necessaria confirmatio, confirmat praxis vestra.* [k] In regno Angliæ nullius Episcopi, adeoque nec confirmationis vsus à primo anno Regni Elizabethæ à Pontifice nobis concedebatur, *sic loquuntur Seminarij de his infrà.* [l] Christus baptismum instituens, nullum de Chrismate adhibendo dedit præceptũ, hoc igitur amisso Baptismus nihilominus est perfectus : per hanc rationem refellitur alter error Claudij Taurinensis Episcopi, qui dixit Baptisma esse nullum, nisi signum crucis fronti Baptizati infigeretur. hic autem manifestus est error, constat enim Christum cum institueret Baptismum numquam de signo crucis meminisse. *Postremò, vos, qui Nouatianos Hæreticos alijs obijcitis, vereor, vt in eorum exemplo, seu speculo quodam, possitis vultum vestrum minimè Catholicum contemplari : quid est enim quod aliàs docuistis?* [m] Asserimus nos legem Dei rectè implere posse, & esse omninò perfectos. *Quid ferè aliud Nouatiani iactarunt? Aduocatus.* [n] Nouatiani, ob arrogantissimam puritatis, ac sanctimoniæ opinionem, apud populum se Catharos, id est, puros, esse iactitabant ; & de Ecclesia pœnitentiam submouebant. [o] Quos propterea Nazianzenus appellat NOVOS PHARISAEOS, & nomine duntaxat, non animo & voluntate, puros.

[l] *Greg. Valent. Iesuita lib. de num. Sacram. cap. 3. Impositio manuum.*

[k] *In libellis suis aduersus fratres Iesuitas.*

[*] *Infrà.*

[l] *Alphonsus de Castro lib. 3. aduers. hæres. Tit. Baptism. hæres. 6. Signum crucis in Baptismo non est per se necessarium.*

[m] *Bellar. lib. 4. de Iustific. cap. 10. & deinceps.*

[n] *Lindanus panopl. li. 4. c. 64.*

[o] *Ribera Iesuita Comm. in Heb. 6. num. 11.*

Hæresis septima, contra Trinitatem personarum.

Aduersarius. [p] Hæres. septima est Sabellij. vnam tantum esse personam in Deo. Idem tenebat Michael Seruetus, & eadem sententia jam in multis locis regnat. *Malitia interdum vsque adeò impotens est sui, vt cum gratiæ causa nihil faciat, omnia tamen sint grata, quæ facit. sic* tenebat (*inquis*)

[p] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. Caluinus hæreseos vindex.*

[a] *Beluc. in præfat. in controuers. de Christo* § *Primo igitur.* & § *cum igitur.*

Seruetus. *certè, qui nimirum. Aduocat.* [a] Seruetus Hispanus in Geneua, autore Caluino, dignum scelere suo supplicium pertulit. *Tum toto hoc capite Caluinum, & Lutherum ex professo oppugnas. hic Caluinum huius hæresis non autorem, sed vltorem esse, confiteris.*

CAPVT. XXX.

Hæresis olim, & Manichæorum in duobus:
- *Primò, facultatem liberi Arbitrij tollit.*
- *Secundò, Patriarcharum dignitatem detorquet.*

[a] *In Rer. bl. de notis Eccles. c. 9.* §. Manichæorum.

[b] *Tertullianus Iesu lib. 2. de natis verbi Domini. pag. 92.*

[c] *Campianus Iesuit. 8. in principio.*

[d] *Cal. Inst. cap. 2* §. *15. ex Edit. prima. Obiectam filij hæresin Caluinus non sine execratione reiicit, & cum ratione refutat.*

[e] *Mal. lib. 1. Comment. Matth. 7.*

Si cui forte ... [illegible] ... sup. 12.

Duersarius. [a] Hæresis 8. Manichæorum, quorum erat (vrait Hieronymus) damnare naturam, & liberum auferre arbitrium, nec peccatorum originem (inquit Augustinus) libero arbitrio tribuebant. Idem omnino Lutherus; qui librum scripsit de seruo arbitrio: idem Caluinus, qui non permittit homini liberam electionem VILLA IN RE, nec nomen liberi arbitrij possit tollerare. [b] Hic est Protestantium Atheismus. [c] Deus, inquit Caluinus, est autor & causa peccati. *Imo*; *Reus.* [d] Fuancsat stultum Manichæorum mgamentum, qui cum substantialem in homine malitiam imaginantur: alterum illi conditorem assingebant, nè iusto Deo viderentur malitiam, aut mali principium assignare. dicemus hominem naturali vitiositate corruptum, sed quæ à natura non duxerit. *Cum igitur vos quidem vem obliquis oculis inspexisse; viuum, si placet, alteris & quantum à Manichæorum hæresi abfuerit Caluinus facile conijcietis. Aduoc.* [e] Manichæi Arbitrium in VTRAMQVE PARTEM liberum tollunt, Caluinus è liberum TANTVM IN BONVM, non etiam malum. *Hic vsque vere, sed parum liberaliter, quia in bonum spirituale bonum liberum negant, sed (nam profectò bonum vere naturale hominis naturalis superaturale est) in bonum tantum supernaturale.* CONCEDVNT quidem Protestantes

tes libertatem ad iustitiam Philosophicam, atque ciuilem, sed non ad spiritualem, atq; diuinam, hoc est, quoad opera legis externa, non interna. *Sed tu instas. Aduersarius.*

[f] In hoc est Caluinus magis impius Manichæo, quod Manichæus Deo malo tribuit mali initium, Caluinus Deo bono, qui nullam libertatem possit tollerare. *Quis te malus Dæmon in hanc sententiam impulit? an in primo peccatore liberum arbitrium Caluinus negat? Aduocatus.* [g] Caluinus CONCEDIT hominem præditum fuisse libero Arbitrio ANTE LAPSVM, sed nunc eo carere. *An etiam Deum aui horem esse peccati non negat?* Deus (inquit Caluinus) non est peccati author. *Inter Manichæum, & Caluinum quid igitur distat? Ille in natura creata liberum arbitrium negat: hic tantum in natura corrupta: ille libertatem ad omne bonum, hic tantum ad bonum spirituale: nostra igitur doctrina non est Manichæorum hæresis; sed nè hæresis quidem, neque enim possit hæresis cum veritate reconciliari. at Vega vester.* [h] Adijciam viam qua iam NOBISCVM Protestantes in hac quæstione RECONCILIARI queant, *An etiam Catholici dici possunt, qui hæresi diserè repugnant? at ipse tu.* [i] Auersus Protestantes, & QVOSDAM etiam CATHOLICOS liberum arbitrium defendemus. *Operam igitur, Vega, perdes, quia hic Iesuita reconciliationem non feret, sensum etiam Catholicorum oppugnabit, etiam Catholicum. quia. Aduocatus.* [k] Hoc, inquit Bonauentura, piarum mentium est, vt NIHIL SIBI tribuant, sed TOTVM GRATIÆ Dei; vnde quamtumcunque aliquis det gratiæ Dei, etiamsi SVBTRAHAT potestati naturæ, aut LIBERI ARBITRII, a pietate non recedit; cum verò aliquid gratiæ Dei subtrahitur, & naturæ tribuitur quod gratiæ est, ibi potest periculum interuenire. *Vtcunque veritas nobis faueat, vereor tamen quomodo Antiquitas aduersari videatur. Aduer.* [l] Caluinus fatetur se repugnare toti antiquitati, semper, inquit, apud Latinos vox liberi arbitrij exitit, apud Græcos αὐτεξούσιον vocabulum arrogantius, a quo ego abstinendum censeo; dicit etiam omnes veteres, excepto Augusti-

[f] *Bellar. cap. 9. quo supra.*

[g] *Bellar. lib. 4. de Grat. & lib. Arbit. cap. 7. & lib. 1. de Grat. primi hominis cap. 1. §. In eodem.*

[h] *Supra.*

[i] *Vega lib. 2. de imbecill. naturæ cap. 12.*

[k] *Bellar. lib 4. de lib. arbit. cap. 10.*

Caluini sententia nec tam hæretica fuit, vt non & Catholicè exponi possit, & a veris Catholicis defendi fieri, atque etiam debeat.

[l] *Cassand. lib. Consult. art. 18. Bellar. lib. 4. de notis Eccles. cap. 9. §. Ac primum, &c. §. notandum autem. Quantum pro libero Arbitrio Antiquitas faciat.*

nio, plus æquo humanas vires extuliſſe, & de libero arbitrio aut variàſſe aut vacillàſſe. *Quid dixerit audio, quàm verè; id expecto: et quare ita?* Adnocatus. [n] Dicit eſſe vocabulum AMBIGVVM, in altero ſenſu bonum, in altero falſum, ergo eſſe VITANDVM, & VALLA etiam optabat nomen à medio tolli de contrario. [o] In hoc Chryſoſtomus, Cyrillus, alijque Doctores Græci NON PROBANTVR. [p] Eſt eorum doctrina nimis AFFINIS Pelagianorum HAERESI. *Quamuis duo inſignes Ieſuitæ Calvini prudentiam approbàſſe videantur, operæ tamen pretium erit audire quid ipſius dicat Reus.* [q] Fundamentum Manichæorum eſt, nefas eſſe aſcribi Deo mali creationem. Reſpondeo nulla Creatura in initio extitit, in qua non ſapientiæ, & iuſtitiæ ſuæ ſpecimen ediderat Deus. non ex natura, ſed ex naturæ corruptione peccata naſcuntur. *Calvinus tantum abeſt vt Manichæorum hæreſin tentet, vt eam etiam luculenter refellat, imò, quam tu in Manichæo odiſſe videri velis, in eandem ipſe dilaberis. Accuſatores.* [r] Nos dicimus rebellionem carnis aduerſùs Spiritum, futuram fuiſſe in homine, ex naturæ conditione, ſi homo in puris naturalibus extitiſſet: quod Proteſtantes negant, quaſi hoc ſit Deum mali autorem facere. *Quaſi hoc non ſit; cum Manichæo naturæ primæ* vitioſitatem *aſcribere: imo quod Manichæus Deo malo (vtar ego ex te, in te, verbis tuis) Bellarminus Deo bono tribuit. De libero arbitrio plura paulo poſt.*

[n] *Bellar. lib. 3. de lib. Arbitr. cap. 5.*

[o] *Tolletus Ieſ. Com. in Ioh. 6. Antiquorum patrum auctoritas, in hac parte, ab ipſis Ieſuitis infringitur.*

[p] *Maldonatus Ieſ. Comm. in Ioh. 6.*

[q] *Calvinus Inſtit. lib cap. 6. §. 28.*

[r] *Quam Manichæorum hæreſ. Campianus Calvino impoſuit, Calvinus non modo deijcit, verum etiam deteſtatur.*

Hæreſis Altera.

Aduerſarius. [s] Altera Manichæorum hæreſis hæc fuit, accuſabant veteris Teſtamenti patres, vt docet Auguſtinus Saræ fraudes, & impias impoſturas, Abrahæ idololatriam, Sephoræ ſtultitiam etiam Calvinus tribuit. *O ſi inſcitia in te tua tantum, & non etiam malitia hanc Calvino Hæreſin affinxiſſet, ſic quidem Calvinus, ſed vah quantum χάσμα inter*

[s] *Bellar. de notis Eccleſ. cap 9. Eos hæreticos Bellar. Calvino veluti cognatos & conſobrinos facit, quos ipſe Calvinus vt ſibi ac veritati hoſtes infeſtiſſimos ſtrenuè perſequitur.*

Infrà in huius rei part. 2.

illorum

illorum hæresin, & huius veritatem interfuit ? Reus. * Impij Manichæi reiecto veteri Testamento legem, & Prophetas ludibrio habuerunt. *Caluinus errores Patriarcharum agnoscit, ita tamen, vt* Manichæorum errorem execretur: *eodem planè ingenio, quo ex Sanctis Patribus vestri celeberrimi, nimirum sancto, & modesto. Aduocatus.* [r] Manichæi SCRIPTVRAS veteris legis AVERSATI erant, idcirco in Patriarcharum mores contumeliosiùs inuehebantur. quanquam vero Patriarcharum in veteri Testamento grauia crimina concedantur, non propterea Scripturæ minuitur authoritas; IMO nobis MAGIS COMMENDATVR, vt fidem consequamur, quia Scriptura excipit nullius adulandam personam. quædam in vituperabilibus laudanda, quædam in laudabilibus vituperanda, non tacens. *Hæc ex Augustino vester Senensis. Secundo.* [s] Cur Moses narrauit ebrietatem Noah? primò vt ex hoc appareat simplicitas, & sinceritas historiæ omnia incorruptè narrantis. [t] sed inquiunt Manichæi, ille Iudas, qui cum Nuru sua concubuit, inter Patriarchas computatur; quasi verò iste Iudas, qui Dominum Christum prodidit, non inter duo-decim Apostolos numeretur. Sic Augustinus. *Hæc Iesuita, in quo igitur illi differunt, quis non videt? Manichæi Patriarcharum vitijs seducti, veteris Testamenti fidem perfidissimè oppugnant. Protestantes & Orthodoxi omnes, ex iisdem vitijs, historiæ fidem confirmant, & ex fide historiæ Patriarcharum crimina facile conficiuntur. Defensio non modo veritatis, verum etiam vtilitatis plenissima, quia:* [u] "Quædam crimina Patriarcharum scriptis prodantur (inquit Augustinus) vt quatuor hæc, viz. fidem, eruditionem, timorem, spem consequamur: fidem historiæ, quæ nemini adulantur: eruditionem, vt ea vitia effugiamus, quæ Scriptura vituperat: Timorem, vt casus Maiorum sit timor Minorum: Spem, vt in talibus lapsibus non desperemus salutem. *Dicite imprimis, & eleganter, etenim.* [x] De viris pijs, & singulari Dei gratia excellentibus, vt de Dauide, Salomone, Petro, LAPSVS TRADVNTVR. nimirum vt huiusmodi exemplis docea-

mur,

* *Caluinus ad. nerf. Libertinos cap. 3.*

[r] *Senens. Biblioth. lib. 7. c. 8. Patriarcharum vitia notari sine vitio possunt.*

[s] *Perer. Iesuita Comm. in Gen. 9 & in 37. Iesuita iuxtà cum Caluino non modò concedit insignia fuisse Patriarcharum vitia: verum etiam concedi oportere eruditè probat.*

[t] *Idem.*

[u] *Sextus Senensis, loco suprà citato.*

[x] *Perer. Iesuita Comm. in Dan. 3. Gen. 9. per aliorum vitia nos ad virtutem erudimur.*

mur, qualis sit homo præsente Dei gratia, qualis item absente: scilicet qualis est aër præsente, vel absente lumine; quale corpus, præsentium, vel priuatum anima: aut homo compos mentis, aut vsu rationis captus. *Vel.* vt qui Lecturi erant, documentum ex alijs facerent, quod sibi vsui sit.

[a] *Perer. Comm. in Gen. 19.* *Quis vsus?* [a] PATRIARCHARVM VITIA SCRIPTVRA EXPOSVIT, vt qui fortis tibi videris, inquit Ambrosius, caueas ne cadas. *Primus vsus est in cautelam ne labare: Secundus, in consolationem ne lapsus desperes.* [a] Etiam SANCTORVM LAPSVS vtilis est, inquit Ambrosius, nihil mihi nocuit, quod negauit Petrus; profuit quod emendauit. *Ex his liquet, ex eadem gemula nos mel, Manichæos venenum fugere. hac adhuc in genere: video præterea aliquibus Instantijs tuis occurrendum esse. Aduersarius.*

[a] *Maldonat. Iesuit. Comm. in Matth. 26.*

[b] *Bellar. lib. de notis Eccles. c. 9. §. Manichæi. An Abraham olim Idololatra fuerit.* [b] Caluinus: Dominus, inquit, imputabat fidem Abrahæ, non cum adhuc IDOLIS seruiebat, sed cum multis iam annis vitæ sanctitate excelluisset. en Abrahamum Idolorum cultorem facit. *En verò grandem Caluini hæresin; scilicet, Aduocatus.* [c] Fuisse quidem Abrahamum aliquando SVPERSTITIONE INFECTVM docet Genebrardus ex sententiâ duorum nobilissimorum Rabinorum. cuius ego viri, ob singularem fidei Catholicæ ardorem, memoriam, nomenque libentèr vsurpo: in hanc sententiam,

[c] *Perer. Iesuit. Comm. in Gen. 11. lib. 6. num. 255.* *Sententiam Caluini de Patres Pontificij permulti tenent, accuratéque defendunt.*

videtur impensior fuisse Ioannes Mazius, qui in hoc nostro tempore commentarios edidit in libros Iosuæ, non minus Catholicos, quam eruditos atq; disertos; his verbis: non possum eos audire, qui magno conamine Abrahamum ab hoc IDOLOLATRIAE SCELERE impurissimo vindicare, nescio quibus argutijs student: quasi verò non tanto illustrior sit gratia Dei, quâ illum est complexus, quanto erat ille sceleratior, minusque dignus fauore? hanc sententiam apertissimis verbis confirmare videtur Philo, confirmatur ex eo, quod Deus dicitur apparuisse Abrahæ; non dicitur Abraham vidisse Deum, sed Deus apparuisse Abrahæ. *Hæc ingenuè Iesuita. quanquam addit.* [d] Verum contraria sententia mihi magis placet, & à me stat Iosephus, &

[d] *Idem ibid.*

Suidas.

Suidas. *Falleris vir doctissime, Suidas tibi Aduersarius erit, quem tu, vt Aduocatum, tibi assumis. Aduocatus.* [e] Abrahæ vocatio, & institutio erat nobis Ethnicis, & veris Abrahæ filijs symbolum, & typus. nam quemadmodum ille, cum Chaldæus esset, & IDOLOLATRA VESTAE CVLTOR, ab Idolatria ad veram Dei latriam est conuersus: sic nos &c. quod si hoc cuiquã insolens & paradoxon videtur, is, si hominis Græci, & diligentissimi, probatissimique testimonio (SVIDAM dico) non est contentus, certè non potest nobis non consentire, latini hominis testimonio instructus, nimirum Augustini. lib. 10 de ciuitate Dei. cap. vlt. *Genebrardus (vestris verbis vtor)* Catholicæ fidei propugnator. *Mazzinin litris suis* non minùs Catholicis quàm eruditis. *Philo, Suidas viri non Haretici, Lindanus Caluini Aduersarius acerrimus, etiam ex Augustino, autore, omnium consensu, Catholico, iuxtà cum Caluino senserunt. En, tamen,* Caluini hæresin sc. Abrahamũ Idololatram facit. *Authores missos faciamus, rem ipsam excutiamus, & hæc Caluini opinio, vt Masius obseruat, Dei gratiam magis commendat; vt Lindanus, etiam admirabilem Gentium vocationem magis illustrat. sed instas secundo. Aduersarius,* [f] Rebeccha varijs imposturis, inquit Caluinus, Dei veritatem corrupit, cum malo artificio filij bene-dictionem procurabat, maritum decepit, filium mentiri coegit. *Sic mendaciũ Caluinus taxat, ipse nihil mentiens. Aduocatus.* [g] Est quidem opinio nec PAVCORVM, NEC IGNOBILIVM DOCTORVM Iacobum in præripiendo benedictionem MENDACIVM officiosum dixisse. *Sic Iesuita de aliis, quamvis ipse in aliam sententiam inclinet potius atq; propendeat. at subtilissimo doctori, fraus ista subolenit.* [h] Aliqui conantur Patriarchas Dei defendere mentitos nõ fuisse, SED NON EST RATIONABILE. *idem Albulensis, Lyranus, & alij: ego verò non personas hominum sed rationum momenta deposco.* [i] Si dixisset Iacob, ego sum primo-genitus tuus, & non addidisset Esau, excusari potuit; NVNC NON POSSIT, quia Pater repetens dixit: Tu es filius meus Esau? de industria restringens

[e] *Lindanus panopl. lib. 1. cap. 11.*

[f] *Bellar. lib. de Notis Eccles. cap. 9. §. Manichæi. An Rebecca dolo fracta Benedictionem præripuit.*

[g] *Perer. Iesuita Com. in Gen. 27*

[h] *Scotus in 3. sentent. dist. 38.*

[i] *Cardinal in Caietanus Com. in Gen 27.*

interrogationem ad perſonam Eſau. reſpondit Iacob, ſum: INEXCVSABILIS A MENDACIO. *Et quid ſi in Iacob agnoſcamus nos, quod vos in aliis Patriarchis facile conceditis?*

[k] *Perer. Ieſuit. Comm. in Gen. 37. & in ca. 12.*

[k] Sine vlla dubitatione dixerim filios IACOB, Simonem & Leui, GRAVISSIME PECCASSE. Primo ante cædem. in tribus. quia, patre inſcio, impietatis crimen habent, quia eo animo paciſcuntur mendacij, quod per Sacramentum Circumciſionis, ſacrilegij. Secundo, circa cædem. quia inermes inuadunt, quia vltra meritum vlciſcuntur, quia in Innocentes ſæuiunt, idque cum totius familiæ paternæ periculo. prorſus inhumani exiſtimandi ſunt. Erat factum Reuben probroſiſsimum, quando Patris ſui vxorem vitiabat. Ioſeph fratres ſuos accuſabat, inquit Theodoretus, non de vno crimine, ſed in vniuerſum iudicauit EOS FLAGITIOSA VITA FVISSE. *Rurſus.*

[l] *Canus locis Theologic. lib. 2. cap. 4.*

[l] Hieronymus ſimulationem Abrahæ FOEDAM neceſſitatem vocat. *Et Hieronymo Canus ſuffragatur. Hac igitur non ſucceſſit, alia aggrediendum eſt via. progredere.*

CAPVT. XXXI.

Hæreſis nona, de Eccleſia viſibili:

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. cap. 9 §. Donatiſtæ.*
[b] *Bellar. loco citato.*
[c] *Bellar. lib. 2. de Eccleſ. milit. ca. 3. in princ. Bellarmin. hæreticis ſententiam eandem tribuit diuersè & planè contrariè ſentientibus.*

Duerſarius. [a] Donatiſtæ Eccleſiam ex ſolis iuſtis conſtare volebant, & inde deducebant Eccleſiam viſibilem periiſſe ex orbe terrarum, & in ſola Africa remanſiſſe, eandem eſſe doctrinam Caluiniſtarum certum eſt, nam Eccleſiam conſtare ex ſolis Bonis volunt. Etiam Eccleſiam viſibilem, nunc ſolum eſſe in partibus Septentrionalibus, vbi ipſi ſunt, docent omnes. *Hoc eſſe tuum putidulum, ſed & pellucidum ſigmentum vel ex te ipſo didici. nam Aduocatus.* [b] DONATISTAE Eccleſiam VISIBILEM conſtare volunt de ſolis electis. At [c] Caluinus & PROTESTANTES, cum dicunt Eccleſiam non poſſe deficere, aut perire, de Eccleſia INVISIBILI loquuntur, quam definiunt eſſe cõgregationem Electorum. *Ergo iam inter Donatiſtas*

tiſtas, & Proteſtantes non minùs, quam inter Viſibile, & inuiſibile *diſcriminis intereſt. ad ſecundam partem accedo. non dicunt Proteſtantes Eccleſiam ſuam ſolam eſſe, aut ſolam veram, aut non poſſe deficere, ſed tantum ſolam (quantum fieri poſſit) omnis erroris, ſuperſtitionis; & Idololatricæ tyrannidis, purgatiſſimam: quæ omnia, Deo annuente, loco ſuo confirmabimus. Interea videndum vobis fuit, nè in errore, quem alijs imponitis, vos ipſi demerſi videamini. nam Aduerſ.*

[a] Omnes ſedes Apoſtolicæ, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolomitana defecerunt: ſola Romana ſedes Petri immobilis permanſit, nec poſsit dificere. *Quid ita?* Quia dictum eſt Petro: paſce oues. *Nunc hoc dogma veſtrum cum Donatiſtarum hæreſi conferamus.* [c] *Aduocatus.* Auguſtinus, Epiſt. 48. ad Vicentium, merito ridet Donatiſtas, qui ex iſtis verbis myſticè explicatis, Indica vbi paſcis in meridie, colligebant Eccleſiam Chriſti in ſola Africa remãſiſſe. *Viden'?* SOLAM ET SODAM: ILLI in meridie, VOS in occidente: ILLI Scripturam myſticè, VOS allegoricè, *exponitis. Vtrique pariter*, Suam ſolam non poſſe deficere.

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. ca. 8. §. Si ergo: & lib. 1. de Romano Pontifice.*
[c] *Bellar. lib. 3. de Verbo Dei. cap. 3.*

CAPVT. XXXII.

Hæreſis decima, contra diuinam Chriſti naturam.

ADuerſarius. [a] Hæreſis decima eſt Arianorum, qui docuerunt filium Dei eſſe Patre minorem. Sic hodie Tritheitæ. *Quid hoc ad Proteſtantes, quos tu in hoc toto Capite ex profeſſo oppugnas? Sic inquis*, Tritheitæ. *nimirum: Aduocatus.* [b] Quos Arianos tamen, Lutherus, Caluinus, Philippus, vt hæreticos impugnarunt. *Ergo iam Proteſtantes dimittere ſeu innocentes velis? nequaquam, Aduerſarius.* [c] Caluinus dicit Patrem eſſe per excellentiam Deum, hoc Arianiſmum ſapit. [d] Iure Caluinum ponimus in eorum Hæreticorum numero, qui filij diuinitatem inficiati ſunt: etenim ſenſit Caluinus nomen Dei κατ' ἐξοχὴν, 1. per excellentiam ſoli Patri tribui. [e] Recte ſanè Bozius: auferre

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccleſ. ca. 9. § Ariani.*
[b] *Bellar. ibid. §. Primm errorem.*
[c] *Bell. in Præfat. Controuerſ. de Chriſto. §. Sed iam.*
[d] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 1. de Vnitat. & Trinitat. cap. 9.*

Caluini modus loquendi, ſeu hæreticus, exagitatur.
[e] *Armandus Ieſ. in epiſt. ad Camierum.*

Caluine (inquit) æqualitatem filio cum Patre, reſpectu naturæ, perſonæ, voluntatis, generationis, etiam nominis. [f] Eſt hic Caluini Atheiſmus. *Habetis fortaſſis reum confitentem. Reus.* [*] Ingenuè fatemur κατ' ὁμολογιαν, id eſt, per excellentiam Dei nomen patri propriè aſcribi. *Hoc intelligi verè poſſe non reſpectu naturæ, ſed reſpectu perſonæ, idq; non re, ſed relatione gignentis ad genitum, quis in Theologia tam tyro eſt, qui neſciat? ſed ecquis Catholicus iam auſit Caluini ſententiam, aut probare, aut approbare? non nemo, Aduocatus:* [g] Ioh.14 Pater maior me eſt. QVIDAM ratione diuinitatis, hæc dicta eſſe cenſent, vt nomen, maioris, non ſubſtantiæ inæqualitatem, ſed ORIGINIS DICANT, quia ab ipſo filius, non a filio pater. HANC EXPOSITIONEM ILLVSTRES DOCTORES SEQVVNTVR: inter Quos ATHANASIVS, oratione ſecunda, contra Arianos: BASIL. lib.4.contra Eunomium: Greg. NAZIANZENVS orat. 4. contra Arianos. HILARIVS libr. 9. Trinit. ORIGENES Homil. 2. in Deutero. [h] PATER EST MAIOR filio, etiam QVATENVS FILIVS DEVS erat, non quidem reipſa, ſed HOC IPSO quod ille PATER, hic filius. Patris enim nomen eſt HONORIFICENTIVS nomine filij, quia principium eius eſt: vt exponunt Athanaſius, Hilarius, Epiphanius, Gregorius, Nazianzenus, Cyrillus, Leontius, Chryſoſtomus, Theophylactus, Euthymius. *Secundò, etiam excellentia hæc in officio filij cerni poſſit, non neceſſario illo quidem, ſed voluntario, vt patet.* [*] Phil. 2. Qui cum in forma Dei. &c. ſeipſum exinaniuit. &c. *non quod æqualitatem amiſit, ſed quod ſe ad munus Redemptoris ſubmiſit. Aduocatus.* [*] Iohn 6 De cœlo deſcendi, non vt faciam meam voluntatẽ, ſed Patris. [i] Fecit quidem Chriſtus non ſuam, ſed Patris voluntatem, ſed id ipſum ſponte, & voluntate ſua fecit, non coactus. Itaq; non ſequitur eum eſſe minorem Patre. [k] Intelligit non minorem quoad naturam. *Viz.* cum dicitur a Tertulliano, filius eſt minor Patre, non intelligi debet minor quoad dietatem ſed quatenus à generante genitus, à mittente miſſus

[f] *Anton. Poſſiuinus Ieſuit. de Notis Diuini Verbi. lib. 3. pag. 78.*
[*] *Caluinus.*
[g] *Tolletus Ieſ. Com. in Ioh. 14. Ieſuitæ modum loquendi non diſſimilem, ſenſum quoq; plane eundem ex patribus profeſſunt & profitentur.*
1. *Senſus orthodoxus.*
[h] *Maldonat. Ieſ. Com. in Ioh. 14.*
[*] *Phil. 2.*
[*] *Ioh. 6.*
[i] *Maldonat. Ieſ. Com. in Matth. 6.*
2. *Senſus orthodoxus.*
[k] *Eraſmus in Præfat. ad Libros Tertull.*

miſſus, à dante accipiens dicitur : id quod Scholaſtici vocant in Patre autoritatē, in filio SVBAVTORITATEM. *Videte hominum ſtuporem.* Pater eſt per excellentiam Deus: *Sic Caluinus :* & Nomen Patris eſt HONORIFICENTIVS. *Sic Maldonatus Ieſuita.* eſt in patre *(inquit Caluinus)* excellentia, & in filio *(inquiunt Scholaſtici)* eſt ſubautoritas. *Vel hinc quam æqui ſitis rerum æſtimatores, facile liquet.* Hoc in Caluino hæreſin ſapit ſcilicet : *Sanè Aduerſarijs, quibus nec ſanum, nec ſapiens eſt palatum, ſanioris cerebri Ieſuitæ accuratè diſtinguunt.* [q] Filius minor, non quoad naturam ſubſtantiæ, ſed quoad relationem originis, non quoad diuinitatis inæqualitatem, ſed quoad munus & voluntatem redemptionis. *Hæc cum ita ſe habeant, dicam quod magis ſtupeas. Aduerſarius.* [r] Facit Caluinus filium MINOREM Patre quoad naturam, generationem, nomen. *Hoc Ieſuita, etiam opinione ſuorum tam falsò, vt & in Caluinum ingens Ieſuitarum Cohors inuehantur quaſi Chriſtum quoad naturam, & generationem* ÆQVALEM *Patri fecerit, de quo* * *infra. Hic Bellarmino ſatisfecimus, ibi Bellarminus ſatisfaciet pro nobis.*

[q] *Maldonatus Ieſuita ſuprà.*

[r] *Armandus Ieſuita ſuprà.*

* *Infrà vbi agitur an Chriſtus αὐτόθεος.*

Alia hæreſis aduerſus Traditiones.

Aduerſarius. [s] Alterum Arianorum errorem docent omnes huius temporis hæretici. Sectarij enim omnes huius temporis, omnes traditiones reijciunt, vt patet ex Brentio, & Caluino, & alijs. *ain' ?* ARIANORVM errorem ? & OMNES Sectarij ? & traditiones OMNES *reijciunt ? tria ſunt omnia, & totidem ſunt mendacia. primò enim doce, ſi potes, Arium omnem abiecisſe traditionem, imò vel vnam. in promptu eſt, inquies,* ὁμοούσιος; *hæc verò, ſi nomen ſpectemus, non erat, vt noſtri, traditio Apoſtolica, ſed Eccleſiaſtica, & tunc noua, ſed tamen ſalubriter ad Articuli expoſitionem inuenta, ſin rem, & dogma ipſum reſpicimus. tum.* [t] Hæreſis Ariana ex ipſis Scripturis expreſsè refutatur. *Secundò, Proteſtantes (quos inter Sectarios numeras) omnes aliquas amplectuntur, non* ſcit. *omnes*

[s] *Bellar. lib. 4. de Notis Eccleſ. cap 9.*

[t] *Bellar. lib. 4. de Verbo Dei cap. 11. §. Pro-*

omnes traditiones reijciunt, ſiue traditiones ſcriptas, ſeu non ſcriptas intelligas: [a] Brentius in Apologia: nequid, ait, ambiguitatis in nomine traditionis relinquatur, non loquimur nunc de ea Traditione, quâ nobis ſacra Scriptura, & quæ in ea continentur à Maioribus nobis tradita ſunt: NAM HANC TRADITIONEM AFFIRMAMVS eſſe CERTAM, firmam, & indubitatam; ſed de traditionibus alijs loquimur, quæ non ſunt AB APOSTOLIS ſcriptis mandatæ. *Hanc traditionum omnium dominam & quaſi Deam Proteſtantes ſtudioſius, quàm vos, venerantur: ad non ſcriptas quod attinet teipſum teſtem adhibeamus.* [b] Proteſtantes CONCEDVNT Apoſtolos quædam inſtituiſſe, quæ ad Ordines Eccleſiæ ſpectant dies quoſdam FESTOS OBSERVANT. *Non ritus itaq; traditos, ſed doctrinas non traditas auerſantur: quatenus Traditionibus auſcultandum ſit, locus ei diſputationi proprius per Dei gratiam, ex confeſſis veſtris, & Patrum antiquorum iudicijs aperte copioſeq; explicabit: docebitq; nullam ab ijs repudiari Traditionem, quæ non vel per inutilitatem vel per ſuperſtitionem omitti debeat.*

[a] Lindanus panopl. lib. 1. cap. 2.

[b] Bellar. lib. 4. de Verb. Dei. ca. 3. Proteſtantes, inquit Bellar. traditiones omnes negant & tamen quaſdam concedunt.

CAPVT. XXXIII.

Hæreſis vndecima Aëreanorum in tribus { 1. *Impugnat orationem pro mortuis.* 2. *Stata ieiunia tollit.* 3. *Ponit æqualitatem Miniſtrorum.*

[a] Bellar. lib. de Notis Eccleſ. ca. 9. §. Aeriani.

Auerſarius. [a] Hæreſis vndecima eſt Aëreanorum, qui tres errores docebant. Primus, non eſſe orandum pro mortuis. Secundus, ſtata ieiunia non eſſe celebranda. Tertius, Epiſcopum à Presbytero nulla differentiâ debere diſcerni. eadem Caluiniſtæ, & Lutherani ferè omnes. *Reſpondeo, primò alios fuiſſe errores fundamentales, partim cum alijs communes, partim etiam ſibi proprios, vobiſq; cognatos admodum, qui Aerium in hæreſis crimen traxerunt. Aduocat.*

[b] Alfonſus de Caſtro lib. aduerſus hæreſ. Tit. Cibus, & Tit. Nuptiæ.

[b] Tatianorum hæreſi adhæſit Æreus, dicens NON LICERE VESCI CARNIBVS. *Rurſus. etiam in eo errore fuit* Æreus,

Æreus, vt refert Auguſtinus, vt neminem ad communionem admitteret NISI CONTINENTES. *accedat illud Epiphanij:* *Aëreus erat ARIANVS in totum rectè dictus Aëreus, quia erat aërijs ſpiritibus inflatus. *Sed mitte, inquies, quod ſcio; dic quod rogo. dicam, ſi prius in hoc tu mihi ſatisfeceris, in quo Concilio vſquam, vel hac ſententia* Non eſt ſupplicandum pro defunctis: *vel hac* Ieiunij ratio libera eſſe debet, *pro hæreſi habebatur: prior ſententia vſque-adeò non eſt hæretica, vt vera Antiquitas Proteſtantibus planè ſuffragetur.* [c] Inuocatio Sanctorum in ſacris literis veteris Teſtamenti explicitè præcepta non erat, *quia populus propenſus erat* in Idololatriam: nec in nouo, nè Gentiles conuerſi ad fidem, ſe iterum induci ad falſum cultum paterentur. *atq; hac cautela multos, poſt Chriſtum, annos neceſſario obtinuit. de veteri Teſtamento diſertè Ieſuita:* [d] Quod aliquis orauerit Sanctos defunctos, vt pro ſe orarent, nuſquam legimus. *Habeo ego ad manum de hac quæſtione, quæ ſatis vel anido Lectori faciant. Sed non ſunt hæc huius negotij.*

* *Epiphanius hæreſ. 75.*

[c] *Eckius in Enchirid. ſub finem loci de* Venerat. Sanctorũ. *Inuocatio mortuorum non verè antiqua.*

[d] *Suarez Ieſuita in Thom. part. 3. qu. 52. Art. 1. diſp. 42. §. 1.*

Secunda Criminatio.

Aduerſarius. [e] Proteſtantes in ſua confeſsione ſaxonica apertè ſcribunt, ſe pacis publicæ cauſa ſtata IEIVNIA, & huiuſmodi TRADITIONES libenter obſeruare velle. *Quod ſi fortè negáſſent, tamen Antiquitas illis fauere videretur.* [f] Aduertendum eſt OLIM in veteri Eccleſia Iudæorum, frequentiſsimum fuiſſe vſum ieiunandi, vt ex tota Scriptura conſtat, NVLLVM tamen TEMPVS ieiunij indictum illis fuit, ſed ieiunia aut ſponte in pœnitentiam peccatorum, aut in carnis mortificationem, aut maximè in temporibus anguſtiæ, & tribulationis, aut aliis DE CAVSIS a maioribus Iudæorum iniungebantur. Nec Chriſtus ſuo tempore Diſcipulis ſuis ieiunia interdixerat. *Addit.* Præcepta ieiuniorum POST CHRISTI ſponſi aſcenſionem inſtituta fuit. *Nunc me ad tertiam Criminationem accingam.*

[e] *Caſſander lib. Conſult. Art. 16*

[f] *Tolletus Ieſuita Comm. in Luc. 5. Annot. 72.*

Tertia

Tertia Criminatio.

[g] *Greg. Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 9. qu. 1. punct. 2.*

[h] *Idem quo iam ſuprà. §. Neq; iſtuc.*

Proteſtantes omnes gradus in Miniſterio facilè agnoſcunt.

Aduerſ. [g] Aiunt Proteſtantes Epiſcopum & Presbyterum nulla differentia debere diſcerni. *Nullamnè prorſus differentiam agnoſcunt? ſi tu negaueris, alius; ſin pertinaciter aſſeueris, nullus eris. nam, Aduocatus.* [h] Certè (præter Anabaptiſtas, qui Scripturas vt rem non neceſſariam abijciunt atq; contemnunt) OMNES Proteſtantes *(hos vocat Sectarios)* admittunt TRES ſaltem Miniſtrorum GRADVS: nempè, EPISCOPORVM, quos vocant Paſtores ſuper-intendentes, vt habeant curam Eccleſiaſticæ diſciplinæ: & Presbyterorum, quos vocant Miniſtros verbi, & Sacramentorum, & Diaconorũ, qui ſuper-intendentibus, & Paſtoribus nauent operam in adminiſtratione Sacramentorũ, & officijs alijs. *Qui gradus diſtinguunt horrendam illam tyrannidem ἀνισότητος, & æqualitatis inæqualitatem: non igitur de differentia omni ſed de differentia ordinis, ſeu poteſtate ordinandi, quæſtio inſtituenda eſt. Aduerſarius.* [i] Æreus hæreticus ordinis differentiam negabat eſſe iure diuino, idem Proteſtantes. *Quod idem forte Sanctus Hieronymus, nec aliud Patres alij aſſeuerarunt, hoc ſcholæ veſtræ Doctor primarius non ita pridem facile largiebatur.* [k] Michael Medina lib. 1 de ſacr. Orig. affirmat non modò Sanctum HIERONYMVM idem in hoc cum Æreanis hæreticis ſenſiſſe; verùm etiam Amborſium, Auguſtinum, Sedulium, Primaſium, Chryſoſtomum, Theodoretum, Oecumenium, Theophylactum. [l] Ita, *inquit*, iſti viri alioqui Sanctiſſimi, & Orthodoxi. *Hæc Medinæ veſtri reſponſio; ecquid vobis arridet? Aduerſarius.* [m] Non eſt tolerabilis. *Probabo verò hoc non modò ferendum, ſed etiam omnibus aliis reſponſis præferendum eſſe. Aduocatus.* [n] Antiquitus inter Presbyterum, & Epiſcopum nihil intererat, vt teſtatur Hieronymus. ſed poſt propter ſchiſma à multis delectus eſt Epiſcopus, & quotquot Presbyteri, totidem erant Epiſcopi. *tua, Eraſme, apud Ieſuitas ſordet autoritas. Aduerſarius.* [o] Dico (quicquid ſit de poteſtate Iuriſdictionis)

[i] *Bellar. quo ſuprà. Scholaſticus patres fere vniuerſos, vt ſibi videtur, hæreſes, vt nobis veritatis inſimulat.*

[k] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. milit. ca. 9. in princip.*

[l] *Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 9. q. 1. punct. 2. §. Ad tertiam.*

[m] *Ibidem.*

[n] *Eraſmus Annot. in 1. Tim. 4.*

[o] *Valent. Ieſuita quo ſuprà §. Explicabo.*

onis) manifeſte agnouiſſe Hieronymum Epiſcopum poteſtate ORDINIS eſſe ſuperiorem Presbytero iure diuino. *Eſt igitur aſſertio Eraſmi grauiori aliquo teſtimonio munienda. Aduocatus.* [p] Hieronymus in ea opinione fuit, vt crederet Epiſcopum, & Presbyterum eiuſdem eſſe ordinis, & autoritatis. *Ecce etiam alterum.* [q] Videtur REVERA Hieronymus in ea opinione fuiſſe. *An ille ſolus?* [r] Anſelmus & Sedulius opinionem ſuam ad Hieronymi ſententiam accomodarunt. *Quam eandē ſententiam Medina veſter patribus pariter omnib. tribuit. Quod ego nunc hac ratione ſuadeo.* [s] Oportet expendere cauſas non paucas ob quas priſci veritatis Magiſtri a propoſito veritatis ſcopo aberrarunt: vna eſt, quòd tanto pietatis zelo ardebant, vt cum errorem pro viribus deſtruere conati ſunt, in errorem contrarium decideruntat. [t] Patres antiqui iſti (*a Medina nominati*) poſt Aëreum ſcripſerunt, nec ignorare potuerunt ſi quid tale fuiſſet in Aereo damnatum. *Quid ex his, inquies? oſtendam: Si cognouiſſent Patres hanc in Aereo hæreſin damnatam eſſe, tantùm abeſt vt ei errori verbis ſuffragari viderentur; vt potius in contrarium errorem abriperentur: ſi non cognouerunt hanc opinionem in Aereo damnatam, cur vos eam hoc nomine in Proteſtantibus damnandam eſſe contenditis? concludam.* [u] An Epiſcopatus inter ordines Eccleſiaſticos ponendus ſit, inter Theologos & Canoniſtas non conuenit; conuenit autem inter omnes in Apoſtolorum ætate inter Epiſcopos & Presbyteros NVLLVM DISCRIMEN fuiſſe, ſed poſt-modùm ſchiſmatis euitandi cauſâ Epiſcopum Presbyteris fuiſſe præpoſitum, cui Chirotonia, id eſt, Ordinandi poteſtas conceſſa eſt: ſine quâ ordinandi diſtinctione, pax, vel politica, vel Eccleſiaſtica retineri vix poſsit. *Abſit verò vt praxin Eccleſiaſticam, quæ ad tollendum ſchiſma inſtituta fuit, per ſchiſma perrumpere velimus: & non potius eam ſanctè humiliterq; colamus. dummodo (quod in Eccleſia veſtra Patres Concil. grauiter dolebant) ſchiſmatis remedium non pariat venenum tyrannidis.*

[p] *Alphonſus de caſtro aduerſ. hæreſ. tit.* Epiſcopus.
[q] *Bellar. Ieſuit. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 8.*
[r] *Idem lib. de membris Eccleſ. Milit. cap. 15. & Valent. quo ſuprà §. Ad Sedulium.*
[s] *Sixtus Senenſis Biblioth. lib. 5. in Præfat.*
[t] *Valent. Ieſuit. quo ſuprà. §. Hæc reſponſio.*
[u] *Caſſander lib conſult. art. 14.*

Caput. XXX.IIII.

12 *Hæresis Iouiniani cui error quintuplex adhæsit.*

1. *Negat hominem peccare post Baptismum.*
2. *Ieiunij regulas violat.*
3. *Virginitatis dignitatem obfuscat.*
4. *B. Virginis integritatem in partu negat.*
5. *Prædia Beatorum non distinguit.*

[a] *Bellar. lib. de Notis Eccles. cap. 9 § Iouinianus & lib. 4. de Amiss. Grat.*

[b] *Maldonatus Iesuit. Comm. in Ioh. 5. 14.*

[c] *Vega. lib. 11. de Iustif. cap. 4.*

[d] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. in hæres 5.*

[e] *Bellar lib. 3. de Iustif. cap. 6.*

[f] *Lindanus Pamph. lib. 4. cap. 57.*

Aduersarius. [a] Hæresis duo-decima Iouiniani fuit, eaque multiplex: prima, non posse hominem peccare post baptismum, si fuerit baptizatus; eadem Caluini. Vera fides, inquit, semel habita, nunquam potest amitti. *Caluino hæresin Iouinianam aspergis? Aduocatus.* [b] Iouinianus & alij, Nescio qui, Hæretici negauere hominem post acceptam Baptismi gratiam peccare posse. *Sic hic Iesuita, qui nusquam ferè Calumnum & Bezam non dente petit Theonino. hic,* Nescio qui, *inquit: id est, non potuit hanc illis hæresin impingere. prodis igitur tu tuam calumniandi libidinem nimiam, facultatẽ refutandi nullam. quia Iouiniani, inquis,* negant hominem post baptismum peccare posse. *At* [c] Tu, Caluine, pœnitentiam requiris à peccatoribus, vt iustificentur. *numquid non de Baptizatis loquitur? certè. id enim te non mediocriter torquet.* [d] Dicunt Protestantes vel Concupiscentiam, etiam in Renatis, esse peccatum. *Deinde.* [e] Dicunt Protestantes in Christianis post Baptismum requiri fidem & pœnitentiam vt Iustificentur. *postremò* [f] Caluinus non vult nobis opus esse nouo pœnitentiæ sacramento post peccatum, sed tantùm memoriam Baptismi esse retinendam. *Ecquid tandem vel simile Caluinus docuit? Aduersarius.* Fidem semel acceptam, ait Caluinus, nunquam posse amitti. ergo. *nec tamen vnquam docuit, omnes, cum Baptizantur, vera ac viua fide prædítos esse: sed ad oppositum: non inde sequitur fideles non posse peccare; quod si*

ſi fortè ſequitur, tum, priuſquam Caluinum condemnes, quomodo Auguſtinum abſolues, cogita. Patronus. * Horum fides, quæ per dilectionem operatur, aut omninò non deficit, aut reparatur priuſquam hæc vita finiatur. *vel Campianum veſtrum:* § Niſi Diui é cœlo deturbentur cadere ego nunquam potero. *Aduocatus.* ‖ Accepiſtis Spiritum Adoptionis: Catharinus ex hoc loco docuit FIDELES in perſuaſione de ſua ſalute non poſſe falli. *Non tamen hinc efficies eos in hac opinione conſtitutos fuiſſe, vt cum Iouiniano dicerent Chriſtianos poſt Baptiſmum* non poſſe peccare. *Quam hæreſim itaq; Auguſtino, vel etiam Campiano, aut Catharino tuo non auſis; eam Caluino noſtro, quæſo, non velis impingere.*

* *Auguſt. de Corrept. & Grat. cap. 7.*

§ *Campianus Ieſuit. Rat. 10.*

‖ *Bellar. lib. 3. de Iuſtif. cap. 9.*

CAPVT. XXXV.

Secunda Calumnia.

Aduerſarius. * Secundò Iouinianus docuit ciborum delectum, & ieiunium, non eſſe meritorium. Idem Caluinus: & alij Proteſtantes ſunt hoſtes Ieiuniorum. *In quibus videamini Proteſtantes triplicis criminis inſimulare: quod, nimirum, non modò in Ieiunio modum, & meritum: verum etiam ipſum reijcerent ieiunium. primò, de Ieiunio. primum reſpondeat Reus.* * Ieiunium commune ad diſciplinam, de qua nunc tractamus, pertinet, quoties de re aliqua magnâ Deo ſupplicandum eſt: Ieiunium vnà cum oratione indicere expediret, vt Scripturæ oſtendunt. Act. 13 Nehem. 1. hoc alacriores ad precandum reddimur, imminente aut graſſante vlla calamitate paſtorũ officium eſt, hortari ad ieiunium Eccleſiam, quo ſuppliciter iram Dei deprecentur, hoc Dei gloriæ, & publicæ ædificationis intereſt, tum etiam nobis ipſis vtile, & ſalutare. vt Ioel. 2. *& tamen* Proteſtantes, *inquis*, ſecuti ſunt Patriarcham ſuum Iouinianum. *Pergè verò vt intelligamus tandem, quem tu Patrem in mentiendo ſequutus fueris. Aduocatus.* ‖ Iouinianus

* *Bellar. lib. de not. Eccleſ. c. 9. & in Orat. in in publicis ſcholis Romæ poſt tractatum, de bonis operibus.*

* *Caluinus in Inſtit. loco a Bellar. citato.*

‖ *Bellar. lib. 2. de bonis operibus cap. 11. in principio.*

Caluinus nihil minus quam Iouinianus teſte Ieſuit.

nus dicebat nihil prodeſſe ad ſalutem Ieiunia, Caluinus, Brentius & alij Proteſtantes docent quidem Ieiunium vtile eſſe ad carnis petulantiam coercendam, ad orationis auxilium, ad ſignum humilitatis, & pœnitentiæ. *Iouinianus* nihil prodeſſe ad ſalutem. *Caluinus* vtile eſſe *ad ea pietatis officia exequenda, quibus ſalutem imprimis conſequimur.* [e] Philippus Melanchthon non negat Ieiunij, & rerum indifferentium obſeruationem poſſe homini PRODESSE, & conducere ad cultum Dei, non tamen immediatè ſed meditatè: facit enim Ieiunium vt homo ſit aptior ad fundendas preces, in quibus eſt cultus Dei. *Deinde. Aduerſarius.* [d] Hæreſis Nicolaitarum, & Valentinianorum qui nullos omnino cibos, neque in perpetuum, neque omnibus, neque Quibuſdam, neque abſolutè, neque certa de cauſa interdici patiuntur: ad hanc claſſem pertinet Iouinianus, & huius temporis hæretici, Caluinus, Brentius. *Reus.* [*] Cum occaſio tulerit, Ieiunium, Eccleſiæ indicere expedit. *Aduocatus.* [e] Proteſtantes exiſtimant in ieiunio maxime a cibis lautioribus, abſtinendum, & proinde melius eum ieiunare, qui carne fumo durata, quam qui piſcibus, & varijs condimentis gulam irritantibus vtitur. *Rurſus.* Caluinus vult vt ieiunium non ſoluatur, antequam res illa pacta ſit, cuius gratia ſuſceptum eſt Ieiunium, vt ſi propter ſolennem precationem ſuſcipiatur. *Iouinianum, & Caluinum, ſi placet inter ſe conferamus. Iou.* à nullis omnino cibis abſtinendum eſſe. *Calu.* Imo a lautioribus maxime. *Iou.* per nullũ tempus. *Calu.* per tempus ſolennis precationis. *Iou.* neque omnibus, nec quibuſdam. *Calu.* toti Eccleſiæ. *Iou.* neque abſolutè, nec certa de cauſa. *Calu.* quoties de re aliqua magnâ ſupplicandum eſt Deo. *& tamen* Proteſtantes & Iouinianus, *inquis*, ad eandem claſſem hæreticorum pertinent. *mendacium hoc ieiunio, & pœnitentia expiandum. hæc in genere: nunc* ad modum, & meritum *reſpondeamus, & primò de delectu ciborum. Aduerſ.* [f] Proteſtantibus non placet, quod abſtinentiam à carne Ouis, caſeo ieiuniũ dicimus: reprehendunt in nobis delectum

[e] *Peterius Ieſuita Comm. in Rom. 1. cap. 14. diſp. 3. num. 20.*

[d] *Bellar. locis iam ſuprà citatis ca 3. §. Altera igitur.*

[*] *Caluinus ſupr.*

Bellar. lib. 2. de bonis operib. cap. 5. §. Quatuor autem, & cap. 2. in princip. Ciborum delectus qualis eſſe debeat.

[f] *Bellar ibid. cap. 3. in fine.*

lectum ciborum. *Prudens ſciensque falleris: non omnem ciborum dilectum reprehendunt. nam. Aduoc.* [g] aduerſarij admittunt abſtinentiam in genere, à nimio & LAVTO cibo. *Quanquam omnimodam potius abſtinentiã præſcribant* [*] *vſq; ad veſperam, quæ eſt valentibus lex Ieiunij ſacratiſſima,* [h] In omni Ieiunio non tam à quo abſtineas, quàm à quo non abſtineas quæri oportet. *Veſtrum verò delectum auerſantur, & quidem merito. quia.* [i] Eſt hic delectus abſque delectu. *Certè. Primò quod lautitias, & vini hauſtum indulgetis; & tamen Chriſtianis carnis, & lacticiniorum omnium guſtu interdicitis.* [k] Finis Ieiunij eſt corporis concupiſcentias edomare, neque aduerſarij id negant, iam Eccleſia noſtra non conſtituit regulam de lautijs. [l] Sed abſtinentiam præcepit carnium, ouorum, caſei. [m] Non autem in frigidioribus Regionibus vini, quod, calefaciendo corpus, incitat ad libidinem. *Secundo, quod abſtinentia illa, quam obtruditis, obſeruari ſine Ieiunio poſſit.* [n] Aliquando prohibentur caro, & lacticinia, cum tamen NON eſt IEIVNIVM: vt in Quadrageſimæ dominicis. *Tertiò quia certi ciborum generis exactio, in antiquis hæreticis damnabatur.* [o] Montaniſtæ tempore Ieiunij cogebant homines ad cibos tantùm aridos ſumendos. Item feria quarta & ſexta iubebant omnes vſque ad veſperam ieiunare. in his eos Catholici dicebant non rectè facere. *De æquitate huius ſatis, de antiquitate paucis: tantum vt ſentias mores cum temporibus à primæua* [*] *puritate deflectere.* [p] Secundò, Quod attinet ad ciborum delectum: ſemper in Ieiunio obſeruatum eſt, vt ab ijs abſtineretur, qui maximè finem, ieiunij impedire poterant: id MVTATIS TEMPORIBVS MVTATVM EST. nam perfectum, & verum Ieiunium, & quaſi exemplar omnium, fuit aliud, quod ipſo nomine declaratur NIHIL COMEDERE. nam PROPRIE ESSE Ieiunium eſt nihil prorſus edere: tale Ieiunium Moſis, Pauli, & aliorum, SINECIBO ET POTV. ſecundum genus Ieiunij inter Monachos vſitatum, nihil igni admotum edere, nè panem quidem. Tertium, fuit panis, & aqua. Quartum, fuit magis (en veſtrum,

[g] *Bellar. lib. 2. de bonis operibus. ca. 5. in princip.*
[*] *2. Sam. 1. & 3*
[h] *Polydorus Virgilius Inuent. de Ieiuniis.*
[i] *Ibidem.*
[k] *In Ieiunio pontificiorum ieiunium deſideratur.*
[l] *Bellar. quo ſupra §. Deinde.*
[m] *Ibid. §. Ad illam.*
[n] *Tolletus Ieſuit. lib. 6. de Inſtruct. Sacerd. cap. 3.*
[o] *Bellar. lib. 2. de bonis operibus. cap. 9. §. Sed obijcit. vide Tert. lib. de Ieiunio: vbi Montaniſta impugnans ſententiam Catholicorum, leges Ieiunij imponit.*
[p] *Maldonat. Ieſuita in Summula. qu. 23. Art. 2. Quibus & quantis gradibus ab antiquitate deflectitur.*

strum, Ieiunium, dicam, an conuiuium?) DELICATVM constans ex oleribus, & leguminibus, & pomis. *Addam quintum, nam.* [q] Certè negari non potest consueta Christianorum Ieiunia, carnium esu, & VINI potu caruisse: at vero *(ò tempora! ò mores!)* IAM in more positum est, vt cum piscibus, herbis, fructibus, VINO similiter VTAMVR. *Delicatam hanc, & vix sobriam ieiunandi nouitatem fastidiamus, & sanctam, & antiquam imitemur.* [r] Mihi purioris Christianismi, magisq; consentaneum Euangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ videatur, si nullum certum cibi genus præscribatur. *Hæc de modo, nunc de merito. Aduer.* [s] Protestantes obstinatè contendunt ieiunium nihil valere ad satisfaciendum pro peccatis, nihil ad impetrandum auxilium, nihil ad cœleste præmium promerendum. hæresis Iouiniana. *Aduocatus.* [t] In Confessione Saxonica Protestantes damnant traditiones de rebus indifferentibus, quatenus ijs accedit opinio meriti: & Protestantium Principes apertè scribunt, se publicæ pacis causa STATA IEIVNIA, & huiusmodi traditiones libenter obseruare velle, his conditionibus, vt doctrina Euangelij, de Iustificatione per fidem Christi, syncerè tradatur; nec in illarum Traditionum obseruatione fiducia collocetur. *Quid Protestantes postulent vides, quo iure id velint attende.* [u] Quartum genus Abstinentiæ hodiè colunt multi PERVERSA RATIONE, quippè vel errore opinionis existimant summam perfectionis Christianæ in vnius Abstinentiæ cultu, & excercitatione contineri, vel hominum laudem aucupantur, vt incautis & simplicibus falsa sua dogmata facilius persuadeant. [x] Et diffitendum non est, nonnullos fuisse homines SVPERSTITIÔSOS, & imperitos, qui huiusmodi Ecclesiæ ritibus, ad salutem hominum factis, ad tyrannidem, & Conscientiarum laqueum abusi sunt; atque etiam ex vulgo multi in earum obseruatione fiduciam collocarunt: nec defuêre, qui eas etiam diuinis præceptis ante-ponerent; in quos rectè torqueri illud Christi possit: Frustrà me colunt docentes mandata hominum.

[q] *Azorius Iesuita lib. 7. Instit. cap. 21. §. Certè. Pontificij in ieiunio indulgent genio.*

[r] *Eras. Paraph in 1. Cor. 8.*

[s] *Bellar. lib. 2. de bonis operib. cap. 11. & Maldonat. Iesuita in Summula qu. 23. Art. 12.*

[t] *Cassander lib. Consul. Art 16. Cassander Bellarmini calumniam diluit.*

[u] *Pererius Iesuita Com. in Dan.*

[x] *Cassander loco iam suprà.*

[y] Nihil

[7] Nihil pietatis aut addit, aut adimit ciborum delectus, SVPERSTITIOSVM facere poteſt, pium non poteſt. *Denig. Patronus.* * Quædam bona propter ſeipſa expetenda ſunt, vt ſapientia: quædam propter aliud, vt Ieiunium; quod tum probatur, quandò eò refertur, vt carnis petulantia coërceatur. *Deinde nullum opus bonum, nedum Ieiunium, eſſe meritorium poſſum ego innumeris Aduocatorum confeſſionibus, rationibuſq; efficere. ſed hæc cauſa quoq; propriam, pleniorem q; diſputationem exigit, quàm ego nunc in numeratis habeo. nunc ſatis erit Lutheri de Ieiunio iudicium accuratiſſimum attexere.* * Omnino per Ieiunium corporis caſtigatio, & moderatio nobis cõmendatur, vbi S. Paulus dicit: CASTIGO CORPVS, & INSERVITVTEM REDIGO. ſed nequaquam eo animo ſuſcipiendum eſt, quaſi aliquod per ea velis vel ſalutis, vel iuſtitiæ meritum parare: ſed duntaxat ad caſtigandum corpus, & commodandum Proximis, atque hoc pacto verè ſeruis in ieiunio tuo Deo, dum illud gratuitò in honorem ipſius, ad extinguenda peccata, & donandam carnem propriam ſuſcipis: qui edendo ieiunant, carnem ſuam citius irritant, quàm domant.

[7] *Eraſmus quo ſuprà.*

* *Auguſt. lib. de bono coniug. cap. 9.*

* *Luther. Lect. Euang. die Domini: à Natali Chriſti proximo.*

Orthodoxa ſententia Lutheri.

Tertia Calumnia.

Aduerſarius. [a] Tertia Iouinianus coniugium virginitati dignitate & merito æquabat. Idem Lutherus: Coniugatam coram Deo præſtare virginibus, Statum coniugatorum veluti aurum; cœlibum, veluti lutum, æſtimat. Similia Caluinus, & Alij. *Verba Lutheri mihi nunc legere non licuit: hoc nemo neſcit, Proteſtantes Coniugium ſanctum ſuperſtitioſæ, coactæ, & plerunque vix virginali virginitati anteponere. alioqui. Adhoc.* [b] Confeſsio Wittenbergenſis: Manifeſtum eſt, inquiunt, quod etſi cœlibum ſtatus ſit in publicis periculis tranquillior, & ad peragenda publica Eccleſiæ miniſteria, his, qui nõ vtuntur, aptior & accõmodatior: tamen non eſt ſentiendum, quod hoc genus vitæ per ſe ſit coram

[a] *Bellar. quo ſuprà.*

[b] *Lindanus Panopl. lib. 4. Proteſtantes virginitatem coniugali ſocietati præferunt.*

coram tribunali Dei excellentius, aut ſanctius quam conjugium. *Et ſanè hæc eſt illa beatitudo quam Diuus Paulus prædicat. Aduocatus.* [c] 1. Cor. 7. Beatior autem erit ſi ſic, id eſt, Virgo permanſerit. Beatior, vtpote quæ minùs moleſtiarum minuſque impedimenti habitura eſt, & ſpiritu, & corpore ſeſe totam in pietatis exercitationem tradat. *Quid enim?* [d] Nuptiæ licet plurimum difficultatis habent, ſic tamen aſſumi poſſint, vt vitæ perfectiori impedimento NON ſint. raro licet & planè difficile id ſit. Apoſtolus ad Titum hæreticis nuptias damnantibus ora obſtruit, rem adeo pretioſam oſtendens, vt cum ea poſſit quis ad ſanctum Epiſcopatus ſolium ſubuehi. *Quod ni hoc etiam vobis ora obſtruat, qui planè contrarium aſtruitis, nos cæteris paribus, virginitatis caſtitatem coniugali vitæ non inuiti anteponimus. Aduerſarius.* [e] Aduerſarij dicunt perperam reprehendi Iouinianum ab Hieronymo, & Auguſtino. [f] Hieronymum Proteſtantes non ferunt. *Quid ita?* [g] Forbonius; Hieronymus, inquit, erat in matrimonium contumelioſus. Deleatur. *Quid tandem? nimirum quod ille apud Comicum.* Effregit fores, reſarcientur, *nam Aduocat.* [h] Hieronymus feruido quodam affectu, ita interdum rapiebatur in admirationem virginitatis, vt pijs etiam viris videretur lædere matrimonium, ſit hoc vanum, niſi in Hieronymi Scriptis inueniantur ea verba quæ ſunt apud Tertullianum eo nomine damnata. *Sed cum hic Aduocatus in eandem ſpongiam* (deleatur) *incubuit, alius, etiam Ieſuita, quærendus eſt, qui pro candore velit, & per authoritatem poſſit verum confiteri.* [i] Hieronymus videtur aliquanto matrimonio iniquior. *De Auguſtino paulo poſt. nunc qui Patriarcham, vt dicis, noſtrum perſtrinxiſti, vide quomodo defendas Patrem tuum, vel, ſi placet, teipſum, ſed de hoc* * *infrà. tu interim ex Auguſtino monendus:* * Caue, melior eſt in Scriptura Dei veritas, quam in cuiuſquam mente, aut carne virginitas. *Hanc tu mentis virginitatem ſi vouiſſes, non te in omni accuſatione tam turpiter proſtituiſſes.*

[c] *Arias Montanus Com. in 1. Cor. 7.*

[d] *Epiſco. Eſpenſæus Ieſuita Comm. in 1. Tim. 3. Nuptias interdum miniſterio minimè obeſſe.*

[e] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9. Sententia Hieronym.*

[f] *Campianus Ieſuita rat. 5.*

[g] *Cenſores in Indice expurg.*

[h] *Eraſ. aduerſus Albertum Pighium de virgin. Caluinus reprehendit Hieronym. ſed reprehendendum.*

[i] *Acoſta lib. 2. de Chriſto reuelato cap. 20.*

* *Auguſt. lib. de Virginitate cap. 18.*

* *Infrà.*

CAP.

Caput. XXXVI.

Circa superiorem hæresim duæ aliæ Calumniæ.

Aduersarius. [a] 4. Iouinianus dixit B. Virginem in partu virginitatem amisse, idem Bucerus, & Molinæus, dicentes Iesum in partu vulvam adaperuisse. *Cur hos duos tantum perstringis? non dubito: quin alii Protestantes omnes sibi factam iniuriam liberè querantur, quòd eos velis ab hac Buceri hæresi absoluere, quod & frater tuus, quamuis distorto animo, rectè obseruauit.* [b] Inter alias innumerabiles Caluinistarum hæreses, hæc vna est, quod matrem Christi in partu Virginem fuisse negent. *Diceres vulvam* adaperuisse *aiunt, nec innumerabiles sunt Protestantium hæreses, quas tuus Bellarminus, vicenario numero complexus est, nec hæc hæresis, nisi plane Euangelica. Aduocatus.* [c] Luc. 2. 23. de Christo scriptum est: Quicunque primam APERVERIT VVLVAM, Sanctus Domino vocabitur. Origenes hom. 14. putat Christum Virginis matris VVLVAM ADAPERVISSE, sed non more cæterorum; cæterorum enim conceptus quoque muliebris vterum aperit, cum Christus clauso virginis vtero sit conceptus, citra virilem operam. porro. ita nascens APERVIT vterum vt NON CONVELLERET CLAVSTRA pudicitiæ VIRGINALIS. hæc est Origenis sententia, quæ sane pugnat cum eo, quod iam pia credulitas omnium fere animis infixit, Christum sine nixu, & labore parturientis, clauso virginis vtero prodijsse. quæ sanè vt est plausibilis, nec irreligiosa, ita sanè Scripturarum sacrarum testimonijs doceri NON possit. Certe Ambrosius ab Origenis sententia non abhorruit. *Hic Aduocatus fortassis Aduocato eget, cuius nomen video Aduersarijs inuisum videri prodeat alius.* [d] PATRES aliqui dicunt Christum PROPRIÈ ADAPERVISSE VVLVAM Matris suæ, cum alijs mulieribus soleant VIRI

[a] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. §. Quartus Error.*

[b] *Maldonat. Iesuit. Comm. in Luc. 2.*

[c] *Eras. annot. in Luc. 2. Nihil aliud Protestantes quam quod Euangelistæ & patres decuerunt.*

[d] *Lanfenius Concord. in Luc. 2.*

vterum aperire, quæ eſt ſententia Theophylacti in hunc locum. Similis eſt ſententia Ambroſij ſic ſcribentis: Non enim virilis coitus Virginis ſecreta reſeravit, ſed immaculatum ſemen inuiolabili vtero Spiritus Sanctus infudit. hic ergo ſolus APERVIT VVLVAM, vt immaculatus exiret. Similia habet Origenes. [c] Tertullianus dicit Mariam PATEFACTI Corporis lege peperiſſe. cum omnes hodie Theologorum centuriæ Chriſtum clauſo Virginis vtero prodiiſſe velint. Tametſi Tertulliano Ambroſius ſubſcribit, ſed quis diuinare potuit quid ſubtiles iſti Theologi, tot poſt ipſum ſeculis eſſent definituri? eo vix aliam antiquiorem ſcriptorem Chriſtianus orbis habet. *Antiquitas in hoc Aduerſarijs tam inuiſa fuit, vt Cenſores ex authoritate Concilij Tridentini ad hoc munus delegati, ſatis pro imperio, ſic decreuerint.* [f] Deleantur ſequentia in Beato Rhenano in argumento libri de carne Chriſti; quod officit perfectioni virginis Matris. *Nec tu Rhenane igitur potuiſti diuinare quid rigidi iſti de te decreturi eſſent? Aduerſarius.* Iouinianus dixit B. Mariam virginitatem perdidiſſe, idem cõmuniter hodie Caluiniſtæ cum dicunt, Chriſtum matris vuluam adaperuiſſe. *Diſputo. ſi hæc non ſunt idem, tum Bucerus in hoc Hæreticus non fuit: ſin idem, tum Tertullianus, Origenes, Ambroſius, Theophylactus, B. Rhenanus, atq; adeo B. Lucas (quod abſit) Hæretici fuere. poſtremo, vt ex vnius Ieſuitæ ore, ora Ieſuitis omnibus occludam, vt non habeant quod contrà vel muſſitent. attendite.* [g] Notandũ eſt, FOEMINA quamuis ab alio SVPERETVR, ſi non conſentiat interius in actu turpi, non peccat, NEC VIRGINITATEM AMITTIT, ſi virgo erat. *Vbi vulua etiam per turpem coitum aperitur Ieſuita virginitatem ſeruari confidenter docet. Proteſtantes, qui authoritate Euangelica, & antiquorum Patrum conſenſu, ferè vnanimi, ſine virili opera, ſed per exitum ſacro-ſancti corporis Ieſu Chriſti, apertionem vuluæ illibatam, & immaculatam Beatæ Virgini tribuunt, hæreſeos damnantur. Quinta Calumnia. Aduerſarius. 5.* [h] Docuit Iouinianus præmia Beatorum eſſe paria. Lutherus, omnes

[c] *Rhenanus in Arg. 3. ad lib. de carne Chriſti.*

[f] *Index expurg at. pag. 78.*

[g] *Bellar. ſuprà. & Greg. Valent. Ieſuita Tom. 4. diſp. 2. quæſt. 2. punct. 1.*

[h] *Tolletus Ieſ. & Cardinalis. 5. de inſtruct. Sacerdotum ca. 6. §. Quartus caſus. Stupor Ieſuit.*

[h] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9. §. Iouinianus.*

nes Sancti, inquit, æque ſancti ſunt, atque mater Dei, ex quo ſequitur omnes æque Beatos fore. *An hæc opinio fuit Luthero peculiaris?* [1] Volunt Proteſtantes, omnes qui iuſtificantur æqualiter fieri iuſtos, & æqualem eſſe omnium coram Deo iuſtitiam, & ſanctitatem. *Reſpondeo primò ad Antecedens, illud eſſe neceſſario falſum: ſecundò, ad conſequentiam, hanc non eſſe vere neceſſariam. Ideoq; vos in hac Sophiſtas ridiculos, in illo vafros Accuſatores deprehendi. De Primo cum docent Proteſtantes, fideles omnes æquè iuſtos eſſe coram Deo, dupliciter accipiendi ſunt, vel vt intelligant par veritatis, non æqualitatis: id eſt, æquè, licet non æqualiter Chriſti membra. non tamen ſi eorum ſimpliciter inter ſe, ſed cum Chriſto capite, & corpore eius myſtico ratio habeatur. prodeat Reus.* * Quantumuis inter ſe corporis membra omnia imparia ſint, & officijs, atque dignitate plurimum DISTENT, in eo tamen paria ſunt, quod eiuſdem corporis membra pariter exiſtunt, neque poteſt oculus ſibi plus in corpore iuris vendicare, quam contemptiſsimum quodque, neque plus ſuum eſſe corpus affirmare quam cuiuſlibet alterius: ita habet res Chriſtianorum, qualeſcunque ſint, ſiuè firmi fide, ſiue infirmi, ſiue conſummati moribus, ſiue morbis grauati, tantundem quilibet in Chriſto, & Chriſtianiſmo poſsidet quantum alij, vnde equidem non minus poſſum de Chriſto gloriari, quam diuus Petrus, aut Virgo Dei-para: Perplacet ſane Diuum Petrum NOBILIVS eſſe in Chriſti corpore membrum, QVAM ſim EGO, at ille rurſus me non contemnit, quod ſim humilis, & abiectus, quandoquidem eiuſdem corporis membrum ſum. *Vel etiam ſecundò, vt ſignificent non quidem iuſtitiam inhærentem, quæ in ſanctificatione, ſed imputatam, quæ in remiſſione conſiſtit. Rurſus loquatur Reus.* * Tam B. Mariæ ad gratiam per Chriſti ſanguinem adſpirandum fuit, quam nobis. *Tam humilis hæc & orthodoxa Lutheri ſententia vt nemo niſi malitioſè peruerſus, poſſit in ea aut arrogantiã aut hæreſin notare. Quid opus eſt Aduocatis. Quanquam cum adſint non ſunt contemnendi. Aduocatus.*

[1] *Peter. Ieſuit. Com. in Rom. 3. num. 103.*

* *Lutherus lect. ex Rom. 12 2. Domin. ab Epiphan. Accuſatoris crimination ẽ iamdiu Reus depulit.*

* *Lect. in die Natiuitat. Mariæ.*

[k] *Bellar. lib. 3. de Iust. fid. ca. 1. & cap. 16.*

[k] Cum dicunt Proteſtantes Omnes Sanctos æquè iuſtos eſſe coram Deo, loquuntur de Iuſticia imputatiua. [l] Per quam iuſtitiam ſignificant remiſsionem peccati. *Atq; hac ratione Iuſtificati omnes etiam æqualiter ſunt Iuſti.* [m] Deus quibus vnicum peccatum remittit, remittit vniuerſa, vt Auguſtinus docet: Impietas, inquit, infidelitatis eſt ab eo, qui eſt ſummè miſericors, dimidiatam ſperare veniam. [n] Quia hæc eſt perfectio miſericordiæ Dei, vnde cuius miſeretur TOTALITER miſeretur, quod ſignificauit Dominus cum ſimul mutum, & ſurdum ſanabat. *In promptu erit concludere: Ergo omnes, quoad imputatiuam iuſtitiam, æqualiter Iuſti cenſentur coram Deo. Quid tandem de inhærente Iuſtitia, & Sanctificatione ſentiunt?* [o] Concedunt Deum remunerare Iuſtos iuxta opera eorum; ſed propter opera, id eſt, ex meritis operum, negant. *Et iam ſuprà inæqualitatem Sanctificationis Lutherus conceſſit, ad conſequentiam reuertor: Si ex æqualitate remiſſionis peccatorum, ſequitur paritas præmij cœleſtis, tum vos (Bellarmine) Iouinianiſtæ eritis. Si ex inæqualitate gratiæ infuſæ, gloriæ inequalitas ſequitur, tum Proteſtantes Iouinianiſtæ non ſunt. Nam & hi inæqualitatem gratiæ infuſæ, & vos æqualitatem imputatiuæ gratiæ poſuiſtis. Ex inæqualitate ſanctificationis neceſſariò inæqualis Sanctorum dignitas cœleſtis efficitur, non quidem ex merito Operantis, ſed ex benignitate miſerentis, qui coronat munera ſua, & gratiam pro gratia, id eſt, gratiam beatitudinis, iuxta analogiam gratiæ ſanctificationis miſericorditer remunerabit. Hanc cauſam Scholæ iudicio permittamus:* [p] Gloria cœleſtis, quoad ſubſtantiam ſuam, quæ eſt viſio Dei æterna abſque relatione ad opera datur, atque gradus gloriæ pro diuerſa proportione gratiæ infuſæ confertur. *Poſtremò ſi idem Lutherus quod Iouinianus, Alphonſus veſter* lib. de hæreſ. tit. BEATITVDO hæreſ. 4. *qui Iouinianum taxat, quî potuit Lutherum præterire?*

[l] *Vega lib. 10. de Iuſtif. fol. 680.*

[m] *Bell. in controuerſia de Satisfact.*

[n] *Aquin. part. 3. qu. 86. art. 3.*

[o] *Bellar. in controuerſ. de Iuſti. paſſim.*

Dilemma.

[p] *Vega lib. 10. de Iuſtif. cap. 7.*

CAP.

Caput. XXXVII.

De hæreſi 13 Vigilantij cui quatuor obijciuntur.
1. *Reliquias Sanctorum temerâſſe.*
2. *Sanctorum nomina depravâſſe.*
3. *Sanctorum Invocationem repulisſe. Impugnâſſe Sacerdotum cœlibatum.*
4. *Votum paupertatis abſtulisſe.*

Adverſarius. [a] Tertia decima hæreſis Vigilantij eſt; quatuor docuit, quæ omnia Sectarij tenent. Primum eſt ſanctorum reliquias non eſſe venerandas. Proteſtantes corpora Sanctorum combuſſerunt, & reliquias contempſerunt. [b] Lutherus monet reliquias, tanquam populi ſeductiones, altiſsimè ſub terram abſcondendas eſſe; quod quid aliud eſt quàm omnium Sanctorum memoriam abolere? *Reſpondeo, eos non antiquam illam Sanctorum venerationem, ſed novam ſuperſtitionem auerſari, quæ aut falſas, & ſuppoſititias reliquias proveris invexit; aut veras falſis, & impijs honoribus coluit. Reus,* [c] Non reclamo Divorum oſſa Sanctæ eſſe, ſed hoc deteſtor, quod plerique omnes maiori ſtudio ad illa exornanda rapiuntur, quàm ad Proximi neceſsitatem ſubleuandam: quapropter, vt abuſus tollantur, & dilectionis opera proferantur, vellem terra iſtas Sanctorum reliquias contectas eſſe. *Aduocatus.* [d] Legimus ad loca Martyrum, reliquijs inſignia, vota nuncupata, & peregrinationes ſuſceptas; quæ omnia tum vtilia erant, cum adhuc recens, & certa memoria Martyrum vigeret, & Deus, qui indubitatis miraculis, eos, qui mortui videbantur, ſibi viuere declararet, quibus fides, quam ipſi profeſsi ſunt confirmabatur: Verum in hæc paulatim Abvsvs irrepſit, nam queritur Baſilius hanc conſuetudinem ſuo tempore Corrvptam fuiſſe, & temporibus Auguſtini, & Ambroſij mos ferendi epulas ad Martyrum memorias ab Ambroſio interdictus erat. Vt

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. c. 9.*

De Reliquijs.

[b] *Bellar. præf. in Centron. de Eccleſ. triumph. li. 2. §. Atq; vt, &c.*

[c] *Lutherus lect. in Feſto exaltationis.*

[d] *Caſſan. lib. conſult. art. 21.*

Cauſam Proteſtantium vir pontificius agit ſtrenuè.

* *Auguſt. lib. 8. de Ciuitat. Dei cap. vlt. & li 2. conſeſſ cap. 64.*

apud * Auguſtinum patet. poſterioribus etiam temporibus memorijs Sanctorum NIMIVM indultum eſt, cum ab impijs Hominibus falſæ FIDVCIA in cultu INEPTO, & ſuperfluo collocabatur; qui abuſus reprehenditur in Concilio Cabilocenſi cap. 47. acceſſerunt & alia mala, quod auaritiæ causâ, falſæ reliquiæ ſupponebantur, ficta miracula prædicabantur, SVPERSTITIO inde alebatur, & magis in miraculorum admirationem, quam Sanctorum imitationem rapiebantur. nonnunquam illuſione Dæmonis, hominum ſuperſtitione abutentis, NOVAE reliquiæ indies reuelabantur, qui ABVSVS DAMNATVR in Concil. Lugdunenſi cap. 62. & Concil. Carthag. 5. cap. 14. hodie verò cum omnia reliquijs Sanctorum plena eſſe videntur, verendum eſt, nè, diligenti examinatione adhibita, deteſtandæ impoſturæ patefiant, quemadmodū in nonnullis locis patefactum eſt, vt olim B. Martino accidit, qui in loco nomine Martyris celebri, deprehendit, non Martyris, ſed ſcelerati Latronis monumentum. multò conſultius videtur, vt ab omni reliquiarum oſtentatione ABSTINEATVR, & populus ad veras reliquias colendas, id eſt, ad EXEMPLA ſanctitatis, quæ in Scripturis vel ab ipſis Apoſtolis, vel de ipſis extant, imitanda prouocetur. *Hanc conſultationem eruditiſſimi viri ferè totam introduxi quia eſt ad cauſam appoſitiſſima; nec ea quicquam videtur nihil dici poſſe conſultius. Vereor vt Lectorem offendat, aut quia verbis prolixus, aut quia ſolus adeſt, ſed ideo ſolus adeſt, quia prolixus: in cuius teſtimonio nulla ferè vox eſt, quam non facilè poſſim eiuſdem profeſſionis teſtibus locupletiſſimis confirmare. ſed hoc in Claſſe de Idololatria (deo dante) articulatim diſcutietur. ſumma hæc erit: Sanctorum reliquias (ſi ad corporis membra pertinent) non culturæ, ſed ſepulturæ; ſin ad externos habitus, & falſæ fuerint, non admirationi, ſed obliuioni eſſe tradendas: ſin veræ, admittendas eſſe, non quatenus ſuperſtitionis fomenta, ſed quatenus piæ memoriæ monumenta eſſe poſſint. tu interim non potes non agnoſcere Proteſtantes reliquiarum omnium iudicio, & ſacratiſſimarum, & certiſſimarum cultui maximè ſalutari, plus etiam*

am quam velitis, addictos eſſe, & conſecratos? quas Reliquias rogitas? Scripturas volo, nam. [d] Si veſtes, quæ tetigerunt Saluatorem, pro reliquijs habemus, cur Verba, quæ ex ore eius proceſſerunt, pro reliquijs non habemus? cum ſcriptum ſit Luc. 4. Et mirabantur omnes de verbis gratiæ, quæ procedebant ex ore eius. *De reliquijs igitur Martyrum verè videar eſſe dicturus, quæ Auguſtinus de legis veteris ceremonijs.* * Iudaicæ ceremoniæ, tanquam defunctorum corpora, non Impiorum obloquijs, tanquam canum morſibus, proijciendæ erant, ſed cum honore ſepeliendæ: quas tamen quiſquis iam rurſus celebrare voluerit, tanquam ſopitos cineres eruens, erit non modò non pius Baiulus corporis, ſed ſepulturæ violator. *Quod an in vos quadret ex vobis perdiſcemus. Aduerſarius.* [e] Proteſtantes, tanquam in nobis ſuperſtitioſum, rident quod Martyrum cineres, & pulueres veneramur. [f] Verum poſsit quis recta intentione oſſa martyrum in pulueres redacta, etiam in vermes conuerſa, colere, & venerari? *Nulluſne Catholicus hoc deliriuus veſtrum exploſit? Aduocatus.* [g] Henricus negat ſanctos adorandos eſſe in formâ vermium. *Denique: quandoquidem* [h] Eadem doctrina, quæ de adoratione imaginum data eſt, ſeruata proportione, eſt ad Reliquias accommodanda, *Quæ huc ſpectant de Imaginibus infra vberiùs explicabimus.*

[d] *Peraldus Epiſcopus in ſumma Tom. 1. de Beatitudine. Reliquiæ fide dignæ.*

* *Auguſt. in Epiſt. ad Hieron.*

Superſtitio Romana.

[e] *Azorius Ieſuita lib. 9. Inſtit. cap. 8.*

[f] *Vaſquez Ieſuita lib. 3. de Adorat. diſp. 3. cap. 8. num. 112. & 114.*

[g] *Idem ibid.*

[h] *Suarez Ieſuita Tom. 1. diſp. 55. qu. 25. Art. 6 §. 1.*

Caput XXXVIII.

Calumnia ſecunda.

Aduerſarius. [a] Imitantur Lutherani Maiores ſuos Iulianum, Vigillantium, & quotquot tanquam nefaria bella contra Sanctos geſſerunt, eos omni honore ſpoliantes. [b] Errant Hugonotici, qui Sanctorum virtutes & mores nè quidem prædicari ſuſtinent. *Siccine omnem honorem, etiam cõmemorationem negant? Reus.* * Si rité docere plebem velimus, ſic exempla Sanctorum prædicari oportebit vt in ijs Deus magnificetur, nos verò INVITEMVR, ad ſimilem

[a] *Bellar. præfat. in lib. de triumph. Eccleſ.*

[b] *Feuardentius Comm. in Iac. cap. 5. Ver. 10. Inſigne mendacium.*

* *Lutherus lect. in feriis Ioh. Euang.*

similem Dei gratiam, opera eorum sic PRÆDICARI conuenit, vt obedientia, qua suæ vocationi inseruierunt Sancti, & mandatis sibi operibus studuerunt; nobis COMMENDETVR. *Possim ego vos Reorum testimonijs infinitis obruere, sed adest Aduocatus. Aduocat.* [c] In apologia sua Protestantes TRIPLICEM HONOREM Sanctorum probant: quorum primus est gratiarum actio, quod Deus eos tantis gratijs cumulabat. Secundus, ex eorum exemplis fidei confirmatio. Tertius, Imitatio fidei atque virtutum, earúmque HONORIFICA COMMEMORATIO. *Et est hoc quidem Sanctos verè honorare. Negas?* [d] Duabus in rebus Mortuorum memoriam quodammodo immortalem facere possimus: promò magnifica ijs condendo Sepulchra, verumtamen mortuorum memoria PERPETVATVR maximè ingenij operibus, cum Scriptis disertissimis eorum VIRTVTES & facta CELEBRANTVR. *Aduers.* [e] At Protestantes euomunt in omnes Cœlites horribiles blasphemias. Vocat eas Caluinus vmbras, laruas, colluuiem, monstra. hac contumelia, blasphemia vix vlla maior esse possit. [f] Hoc notandum, *viz. Mendacium vestrum. Quid si enim Caluinus non omnes sanctos perstrinxerit? quid si nè Sanctos quidem? quid si sceleratos etiam, aut saltem eos, qui non modò non sceleratí homines, sed non omnino homines vnquam extiterint? quæ sunt verba Caluini? Reus.* [g] Nisi accedat Hippolitus, Georgius, & SIMILES larunæ. *Hoc nec tu, Bellarmine, ignorabas, nec Caniſius tuus.* [h] Caluinus, & Melancthon sic ratiocinantur. Multi (inquiunt) vt Georgius, & Catherina, inuocantur, qui non modo NON SANCTI, sed nec vnquam homines fuerunt. *Aduocatus.* [i] In Sanctorum historijs commemorantur ij, qui an vnquam fuerunt, meritò dubitatur. *Aduers.* [k] Sanctos Caluinus monstra appellat. *Ain? Sanctos? Reus.* [l] Multa templa Christophero, & Catharinæ, aliísque FICTITIIS nominibus dicata sunt, & talibus monstris; omitto Dominicum, & Medardum, & similes bestias. *Non igitur generatim omnes Sanctos, (absit) sed tantum vestra*

[a] *Cassander lib. Consult. Art. 21 Reus absoluitur.*

[d] *Perer. Iesuita Com. in Gen. 35. ver. 19.*

[e] *Bellar. præfat. de triumph. Ecclesiæ. §. Iam verò. Fictum crimen.*

[f] *Armandus Iesuita in epistola ad Camierum Caluinianum.*

[g] *Caluinus lib. 3. Institut. cap. 20. §. 27.*

[h] *Bellar. lib. 1. de Eccles. triumphant. cap. 20. §. Argumentum 8. & in Catechese.*

[i] *Cassander. lib. Consult. Art. 21.*

[k] *Bellar. in præfat. suprà.*

[l] *Caluinus in loco, quem Bellar. notat.*

fictitia

fictitia rumina perstrinxit. Aduersarius. [b] Wicleffus Sanctos obiter Scurris conferebat, quod est hæreticis proprium. *Reiis.* [*] Sancti in cœlis licet NON SINT Scurræ, inquit Wicleffus, sed incorporati in Christo, per gratiam Saluatoris; tamen minus se habent, in comparatione ad Christum, quam Scurræ ad Regem. *Sic Wicleffus, vt vel eius Aduersarius scil. Aduocatus noster* [l] *Thomas Waldensis testatur, quæ fuerit Calumn. & Wicleffi mens, satis iam ex eorum verbis constat: quam præterea vera fuerit, ex vobis perdiscemus: cum enim secundum traditas, & omnium ore decantatas de ijs historias colitis, nihil profectò aliud quam vmbras, larvas, & monstra colitis. Aduocatus.* [m] Gelasius Pontifex huius generis historias multas in Concilio reprobauit, quæ, vt ipse loquitur, ab infidelibus scripta esse putantur. Sicut Georgij aliorúmque passiones, quæ ab Hæreticis probantur, conscriptæ. [n] Nihil habeo quod de Christopheri gigantea statura dicam. [o] Vigerius in Concilio Tridentino legendas Georgij, & Christopheri veras esse negabat. [p] Multa huiusmodi figmenta historias Sanctorum conspurcarunt. Denique [q] Homo in comparatione ad Deum, est putredo, vt sanctus Iob loquitur. iam ad causam propius accedamus.

Crimen fictum.
[b] *Bellar. lib. 1. de triumph. Eccles. cap. 15.*
[*] *Wicleffus. Crimen fictum.*
[l] *Waldens. Com. 3. Tit. 12. cap. 111. & 114.*
[m] *Canus locis theolog. 11. cap. 6.*
[n] *Baron. in Martyrolog. Iulij 25.*
[o] *Bataeus in Marcello. 11.*
[p] *Cassander lib. Consult. Art. 21.*
[q] *Ioannes Ferus in Iob. 25.*

Tertia Calumnia.

Aduers. Secundo, [r] Vigilantius docuit orationes mortuorum, pro alijs, non exaudiri, ex quo sequitur, frustra Sanctos inuocari. Idem Protestantes. *Antecedens illud, quod Vigilantio tribuis, Protestantes planè respuunt. Aduocatus.* Protestantes largiuntur Sanctos in cœlis orare pro Ecclesia in genere, sed ex eo consequens esse negant, Sanctos esse inuocandos. *Et sanè non inuocandos esse rationibus euincam necessarijs. quando tandem? quando nimirum de controuersia ea tua disserendum erit, de quâ hic dicis,* Sed de his aliis. *Vno tamen verbo de antiquitate hoc in loco satisfaciendum erit, sed optando magis, quam sperando. Aduocatus.* [s] Vtinam

[r] *Bellar. lib. 4. de Eccles. milit. cap. 9.*
[s] *Cassand. Art. 21. & Lindanus panop. lib. 3. cap. 30.*
[t] *Faber Stapulens. præfat. in Euangel.*

nam credendi forma à primitiua peteretur Ecclesia, quæ tot Martyres Christo consecrauit, quæ nullum scopum, præter Christum, habuit: nulli cultum præterquam vni, Trinoque Deo impendit.

CAPVT. XXXIX.

De Superiori in duabus aliis.

A Bellar. lib. de motis Eccle. cap. 9. § Eadem omnia, &c.

b Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 19. in Principio. Bellarm. sibi non constat.

c Bellar. lib. 1. de Clericis cap. 19. Protestantes non sunt Vigilantiani.

d Costerus Iesuita Encheirid. cap. 15.

e Bellar. quo supra.

f Valent. Iesuita lib. de Cœlibatu. Com. 4. disp. 9 quæst. 5. punct. 5.

g Bellar. loco iam supra citato. Cœlibatus æquitas, & antiquitas.

Auersarius tertiò. [a] Docuit Vigilantius Sacerdotes debere esse vxoratos: idem docent nunc sectarij, Lutherus, Caluinus, &c. *Eadem omnia, inquis, ô deplorandam hominis conscientiam! Aduocatus.* [b] De cœlibatu vnus erat Græcorū error, quem Vigilantius expresse docuit, ALTER Lutheranorum. *Id est, idem, & auersus fuit Vigilantij, & Lutheri error. ostendam igitur primò Protestantes eandem Vigilantij hæresin, quam illis tribuis, non tenere. secundò, nec tenere hæresin. Primum. Aduocatus.* [c] Error erat OPORTERE Clericos vxores ducere, antequam ordines suscipiant, quia post ordines non licuit; hic fuit, vt alij volant, error Nicholaitarum hæreticorum, QVEM CONSTAT VIGILANTIVM EXPRESSE DOCVISSE. [d] Ex Hieronymo constat Vigilantium Hæreticum docuisse, NON esse Diaconos ab Episcopis ORDINANDOS, NISI PRIVS duxissent vxores. [e] Lutherani docent, non modo ante, verum etiam post ordinationem LICERE vxorem ducere. [f] Volunt Protestantes LIBERVM ESSE vxores ducere, nec quemquam lege continendi astrictum esse debere. *Hæc omnia Iesuita, sententiam Protestantium explicantes: nunc proferant ipsi suam.* [g] Nos tenemus, NEC MARITOS in sacros ordines ADMITTENDOS ESSE, nec ORDINATIS LICERE POSTEA vxores ducere. *Nunc depulsis tenebris licet Spiritus discrepantes discernere. Primo Vigilantius* OPORTERE omnes Clericos vxores DVCERE. *Secundo, Bellarmius* OPORTERE prorsus NON DVCERE. *Tertio, Protestantes, vt sæpe Christus, ita iuxta*

Cœlibatus æquitas, & antiquitas.

cum

cum doctrina Christi, in medio perstant. Licere vel liberum esse ducere, vel non ducere. *Ille necessitatem Coningij vendicabat, hi cœlibatus; nos in vtroque Christianam libertatem præsumimus. De huius æquitate alibi, nunc de Antiquitate expediam: nos antiquitatem Apostolicam vendicamus.* [h] *Aduersarius.* Clitonæus asserit votum continentiæ esse annexum sacris ordinibus iure diuino. Michael Medina, & Iohannes Major tenuerunt esse juris diuini, saltem vt nequeat quis simul vti sacro ordine & matrimonio vacare. *Adnocatus.* [i] NON jure DIVINO sed tantum humano prohibitum est conjugium Sacerdotibus. [k] Communior sententia & verior est NON esse juris DIVINI, sed ECCLESIASTICI TANTVM. *Quid ergo?* [l] Restat vt in ordinandis hoc STATVTVM cœlibatus RELAXETVR, & MORE VETERIS ECCLESIAE, & huc vsque Orientalium Ecclesiarum honesti quoque Mariti ad Ecclesiæ ministerium admittantur. grauior Quæstio est de ijs, qui POST Sacerdotium vxores duxerunt, vtrum ijs in Ministerio permanendi, et Vxoris familiaritate oportuno tempore vtendi, facultas permitti possit. Primum hoc DIVINO NVLLO jure prohibetur, vt exempla PRISCA testantur, huiusmodi statuta non tam anxiè obseruata fuisse, quam ob Ecclesiæ necessitatem aliquando RELAXATA fuerint. *Quamdiu?* [m] Diu licuit in ecclesia Orientali contrahere POST ordinationem. *Denique.* [n] Copula Sacerdotalis nec legali, nec euangelicâ, nec Apostolica authoritate prohibetur. *Qua igitur lege, & cuius?* [o] Clitonæus, qui tum cœlibatus legem strenuè defendere voluit, putat legem cœlibatus primùm fuisse à Syritio Papa, id est, circiter annum 390. inuentum. *Itaque cum illum Vigilantij hæresin Protestantibus impingis, tu (vt de Vigilantio olim Hieronymus) non vigilantem te præbes, sed dormitantem, præsertim cum Pontifex vester non potuit non confiteri.* [p] Sacerdotibus magna ratione sublatas esse nuptias, matori RESTITVENDAS videri.

[h] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 9. quæst. 5. punct. 5.*

[i] *Bellar. lib. 1. de Clericis. cap. 14.*

[k] *Valent. Iesuita quo supra.*

[l] *Cassander. lib. Consult. Art. 23.*

[m] *Caietanus tom. 1. opusc. tract. 17.*

[n] *Gratianus 26. q. 2. Cau. Sois, &c.*

[o] *Greg. Valent. lib. de Cœlibatu. pag. 159. ex Clitonæo de Contin. lib. 4. cap. 4.*

[p] *Pius 2. vt refert Platina in vita eius.*

CAPVT. XL.

Quarta Calumnia.

[a] *Bellar. cap. 9. quo suprà.*

[b] *Maldonat. Ie vit. Com. in Math. 5. Paupertas monastica.*

[c] *Maldonat. Iesuita quo suprà. Germana paupertas euangelica.*

[d] *Idem Maldonatus ibidem.*

[e] *Aquinas 2. 2. q. 184. art. 7.*

ADuersarius. [a] Quartus Vigilantij error, non expedire relinquere omnia, & dare pauperibus, & ad religionem, relictis omnibus, properare: idem etiam Sectarij. [b] Hic est primus euangelicæ perfectionis gradus, vendere omnia, & dare Pauperibus. *Respondeo, Primo. Protestantes non modò aliquam, verum etiam summam perfectionem Christianam defendere. Secundo, Vestram doctrinam hæresi magis quam religionem sapere. Aduocat.* [c] Secundus paupertatis Euangelicæ gradus est, non quidem vendere omnia, sed, nè Christum amittamus, omnia amittere. Tertius est, cum malis artibus diuites esse possumus, perituris opibus dei timorem anteponere. *Quartus.* Sorte nostra esse contentos, & æquo, propter Christum, animo paupertatem ferre. *Nemo, qui baptizatus est, qui huiusmodi paupertatis votis se non obstrinxerit. nunc quæ sit paupertatis Euangelicæ summa perfectio diiudicandum.* [d] Math. 6. 23. Quærite primum regnum Dei: Christus non omninò vetuit cætera quærere, vt eorũ sollicitudo nos a regno Dei quærendo euertat, ita quærere vt ijs seruire velimus; non enim possumus duobus Dominis seruire. Vers. 24. Quærere autem secundo loco propter regnum Dei non vetuit, sed docuit. Nam in Oratione dominica præcepit dicere, Adueniat regnum tuum; præcepit etiam dicere; panem nostrum quotidianum da, &c. *Vide iam in quos tu te laqueos induisti, qui præcepit necessaria quærere, præcepit non abijcere: at primũ tu concedis. Ergo vestrũ illud,* Omnia dare *(cum gradũ tuum secundũ superat) illi dominicæ petitioni,* Da nobis hodie, *quã dominus pro sua misericordia præcepit, apertissimè repugnat. sed quid ego vi extorqueo, quod Aduersarius etiã benignè largietur? sed alius.* [e] Abrenunciatio propriarum facultatum dupliciter consideratur: vno modo vt est in actu, sic

in

in ea non consistit essentialiter perfectio, & iam nihil prohibet statum perfectionis esse sine abrenunciatione propriorũ : alio modo secundum preparationem animi, vt nimirum homo sit paratus, si opus fuerit, omnia dimittere, vel distribuere, & hoc pertinet directè ad perfectionem, vt ex Augustino patet. &c. *Et sane hanc perfectionem ex voto Baptismi omnibus Christianis communem esse, etiam ex Hieronymo patet.* [f] Nihil interest vbi sitis in sæculo, qui extra Sæculum estis. *Secundo vt habeas quo perfectio vestra diametur.* [g] Discimus tribulationem, & persecutionem non esse quidem vtilem, sed periculosam, & NON EXPETENDAM, sed tolerandam, cum aliter fieri non possit. vnde Math. 16. Iubemur orare : ne nos inducas in tentationem. *Disputo. Si iam Monasticæ disciplinæ consecrati* Omnia reliquistis, *vt etiam verè Pauperes sitis (cum præsertim omnis extrema paupertas in tribulationis, & tentationis gradu non infimo poritur) quomodò petitione illa dominicâ vti possitis? si non est omnino paupertas (neq; enim ad paupertatem Euangelicã pertinet ea paupertas, in quo, propter maximas eius iacturas & otium, nemo vel secularissimus vobis non inuideat) quomodo perfectionem iactare possitis? equidem cum hanc vestram iactantiam cogito, non facile intelligo, vtrum potius deleam populi stupiditatem, quod eam admirentur, an vestram stultitiam rideam, quod eam perfectionem, ceu summam, veris prædicetis : quam tamen, si cum alijs comparetur, longe esse infimam probatis. Aduersarius.* [h] Sic tentantur de hoc genere diuinæ literæ. Accipient nomen in regno cœlorum maius, atque nobilius. *Quare?* [i] Religio est status hominum ad perfectionem Christianam pauperatis, continentiæ, obedientiæ, vota tendentium. [k] Tres hæ non sufficiunt nisi his tribus votum accedat, id est, sacra promissio Deo facta; quâ quis obstringit se ita perpetuò esse victurum. Religio enim est status & rem significat immobilem. [l] hæc perfectio, quæ consistit in obseruatione Consiliorum : vt paupertatis &c. necessaria est ad excellentiorem gradum gloriæ in regno cœlorum. at [m] Accidit

solida distinctio.

dictum elegans.

[f] *Episcop. Esp. com. in Titum. cap. 2.*

[g] *Bellar. lib. 3. de Laicis cap. 16. §. 2. causa.*

[h] *Bellar. in præfat. ante contro. de Monachis.*

[i] *Bellar. lib. 2. de Monachis cap. 2.*

[k] *Idem ibidem.*

[l] *Bellar. Cap. 9. §. Neque obstat.*

[m] *Asserunt Iesuita apol. lib. 12. cap. 7. §. Secundò quærunt.*

nonnunquam vt Monachus, vel Religiosus ad Cardinalis dignitatem euehatur, aut ad Episcopi munus eligatur. *Agedum Episcopi, & Cardinales non omnia abyciunt, sed suis proprijs quidem, ijsq; amplissimis beneficijs renuntiant. Religiosi negligunt: Episcopi obedientiæ regulam præscribunt, Religiosi obtemperant: quæritur igitur vter horum status sit perfectior, Episcoporum, an Monachorum? loquere.* [n] Status Episcoporum est status perfectionis adeptæ: Status religiosorum, & Monachorum, est status perfectionis acquirendæ, hi nondum sunt perfecti, illi sunt. quia ad eum gradum charitatis peruenerunt, ad quem Religiosi, per sua vota & exercitia contendunt. qui per paupertatem, continentiam, obedientiam, impedimenta salutis remouent, quæ ex diuitijs, coniugijs, imperijs oriuntur. [o] Cælestinus Pontifex Romanus, pontificatu deposito, ad pristinum ordinis statum se retulit, quod & alij Episcopi permulti fecisse perhibentur. *Quorsum hæc inquies; quorsum? vt teipsum agnoscas: tu olim inter Religiosos; nunc, abiecta cuculla, Galero Cardinalitio insignitus Rabbi salutaris.* [p] Vnum dicam illustrissime Cardinalis, vitam egisti, in nostra societate Iesuita, inculpabilem, assumptus es postea in Cardinalatum. *Eras igitur in statu religionis constitutus.* Cuius est, inquis, voto obstringi perpetuo, ita vos esse victuros. *Quodq; est vestro ordini peculiare, nullam dignitatem Ecclesiasticam vnquam admittere, velle, & in hac perfectionis, quasi prærogatiua, ordines alios Monasticos excellere aliquãdiu ordo vester non mediocriter gloriabatur. tu igitur, obsecro, respondes: Status Monasticus,* Perfectionem, *inquis, Euangelicam profitetur, & præ alijs, sic enim dicis,* centuplum, *meretur, id est,* gradum in cœlo excellentiorem. *Cardinalis iam factus à Cœlesti te deijci finis? sin minus, professionem Monasticam (quam integro libro stabilire conaris) vno hoc exemplo tuo, & confessione penitus labefactasti: & cum voti obligationem perpetuam asseris, quam ipse violasti, te aut scriptis tuis Palinodiam occinere oportet, aut in vita tua sacrilegam tuam desertionem confiteri pluribus possem hanc quoq; de Monachis-*

[n] Bellar. lib. 2. de Monachis. cap. 2. §. Tertius gradus.

[o] Azorius Iesuita quo supra in fine.

[p] Terer. Iesuit. in Epist. nuncupat. com. sui in Exod. ad Bellarminum. Bellar. sua praxi thesin suam euertit.

mo

mo gloriolam veſtram profligare ; niſi hac cauſa ſuam quoque propriam claſſem poſtularent. Ex Clemente Alexandrino concludam. [a] Qui enim perfectus fuerit exempla habet Apoſtolos ; & reuera vir oſtenditur, non in eo quod vitam elegerit Monaſticam ; ſed ille vincit, qui in matrimonio, & liberorum procreatione, & domus cura, ac prouidentia, citra voluptatem, & dolorem, ſe excercet ; & cum domus curatione eſt indiuulſus à Dei charitate, inſurgens aduerſus omnem tentationem, quæ affertur per filios, vxorem, famulos : ei autem qui hæc non habet, euenit magna ex parte vt non tentetur. *Nunc ſecundum membrum aggredior & oſtendo profeſſionem iſtam, ad hæreſin proprius accedere. Aduocatus.* [b] Erat quidem error Vadiani, qui docuit Eccleſiaſticos non poſſe poſsidere vllas diuitias, quia talis fuit vita Chriſti, vt refert [c] Auguſtinus. *quomodo igitur non Pontifex Nicholaus hæreticus? nam.* [d] Nicholaus quartus Romanu Pontifex ſentiebat illam paupertatem eſſe ſanctam, & meritoriam : Ioannes 22. planè negat. *Vbi tu tamen in Nicholai, id eſt, (ſi Auguſtino, vel Ioanni Papæ credimus) hæreticam ſententiam magis propendes.*

[a] *Strem. lib. 7. fol. 152. Pontif. deſcr. Hæreticorum placit. magis affinis.*

[b] *Ianſenius concor. cap. 29.*

[c] *Auguſt. lib. de Hæreſibus.*

[d] *Bellar. lib. 4. de Romano Pont. cap 14.*

Caput XLI.

De Hæreſi quarta-decima.

Aduerſarius. [a] Hæreſis quarta-decima Pelagianorum. primò, in hominibus, præcipuè in filijs Fidelium, non eſſe peccatum Originale. hunc errorem Caluinus, & Bucerus tenent. *Addit alius.* [b] Pelagianam hæreſin Caluinus renouat, qui docet paruulos non perire, quibus ſubita morte arreptis, dempta eſt facultas Baptiſmatis. *In hac accuſatione, authorum cæcitatem deploramus, ſi non poſſunt ; perfidiam, ſi verum nolunt videre : etenim hæc Pelagianorum hæreſis Proteſtantium doctrinæ ex diametro aduerſatur, & magis inter vos, & Pelagianos conuenit. Aduocatus.* [c] Proprius eſt Pelagianorum error, negare peccatum originis eſſe hæreditariam naturæ noſtræ corruptionem, & prauitatem quæ

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. cap. 9 §. Pelagia.*

[b] *Lindanus panop. lib. 4. c. 15.*

[c] *Valent. Ieſuita lib. de Orig. Pec. cap 2. & deinceps.*

quæ nos iræ Dei, & æternæ damnationis reos faciat. Simpliciter negantes originale peccatum. [d] Omnes Protestantes reipsa consentiunt, vt colligo ex Augustana confessione, Caluino, & alijs. *imo etiam.* [e] Caluinus, & Lutherus, cæterique Protestantes adeò non negauerunt peccatum originale, vt etiam prodigiosis loquendi modis illud exagitent, etiam in renatis manere dicunt, quamdiu hanc vitam degunt. [f] Vocantes hoc peccatum MAXIMVM quo totus homo inficitur. *Bellarminus, & Lindanus, Caluinum accusant quasi negauerit esse originale peccatum. Valentianus & Vazques Iesuitæ eandem Caluinum accusant quasi is peccatum originale, peccatum esse nimis affirmauerit: en horum hominum ingenium vafrum, atque distortum, ne Protestantibus non sint Aduersarij erunt etiam & sibi, maximè verò veritati, quia.* [g] In hac doctrinâ, quod sciam, nihil à nobis dissentiunt Lutherani, constanter vbique docent Protestantes in suis confessionibus, & apologijs: damnati verò sunt in hac Tridentinæ Synodus definitione, Pelagiani, Armenij, Albanenses & alij, qui originale peccatum negauerunt. *Sic Vega, qui Synodo Tridentinæ interfuit, illius Expositor postea electus: quod confitetur non minus ingenuè alius.* [i] Et est in hoc Protestantium articulus Catholicæ traditioni consentaneus, vt agnoscit Ecchius. *Caluini mentem exponite, & quomodo originale peccatum inesse in Renatis, quomodo non inesse iudicauerit, explicate.* [k] Etiam in Renatis peccatum originale Protestantes asserunt vim habere, vt suâ naturâ nos morti addicat, nisi quod non imputatur. *Accusator loquatur.* [l] Caluinus negat filijs Fidelium imputari originale peccatum, idem Bucerus. *Bene habet Pelagius*, in filijs fidelium, *inquis*, negabat esse originale peccatum. Caluinus verò & Bucerus (*vt nosti*) non negant esse, sed tantum aiunt non imputari, & tamen idem, *inquis*, cum Pelagianis. *Quæ hæc est vertigo? Lindani Caluinia diluenda est. Aduersar.* [m] Filios fidelium Baptismi expertes non perire (quæ est Pelagiana hæresis) tenet Caluinus contra necessitatem Baptismi. *Aduocatus.* [n] Caluinus defendit ne-

[d] *Idem Tom. 2. disp. 6. quæst. 12 punct. 1.*
[e] *Idem in loco citato lit. d.*
[f] *Idem ibid. ca. 8. & in Tom. 2. disp. 6. quæst. 11 punct. 1. §. Quam quæstionem.*
[g] *Vasquez Iesu. Tom. 1. disp. 132. num. 2. Stupenda aduersantium peruersitas.*
[h] *Vega lib. 2. de Conc. Trident. cap. 6. Protestantes absoluuntur.*
[i] *Cassander Consult. art. 2.*
[k] *Staplet. Iesuit. de Orig. peccat.*
[l] *Bellar. lib. 4. de amiss. gratiæ cap. 14. Mira excitas accusatorum.*
[m] *Lindanus quo suprà.*
[n] *Bellar. ibid. §. Secunda ratio.*

cessitatem Baptismi contra contemptum. *Numquid hoc hæresin sapit? Numquid non ratione orthodoxa confirmatur? Aduocatus.* [t] Ratio Zuinglij est, quod non Baptizati saluari possint, quia Deus *(in tali casu necessitatis)* non est alligatus Sacramentis. Sed respondeo illi. *Imo responde prius Aquinati tuo.* [p] Deus non alligauit gratiam suam Sacramentis; *Vel etiam tibi.* [q] Deus non est alligatus Sacramentis. *Tu modo ais, modo negas. Responde igitur Catholicis ijs, qui Caluini doctrinam constanter propugnarunt.* [r] Vt pereant quotquot (qui sunt infiniti) qui Baptismo carent, hoc (inquiunt Caietanus, Gabriel, & alij Catholici) est à Dei misericordià alienum. *Quibus tamen respondisti.* Cum Infantes non Baptizati sine sua culpa pereunt, hoc occulto dei iudicio tribuendum est. *Quod responsum etiamsi Dei iustitiam asserere possit, at Ecclesiam qui possit à sacrilega impietate vindicare, quod non huic necessitati (quoad fieri possit) semper occurrat? Sed Infantes sæpe in dies aliquot, adultos vero,* [s] Per annum aut amplius (vbi discrimen mortis non vrget) distineri. [t] Legimus de sanctis olim hominibus, eos DIV distulisse Baptismũ. *Sic Præcipitis, cum tamen nihil est ipsa morte sæpe instantius? Secundo loco. Aduocatus.* [u] Negabat Pelagius filios ante Baptismũ in gratiam recipi. [x] Dicebat Pelagius, necessarium esse Baptisma Infantibus ad consequendum regnum cœlorum. At [y] Caluinus, & Bucerus dicunt, filios Fidelium etiam sine Baptismo Sanctos esse, & saluari. [z] Et non perire. *Attendite, quod Pelagiani negant, Protestantes astruunt: quod asserunt Protestantes vos Pontificij oppugnatis: ergo magis Pelagianis vobiscum, (in hac quæstione) quam Protestantibus conuenit. Obstat nobis postrema Criminatio. Aduersarius.* [a] Ex Caluini doctrina sequitur Sacramenta nouæ legis esse indifferentia. [b] Apud hos valet hoc Axioma, Baptisma si habeas, recte; si careas nihil damni est. *Sane nihil mihi damni, vbi nulla mea culpa, alioqui. Aduo.* [c] Quid est aliud Sacramentum, etiam

[o] *Bellar. ibid.* §. Secunda ratio, &c.
[p] *Aquinas part. 3. qu. 64.*
[q] *Bellar. lib. 4. de Christo, c. vit. Fundamentum Caluini Iesuita ponit.*
[r] *Bellar. lib. 1. de Baptis. c. 4. §. 5.* Argumentum. *Pontificij causam Caluini astruunt.* *Ratio.*
[s] *Acosta Ies. li. 5. de procurand. Indor. salute cap. 3.*
[t] *Greg. Valent. Iesuit. Tom. 4. disp. 5. qu. 3. punct. 4. §.* Quod si.
[u] *Alphonsus de Castro aduersus hæres. tit* Peccatum.
[x] *Vasquez Iesu. To. 1. disp. 1 0. num. 7.*
[y] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9. Tertia stupiditas.*
[z] *Lindanus panopl. lib. 4. cap. 15. ca. 1.*

Aduersarij in pelagianismum iabuntur. [a] *Bellar. lib. 4. de Baptis. & Eucha.* [b] *Campianus Iesuita Rat. 8.* [c] *Maldonat. Ies. com. in Marc. 6. 12.*

confitentibus Proteſtantibus, quam externa ceremonia à Chriſto inſtituta, tanquam ORDINARIVM REMEDIVM ſalutis.

CAPVT. XLII.

Error Secundus, de peccato mortali.

Calumnia Prima.

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. c. 9.*

Aduerſarius. [a] Pelagiani ſecundò dicunt, per quodlibet peccatum etiamſi leuiſſimum perdi iuſtitiam, & proinde omne peccatum eſſe mortale, hunc errorem Sectarij omnes tenent. Caluinus & Lutherus. *Lindanus, Alphonſus, Valentianus & Vaſquez Ieſuita hæreſes omnes obſeruant, Opiniones Proteſtantiũ legunt, examinant, exagitant, & præter omnem modum, atq; modeſtiam ſæpe damnant, quos tamen puduit, in hac Quæſtione vllam Proteſtantibus hæreſin Pelagianam aſpergere. Erat exploratus Pelagij error docere, Omne peccatum vel leuiſſimum ita iuſtitiam labefactare, vt nullo modo, ne per gratiam quidem expiari potuerit, aut poſſe venialia peccata cum gratia conſiſtere. at Proteſtantes. Aduocatus.* [b] Habeant filij Dei, inquit Caluinus, omne peccatum mortale eſſe, quia rebellio eſt aduerſus Dei voluntatem, quæ iram Dei prouocat, Sanctis quædam venialia, non ſuapte natura, ſed miſericordia: Et eſſe in Regeneratis verè peccata, licet voluntariè peccantibus non imputentur. *Numquid hæc non orthodoxa ſententia? Aduerſarius.* [c] Error manifeſtus: nos verò tenemus aliqua peccata eſſe venialia ex ſe, non ex miſericordia Dei. [d] Quod veniale in eo diſtinguitur à mortali quod formaliter loquendo non eſt dignum pœna æterna. [e] Hac ratione verè propriè que diſtinguitur à mortali, veriſsima hæc ſententia, à qua non eſt vllo modo recedendum. *Imò vel maximè, ita tamen vt doctores veſtros, ſi minùs duces, attamen huius veritatis teſtes, & Aduocatos habeamus. Aduocatus.* [f] Ex Doctoribus Catholicis nonnulli graues, etiam

[b] *Bellar. lib. 1. de amiſſ. grat. cap 4.*
[c] *Vaſquez Ieſuita in Thom. Tom. 1. diſp. 142. num 7.*
[d] *Suarez Ieſuita Tom. 3. in Thom. diſp. 11. Sect. 2.*
[e] *Azorius Ieſuita Inſtit. lib. 4. cap. 4 §. Communis autem.*
[f] *Vaſquez Ieſuita quæſt. 112. num. 4.*

etiam & pij Gerſon, Almarius, Roſſenſis, dicunt omnia peccata EX SE mortalia eſſe, & SOLA MISERICORDIA ad æternam pœnam non imputari : Idem docet Michael Bias. *Vnum pro omnibus loqui permittamus, vt ex acerrimo Lutheri Aduerſario orthodoxæ veritatis teſtimonium laculentum teneamus. Aduocatus.* [g] Quod peccatum veniale SOLVM ex Dei MISERICORDIA veniale ſit, hoc ego tecum Luthere ſentio. *An igitur ex natura ſua?* [h] Potius quod VENIA dimitti SOLEAT ſemper in iuſtis. *Potius igitur quod ſoleat, quam quod debeat, hoc naturæ meritum tumit, illud donum miſericordiæ. ſed abyſſus abyſſum ſequitur, & ſuperiorẽ Calumniam Calumnia noua comitatur.*

[g] *Epiſcopus Roſſenſis art. 32*
[h] *Zorius Ieſuita Inſtit. lib. 4. cap. 8. in prin.*

Calumnia ſecunda. Peccata eſſe paria.

Aduerſarius. [i] Iouiniani hæreſis fuit. Peccata eſſe paria. [k] Hoc quoque tritum eſt in hac fæce Proteſtantium : Peccata eſſe paria. Hac trutina non leuius in Deum deliquerit ille caupo, qui gallum gallinaceum, quam qui hominem occiderit. *Splendidum mendacium, ſed potius par tibi eſſe videtur Lutter, & inſigniter mentiri. quia. Aduocatus.* [l] Lutherani non dicunt, quod ſciam, virtutes eſſe pares, aut paria peccata ; neque negant hominem poſſe [m] creſcere ſpe, dilectione, aliſque virtutibus. [n] Non opinor, Luthere, te velle cum Iouiniani Sectatoribus aſſerere cunctas animas parem immunditiem contraxiſſe. *Ergo oculi tui, Campiane, credo pares non erant, cum peccatorum paritatem colligere ex Proteſtantium ſcriptis videbantur. ſed aliquid erat quod aciem oculorum tuorum perſtrinxit, quod an malitiæ an inſcitiæ tribuendum ſit facile erit conjicere. Aduerſarius.* [o] Cum Gerſon planè affirmat omnia peccata in ratione offenſæ ex ſe eſſe infinita. Quia contra Dei bonitatem infinitam commiſſa, ſequitur in eius ſententia omnia peccata eſſe æqualia, vt Stoici dicebant : cuius erroris ipſum Gerſonem meritò inſimulat Petrus Soto. *Ergone Gerſonem Stoiciſmi conuincetis ?* merito *inquis?*

[i] *Roſſenſ. art. 5. aduerſ. Luther.*
[k] *Campianus Ieſuita Rat. 8. ſic etiam cenſor contra Proteſt.*
[l] *Bellar. lib. 3. de Iuſtif. cap. 16. in princip.*
[m] *Epiſcopus Roſſenſis quo ſupr.*
[n] *Vaſquez Ieſ. Tom. in 1 hom. diſp. 42. num. 8.*

[o] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 4. cap. 9. §. Verum enim.*

ſequela elumbis. Aduocatus. [a] Quidam dicere non dubitant Gerſonis opinionem accedere Stoicorum ſententiæ, omnia peccata æqualia eſſe, dicentium: quia ſi omnia æternâ pœnam merentur, omnia ſunt paria; quod certè illi autores MALE contra Gerſonem inferendo concludunt, quia vnum peccatum (*etiam mortale*) acerbius & grauius quam alterũ mulctari, & puniri queat *Itaq; à ratione planè Stoica te, Vazques, Sotumque tuum occupant, quos Gerſoni Stoicismum falsò obijcere nihil puduit. quem errorem veſtrum aliqui quanto minori inſcitiâ, tanto maiori cum malitiâ Proteſtantibus affinxerunt, cum præſertim (vel opinione veſtra) ipſa mortalia peccata etiam in æterna pœna inæqualitatem pœnarum merentur.* [p] Etiam in Inferno pœnarum gradus diſtinguuntur, &, vt apud Iudæos, quatuor ſunt CAPITALIVM pœnarum genera. Strangulatio, Gladius, Lapidatio, combuſtio; ſic Chriſtus ſignificat tria peccata, EADEM in Inferni POENA, licet NON EADEM GRAVITATE digna, puniri.

[p] *Mallonat. Ieſuit. Comm. in Matth. 5.*

CAPVT. XLIII.

Hæreſis 15. quæ tollit perſonæ vnitatem.

[a] *Bellar. lib. de motis Eccleſ. cap. 9.*
[b] *Valent. Ieſuit. Tom. 4. diſp. 1. qu. 2. punct. 2.*
[c] *Bellar. præf. de Chriſto. §. Quid quod.*
[d] *Ibid.*

ADuerſarius. [a] Hæreſis decima-quinta Neſtorianorum, hi docuerunt in Chriſto duas eſſe perſonas: idem egregiè præſtiterunt Lutherus, Caluinus, Beza. [b] Hi huic hæreſi ſuffragantur. *Primo loco Lutherus examinandus eſt.* [c] Lutherus Neſtorio fauet vbi vocat Chriſtum hominem omnipotentem. *Profer verba Luther. Reus.* [d] Mihi (inquit Lutherus) negotium fuerit cum Neſtorianis, qui pertinaciſsimè CONTRA me diſputabant, quod diuinitas Chriſti non poſsit pati. *Lutherus (vt patet) ſe Neſtorianis hæreticis, tanquam hoſtem acerrimum, oppoſuit: iam probandum erit, eum hæreſin eorum oppugnaſſe, etiam ſine hæreſi. Dixit, inquis*, Diuinitas Chriſti, pati poſsit. *Sic quidem Lutherus, ſed loqui eum quoad ſuppoſitum*

situm totius personæ Christi, non quoad Divinitatis naturam, ignorare minime potes: quod discrimen Collega tuus luculenter explicauit. Aduocatus. [d] Nestorius NEGABAT Mariæ filium verum DEVM esse, sed potius PVRVM HOMINEM, aliamque personam à filio Dei æterno. Lutherus vocat Christum hominem OMNI-POTENTEM, & docet DIVINITATEM posse pati. *Num Christum Deum esse negat, qui eum omnipotentem affirmat? sed instas, & vrges. Aduersarius.* [f] Homo omni-potens, & Diuinitas patitur. Nestorianissimum sapit. *Erubescitur, te Iudice, Lutherus velit nolit, Nestorianus. nam profectò. Aduocatus.* [g] Lutheranorum error *(in hoc tantum erras, quòd* errorē *vocas)* erit Nestorianismo planè CONTRARIVS. *Facis ne tu igitur, Bellarmine, omnia intelligendo, vt nihil intelligas. hactenus sensus eius veritatem expiscati sumus, nunc verbi asperitas leniendi est. Adu.* [h] Cum dicimus Deum ex Maria natum esse, non ad naturam diuinitatis pertinet, sed ad Hypostasin, id est, ad personam Christi, qui est deus, & homo, & eodem sensu dicimus Deum passum esse. *Audio* Deum passum esse, & *agnosco*, at Diuinitatem pati, *in Theologia non absonum modo videtur esse, verum etiam blasphemum. Hic insuper tuam, Valentiane, opem oppido imploramus.* [i] Certissimum est Vigilium dicere CLAVIS DIVINITATEM Christi CONFIXAM esse, sed impassibiliter, sic illum interpretor, Christus Deus, & homo cum idem sit, passus est in cruce, carne, & humanitate, nihil tamen pati potuit Diuinitate. [k] Hic Vigilius viguit anno à Christi Natiuitate 380. *Huic phrasi de passione Diuinitatis est alia de eius natiuitate similis.* [l] Dicit Augustinus, natura æterna atque diuina non nascitur ex humana natura, nisi secundum naturam humanam: ex quo effici videtur, diuinam naturam concipi. Respondeo. Propter identitatem, quæ ponitur inter naturam & hypostasin, quandóque natura ponitur pro persona, vel Hypostasi, & propter hoc dicit Augustinus: NATVRAM DIVINAM esse CONCEPTAM, & natam, quia scil. persona filij concepta erat

[d] *Valent. Iesuita lib. 2. de Idololatria cap. 5.*
[e] *Bellar. quo supra.*
[f] *Idem.*
[g] *Greg. Valent. Iesuit. lib. 2. contra Vbiquitarios cap. 1. Rem obuiclo crimine absoluitur.*
[h] *Idem Iesuit. quo supra.*
[i] *Ibid.*
[k] *Lindanus Pancpl. in princip. lib.*
[l] *Aquinas part. 3. q. 35. art. 1. Phrasis Lutheri cum patrum ant. quorum phrasibus concordat.*

secundum humanam naturã. [m] Merito dicit Thomas esse hanc impropriam loquutionem, & piè explicandam. *Homo homini quid interest? Sancti Patres* Diuinitatem *concipi, nasci, clarius affari dicunt: & phrasis piè explicanda est, Lutherus hæreticum Nestorianum oppugnans nihil dixit, aut sensit aliud, & tamen Nestorianæ hæresis insimulatur. proximus est Caluinus. Aduersarius.* [n] Idem etiam, quod Nestoriani, præstitit Caluinus. *Per hoc totum Caput, quoties quid Caluino obijcis, locum designas, hic nè attingis quidem. haud temerè est, si quis Caluinum ipsum audiret, eius professò veneraretur calamum, tuam detestaretur calumniam. Reus.* [*] Furiosi phrenetici Spiritus attributa humanitatis Christi arripiunt, ad tollendam diuinitatem, quæ verò de vtraque natura sic conjunctè conueniunt ad tollendam vtramque; id verò quid aliud est quam contendere Christum non esse hominem, quia Deus est; nec Deum, quia homo est; nec vtrumque quia Deus est homo, vnitis, scilicet, non confusis naturis constans. Procul A EIGENDVS est ANOBIS NESTORII ERROR, qui Christi naturam distrahere, potius quam distinguere volebat, Scriptura clara voce reclamante. *Post Calumum Bezam vehementius persequeris. Aduersarius.* [o] Beza siuè ex ignorantia siuè ex malitia duas hypostaticas vniones in Christo statuit: vnam animæ cum corpore, alteram diuinitatis cum humanitate. *Reus.* [*] Manifesta est pertinacia eorum, qui Christi naturas cum Nestorio dissoluunt, proprietates verò cum Eutychete confundunt. *Ecquis hic verborum contextus, ecqua vocula, ecquod iota aliquid hæresis sonat? Aduocatus.* [p] Nestorij error est errori Eutychetis per extremum contrarius: Eutyches ita personam Christi asserebat, vt naturas confunderet: Nestorius autem ita naturas distinguebat vt vnam personam non agnosceret. Ecclesia Catholica (*quod iam Beza præstitit*) incedit media via, quæ & naturas contra Eutychetem distinguit, & contra Nestorium retinet personæ vnitatem. *Nihilominùs eo vsque efferbuit tua, Bellarmine, in Bezam malitia, vt Nestorianus, vel inuitus, audiat.*

[m] *Suarez. Iesuita Comm. at. in eum locum Thomæ.*

[n] *Bellar. cap. 9. Caluinus.*

[*] *Caluinus Instit. de hoc Articulo.* Natus ex virgine. *Caluinus hæresin in hi obiectam damnat.*

[o] *Bellar. quo supra. Beza.*

[*] *Beza in epist. dedicat. in nou. Testam. Beza hæresin sibi obiectam quoque damnat.*

[p] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 1. qu. 2. punct. 2. §. Fatr.*

diat. quid dixit Beza tandem, quod huius erroris notam tenuiſſimam inurere potuit? Reus. * Fatemur perſonam filij ab ipſo momento; quo caro ipſius cōcepta fuit, vnitam fuiſſe humanæ naturæ inſeparabiliter, ita vt nō ſint duo filij Dei, ſed vnus Chriſtus Ieſus, verus Deus & verus homo. *Quid ergo (inquies) Beza ſibi voluit per duas vniones Hypoſtaticas? nihil profectò aliud, quam quod Symbolū Athanaſij nos docuit.* Sicut anima & corpus cōſtituunt vnum hominem: ſic homo, & Deus vnum Chriſtum. *Prior eſt Hypoſtaſis naturæ humanæ, altera vnius perſonæ, quæ ex humanæ, & diuinæ naturæ vnione conflata eſt, etenim vox Hypoſtaſis ambigua eſt, quæ tam naturam, quam perſonam deſignat. Aduocatus.* " Neſtorius ſtatuit in Chriſto duas eſſe perſonas, vnam diuinam, alteram humanam. Chriſtum dixit eſſe tantum hominem, in quo, ſpeciali prærogatiua, deus habitabat, non autem fuiſſe hypoſtatica vnione Deum, & hominem. *Quid ſimile Beza habuit? imò quid non diſſimile, & plane contrarium?* ' Beza (*inquis*) in Chriſto vnionem hypoſtaticam ponit, diuinitatis cum humanitate. ' Neſtorius hypoſtaticam vnionem diuinitatis, & humanitatis in Chriſto negabat. *Et tamen* idem, *inquis*, egregiè cum Neſtorio Beza præſtitit. *In hac accuſatione ab ignorantia ſuſpicione Confeſſio tum Bezæ, tum etiā ex Beza, tua, Bezā ipſum liberabit. Fieri igitur non poteſt, quin tibi hæc ſcribenti malitia adhæſerit; quæ quidem cæca eſt, & eas plerumque excæcat, quos complexa eſt. Poſtremò qui in Proteſtantes impetum facis, quomodo Pontificem veſtrum defendas, ipſe videris. Namque* ' Papa Cœleſtinus erat NESTORII hæreſi infectus.

* *Beza lib. Confeſſ. Art.* 2. De Iesu Chriſto.

" *Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſ. Tit. Chriſtus.*

' *Bellar. in verſu iam ſuprà ex Beza citatus.*

' *Alphonſus ſupra.*

' *Laurentius Valla de laud. de donat. Conſtant.*

CAPVT. XLIIII.

Hæreſis 16. circa Euchariſtiam.

A *Duerſarius.* " Hæreſis decima-ſexta etiam quorundam Neſtorianorum, qui negārunt Chriſti corpus manere

" *Bellar. lib. de notis Eccl. ca. 9.* § Eodem tempore.

manere in Eucharistia, si seruetur in alterum diem. In errore eodem fuerunt Bucerus, Caluinus, & alij, qui negant esse corpus Christi in Eucharistia, nisi cum sumitur. *Neque eo hoc in loco possum satis mirari vafrum, atq; distortum ingeniũ vestrũ: tu fingis nescio quos vete es Hæreticos huius opinionis duces extitisse, quam Suarez tuus, tanquam primis eius Autoribus Protestantibus tribuit.* [b] Alia hæresis est horum temporum docens Eucharistiam neque seruandam esse in altari, neque circum-gestandam neque adorandam: huius autor dicitur esse Bucerus, vt Royardus, Hosius, Castro, Cochlæus, Sanderus affirmant. *Tu vt hanc opinionem iampridem in antiquis hæreticis damnatam, ille vt propter nouitatem in Protestantibus damnandam esse doceat, omnes ex Christi institutione satis damnati. Aduocat.* [c] Contendunt Protestantes Sacramentum Eucharistiæ consistere in tota ipsa actione, qualem Christus designauit: ACCIPITE ET MANDVCATE; Bibite, hoc facite: & in distributione vtriusque speciei, dicente Christo: HOC FACITE in commemorationem mei; vnde etiam pernegant species illas asseruatas, extra illum vsum & actionẽ, sacramentum vllo modo esse; quemadmodum, inquiunt, Sacramentum Baptismi, quod consistit in illa operatione Baptizandi extra quem vsum aqua ipsa non est vlterius Sacramentum. *Quibus argumentis cum occurrere prolixè studetis a qua vobis respondentibus hæret, vt est in Prouerbio. hoc experiri libet?* [d] Concedo reliqua Sacramenta in ipso vsu materiæ solo consistere, sed in hoc Sacramento non in solo materiæ vsu, sed in materia conseruata & permanente consistit. *Hic facta inductione cogitur in eodem insistere puerile κρησφύγετον. Secundo extra institutum vsum Sacramenti, quem vos Sacramenti vsum fingere possitis? Aduersarius.* [e] Circumgestationem (*in processione*) & Adorationem. *Vsus cum nouitatis, tum futilitatis plenissimus. Aduocatus.* [f] Tempore veteris Ecclesiæ populus non cursitabat ad videndum id quod Sacerdos ostendit, sed prostratis humi corporibus, animis IN COELVM erectis, gratias

Bellar. hæreticos fingit.

[b] *Suarez Iesuit. To. 4. disp. 46. qu. 75. art. 1. sect. 8.*

[c] *Valent. Iesuit. Tom 4. disp. 6. qu. 1. punct. 3.*

[d] *Idem ibid. §. Nihilo minus.*

[e] *Suarez Iesuit. iam supra.*

[f] *Erasm. tract. de Amab. Eccl. Concord.*

as agebant CHRISTO Redemptori, qui nos ſua morte redemit. *Nihil porrò tale nouit* VETVS Eccleſia ROMANA. *In altari non quærit Chriſtum qui eum in cœlo adorat, ratio planè Angelica.* [a] NON eſt hic, ſurrexit ENIM. *Denique.* [b] Euchariſtiæ Sacramentum, inquit Cranzius, à cœleſti Magiſtro ad vſum, non ad oſtentationem inſtitutus erat. *En dignum Apolline documentum veſtrum, vſum extra vſum profiteri. Deinde (eſt enim obſeruandum) certum aliquem in hoc genere hæreticum, nec Alphonſus, aut Lindanus veſter in repetendis hæreſibus huiuſmodi aliquam hæreſin aſſignare potuit, nos denique antiquitatem aucupamur, ſed illam antiquiſſimam.* [c] Obijcitur nobis Origines, qui dicit, Dominus panem, quem dedit, NON DISTVLIT, nec differri iuſsit in craſtinum. Reſpondeo verum eſt, Dominum non iuſsiſſe Euchariſtiam à ſe conſecratam deferri in craſtinum. *Addis.* Sed non poteſt inde colligi non debuiſſe vnquam poſtea Euchariſtiam conſeruari: multa enim Dominus non per ſe iuſsit, quæ poſtea per Apoſtolos iuſsit. *Vbi tandem? hoc diuinare facilius tibi fuit, quam demonſtrare. liceat quæſo nobis dominum noſtrum* vere *imitari, & vobis Chriſti Diſcipulos comitari falsò, facile patiemur. Denig, hoc dogma* [d] *Durandus veſter amplectitur, cuius ſententiæ veritatem & Sacramenti ratio, & dignitas euincere videatur, ne, vt vos ſoletis, Sacramentum Chriſti myſterium diutius ſeruando, propter putredinem, tandem* [e] Comburandum *Vulcano conſecrare.*

[a] *Matth.28.*
[b] *Caſſand.lib. Conſult. art.22.*
[c] *Bellar.lib.4. de Euchariſt. ca. 5 § Secundo loco.*
[d] *Durandus in lib.4.diſt.11. qu 1.*
[e] *Bellar. quo ſupra § Tertio loco.*

CAPVT. XLV.

Hæreſ. 17. Quâ Chriſti natura humana ſubuertitur.

Aduerſarius. [a] Hæreſis decima-ſeptima Eutychianorum, qui docuerunt eſſe in Chriſto vnam naturam, ſicut vnam perſonam. eandem hoc tempore inſtauraverunt non-nulli Lutherani. nimirum Brentius, & Smidelinus,

[a] *Bellar. lib. de notis Eccleſ. c.9.*

linus, vbi docuit eius humanitatem conuersam esse in naturam diuinam, & esse vbique. *Fortasse, sed Aduocatus.*

[b] *Greg. Valent. Iesuit. lib. 1. contra vbiq; cap. 2.*

[b] Dicunt Lutherani Realem illam communicationem diuinarum proprietatum cum humanitate assumptam, nequaquam esse essentialem; id est, non ita illam de humanitate affirmari, quomodo affirmatur de diuinitate, quasi humanitas per suam essentiam dicatur esse illa, nec communicatio est Physica, aut subiectiua, quasi in ipsa humanitate insint tanquam accidentia in Subiecto. sed esse cuiusdam modi singularis, & arcani, quem hypostaticum seu personalem vocant, atque ita videri volunt non tollere naturarum distinctionem, quoniam, inquiunt, humanitas Physicè, & sua natura manet circum-scripta, at propter hypostaticam vnionē, diuina illi cōpetunt. [c] At Eutyches per summam amentiam aiebat, tantum esse in Christo naturam ex duabus conflatam, eamque nunc esse tantum diuinam. *Hæc Iesuita, sigitur ipsos sibi Interpretes esse pateris, vides quantum ab Eutychianis abhorreant.* Eutychiani *(vt verè dicis)* docuerunt vnam esse in Christo naturam: at Lutherani naturas distinguunt. *Sed vi consequentiæ, in errorem eos trahis. hinc tu eorum errorem, per me licet, exagita, oppugna, & detestare, quantum lubet: in hac accusatione tuâ nec nos, quos Caluinistas vocas, attingis, & vestræ Religionis Helenam Missam (vtinam omissam) plane iugulas. Dicis enim. Aduersarius.* [d] Dicimus corpus Christi fuisse in duobus locis simul, etiam localiter. [e] Dicimus corpus Christi esse vbicunque sunt hostiæ consecratæ. at dicere illud esse, vel esse posse in infinitis locis simul, immensitatem requirit, & Eutychianismum defendit. *Hæc tu, at hanc esse Vbiquitistarum hæresin doctor vester Seraphicus demonstrat.* [f] Corpus Christi nec in quantum corpus, nec in quantum vnitum diuinitati hoc habet, vt sit in pluribus locis simul; nam vbique esse, est diuinæ naturæ proprietas; nulli creaturæ competit, ne humanæ quidem Christi naturæ communicari possit. *Orthodoxè inprimis, à qua sententia nec Argumentorum nec*

[c] *Idem Tom. 4 disp. 1. quæst. 2. punct. 1. §. Tertius error.*

[d] *Bell. lib. 3 de Eucharist. ca.*

[e] *Bellar lib. 3. de Christo. cap. 18. § Quod autem.*

[f] *Aq. dist. 27. qu. 1.*

tormentorum

tormentorum vis vlla nos dabet diuellere. noui, heu, noui perfugium vestrum. Non dicimus, *inquis*, Christum pluribus in locis naturaliter esse posse, sed per omnipotentiam diuinam. *Et Vbiquitistæ.* Humanitas naturaliter, *inquiunt*, infirma est, & circum-scripta, sed propter diuinitatis communionem vbique & omni-potens. *Iam ego scholæ vestræ Archi moderatorem appello, qui impotens vestrum omnipotentiæ diuinæ asylum euertat prorsus, atque prosternat.*

[a] Si potest Christi corpus esse in duobus locis simul, tum etiam in pluribus, atq; adeo VBIQVE, sed dicendum quod in pluribus locis simul esse NEQVIT, ne per miraculum quidem. *At enim, inquis*, possit, sed in mysterio. *Et Vbiquitistæ, quos hic oppugnas:* vbique est, sed ineffabili modo. *aut igitur Papismus vobis renunciandus est, aut Lutheranismus, adeoq; (si vobis credimus) Eutychianismus constendus. quia si verba spectamus, Lutherani Eutychiani non erunt, si Consequentiam verborum vrgemus, vos pariter critis. quia perinde, inquis, est;* Siue dixerimus Christi corpus esse, aut posse esse vbique. *Idem quoq; vt ait Aquinas*, dicere esse posse in pluribus locis, & in infinitis.

[a] *Aq in Supplemento. q. 83. art. 3.*

CAPVT. XLVI.

Hæresis 18. *de Imaginibus.*

Aduersarius. [a] Hæresis decima-octaua. Xenaias primus palam asserit, Christi & Sanctorum Imagines non esse venerandas. Caluinistæ signum crucis erigi nolunt: in hoc Caluinus est Diabolo peior, quia Diabolus crucem execratur; quia timet, & timendo honorat. Caluinus autem, quia irridet, atque contemnit. *Quousq; tandem & Lectoris patientia abuti, Bellarmine, pergis, & conscientia tua? omnemne prorsus imaginum cultum Caluinus sublatum voluit? Adiocatus.* [b] Opinio Caluini est, imagines Christi, & Sanctorum NON ESSE SIMPLICITER PROHIBITAS, sed non debere poni in templis,

[a] *Bellar. lib. de notis Eccles. c. 9. idem etiam Lindanus Panopl. Tab. 1. Caluinus diabolo malo, in malo præponitur.*

[b] *Bellar. lib. 2. de Imaginibus c. 8. in princip.*

easque sine notatione historica rerum gestarum vsum nullum habere. *Quo hoc ingenio docuit? an Diabolico?*

[a] *Idem cap. 9. in princip.* [b] *Ibid. cap. 11.*

[a] Vetat Caluinus Imagines in templis in sublimi statui, ob periculum Idololatriæ, ex Augustino. *Et.* [b] Adducit Caluinus experientiam, quæ docet in cultu Imaginum

Bellar. Caluin. accusat pariter & excusat.

Superstitionem & errorem irrepsisse. *Non itaq; omnem Imaginum vsum contumelioſe reiecit, ſed piè prudenterq; cauit abuſum. ne viz. ſacroſanctus Dei cultus Idololatriæ ſuperſtitione Satanica polluatur. agedum igitur, accuſationem tuam repete.* Diabolus odio Christi eius imaginem execratur, & horrendo honorat. *Apologiam attexe.* Caluinus præ reuerentia Christi, ne Idololatriâ cultus diuinus conspurcetur, Imagines coli vetat. *Et tamen* Caluinus *iniquus*, est Diabolo peior. *Διαβολὴ itaq; quod erat diabolo ab Arch-angelo idem tibi, Bellarmine, à Caluino reſponſum putes:* Increpet te Dominus: *ſed ad ſalutem precor. non iam mihi deſunt teſtimonia tuorum locupletiſſima, quæ Caluini amorem pium, iudicium ſanum in hac parte fuiſſe conteſtantur, ſi hoc eſſet hoc in loco agendum: nunc tamen Caluino-maſtix repellendus es. Aduocatus.* [c] Qui seuierunt in Imagines

[c] *Erasmus de Concord. Eccles.*

Non prorsus abs re concitati sunt ad eum zelum: *(licet immodicum mea ſententiâ,* nam Horribile crimen est Idololatria, hoc est Simulachrorum cultus qui tametsi iam olim sublatus est è moribus hominum, tamen Periculum est ne technis Dæmonum eòdem reuoluantur incauti. *Alienum eſt à noſtro inſtituto, quæ huc ſpectant omnia nunc perſequi; tantum calumnijs ijs occurram, quibus in hac controuerſiâ Caluinus iniq; & inuidioſe premitur, quas ad hæc Capita. Nomen, Perſonam, Cultumq; ipſum reuocamus. Primo, de nomine. Aduerſarius.* [d] Appellat Caluinus imagines Sanctorum Idola, & simulachra, quasi à sacris Autoribus promiscue vsurpentur, falsum. *quod in Caluino falſum reprehendis, forſan tibi verum eſſe videbitur, ex ore confratris tui Ieſuitæ profectum. Aduocatus.* [e] Idolum græcè Imaginem *(de sacris Imaginibus loquitur)* Siue simulachrum significat. *Hæque nomina vſq; adeo*

[d] *Azorius Ieſui. Inſtit. l. 9. c. 7.*

[e] *Valent. Ieſ. li. 3. de Idolat cap. 8 §. Quod autem.*

adeo confundit, vt non vereatur simulachrorum cultum in hunc modum ex Scripturis defendere. [h] Innuit B Petrus aliquem esse SIMVLACHORVM ET IDOLORVM CVLTVM LICITVM. *Hæc de nomine. Secundo loco de persona agendum. Aduersarius.* [i] Calumnus ait nefas esse Deo inuisibili, & incorporeo, imaginem corporeã & visibilem collocare; nos Catholici contra. *Scilicet vos Catholici contra; & fortè nonnulli Catholici contra vos. Aduocatus.* [k] Opinio illa Calumni, non licere pingere imaginem Dei in forma hominis, est etiam ALIQVOT CATHOLICORVM, vt Albul. Durandi, Peresij: qui dicunt hæc non rectè fieri. *Idque rectè duci facile erit euincere: quia visibilis imago Dei inuisibilis, est hæreseos Anthropomorphitarum quasi lena.* [l] Hæresis Anthropomorphitarum fuit, qua creditur Deum ex humanis membris consistere. *Itaque* [m] Nisi Idiotæ à concionatoribus instituantur, membra, quæ in hac pictura cernuntur, esse metaphoricos accipienda, fateor, NON SINE PERICVLO exhiberi. *Quid ergo?* [n] Hic ergo tantum defendimus non esse in vniuersum defendendas huiusmodi imagines. *Non in vniuersum defendam, inquis; es tu paulo tenacior: illud enim in vniuersum damnant Patres ferè vniuersi. sed de his aliâs. proximo loco cultus ipse examinandus restat. Aduersarius.* [o] Adducit Calumnus experientiam quæ docet *(inquit)* paulatim ex cultu Imaginum irrepsisse superstitionem, & Idolatriam. [p] At cum sic obijciunt Protestantes, quis non eorum doleat perniciem? [q] Quis enim Catholicorum diuinum honorem Imaginibus vnquam detulit? *Quis Catholicorum rogas? nemo, inquimo: at Pontificiorum (hos enim intelligis) forsan nonnullus. Aduocatus.* [r] Sunt BENE MVLTI rudiores stupidioresque qui Imagines colunt non vt figuras, sed perinde quasi ipsæ aliquem sensum habeant; magisque ijs credant, quam Christo. Dici non potest QVANTA Idololatria apud rudem populum alatur per Imagines. [s] Manifestius hoc est, quam vt verbis explicari possit. [t] Dum Imaginibus exhibent

[h] *Idem ibi. Hæreses Idoli.*
[i] *Bell. lib. de Eccles. triumph. ca. 8. §. Ergo.*
[k] *Bellar. quo supra §. Hæc opinio.*
[l] *Imago depicta.*
[m] *Alphon. de Castro li. 3. de hæres. 11. Deus.*
[n] *Bell. quo sup. §. Tertio Scriptura.*
[o] *Idem ibid. Bellar. propterea quod tergiuersatur*
[p] *Bell. lib. 2. de Eccle. Triumph. cap. 11.*
[q] *Lindanus Panopl. l. 3. ca. 11.*
[r] *Bellar. in præf. lib. de Beat. Sanct.*
[s] *Polyd. Virg. lib. de inuent. cap. 13.*
[t] *Agrippa li. de Vanit. cap. 87.*
[u] *Cassander lib. Consult. art. 21.*
[x] *Ioh. Gerson quæst. de Neglig. prælatorum num. 7.*

hibent LATRIÆ cultum. *Spes tamen aliqua hoc malum reformandi eſſet, ſi tantum ſua ſimplicitas populum, & non etiã doctorum nimia ſubtilitas, eos in tantam traxiſſet amentiam. vos igitur Rabbini (ſi placet) dogmata veſtra recolite, & recognoſcite. Primo, Aduerſarius.* [a] Sit hæc noſtra propoſitio: Imagines Chriſti & Sanctorum venerandæ ſunt, non ſolum per accidens, vel impropriè, verum etiam PROPRIE; ita vt TERMINETVR adoratio in IMAGINE, NON SOLVM vt vicem gerit exemplaris. *Aduocatus.* [y] Stultum hoc eſt, & ſuperſtitioſum. *Sic Ieſuita, idq; quatuor argumentis probat. Aduerſarius.* [z] Veteres ſcholaſtici abſolute dicunt Imagines Chriſti eſſe colendas adoratione latriæ: Eadem fuit opinio Thomæ, *nec veterum modò.* [a] Conſtans EST Theologorum *(ô Theologos!)* ſententia imaginem EODEM HONORE, & cultu coli, quo colitur id, cuius eſt imago. *Aduocatus.* [b] Hic modus loquendi non caret periculo, quique id dicunt vix ſcite intelligunt, nedum populus imperitus. *Perinde ac ſi dixeris: cum Cæcus Cæcum ducit (de quo genere Chriſtus prædixit) de vtriuſque eſſe ſalute penitus deſperandum. poſſum ego huius quæſtionis articulos omnes punctatim diſſoluere; ſed non eſt inſtituti mei hoc tempore rationes diſcutere, ſed tantum criminationes profligare. Veſtrum iam erit (quia hic nihil aliud quam veteres hæreſes Proteſtantibus obiicitis) veſtros duces pariter agnoſcere,* [c] Obijciunt nobis Proteſtantes [d] Irenæi teſtimonium, vbi ponit inter hæreſes Carpocratis & Gnoſticorum, quod haberent & coronarent imagines: & [e] Epiphanium docentem hæreticos eſſe, qui imaginem B. Virginis circumferunt.

Et profectò, omnibus penſitatis, multis modis tutior eſt ab errore Imaginum contemptus, quam hodiernus abuſus. de quo paulo poſt.

[a] *Bell lib. 2. de Eccleſ. triumph. ca. 2. in princip. Theſis ſtultitiæ plena*

[y] *Vaſquez Ieſ. li. 2. de Adorat. diſp. 8. cap. 3. & cap 8. ac denceps hoc accurate cuncta.*

[z] *Vaſquez Ieſ. quo iam ſupra*

[a] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 9 ca. 6 §. Tota hæc*

[b] *Bell lib. 2. de Eccleſ. triumph. cap 22. in principio.*

[c] *Azorius quo ſupra cap. 6. § Cæterum.*

[d] *Lib 1. ca. 24.*

[e] *Hæreſ 79.*

CAPVT.

CAPVT. XLVII.

Hæreſ. 19. de Votis.

Aduerſarius. [a] Hæreſis decima-nona eſt Lampetianorum *(ſeu, vt alij vocant, Lamperianorum)* contra vota; Eandem Lutherus & Caluinus. *Reſpondeo. Proteſtantes non omninò hæreſin eandem tenere, ſed ne hæreſin quidem. Primum. Aduocatus.* [b] Lamperiani vota OMNIA oppugnabant, dicentes illa Chriſtianis non prodeſſe, quia videntur Chriſtianis neceſsitatem quandam, & coactionem inferre. *Vota igitur hæretici,* quaſi non omninò proſint, *omnia oppugnarunt: at Proteſtantes, ſi Reum loqui ſinamus. In* [c] *Pſal.* 116. Vota mea reddam Iehouæ nunc corã omni populo eius. [d] Votorum ergo finis, & VSVS eſt, primùm vt impetrandi fiduciam cordibus ſuis obtineant filij Dei: Deinde vt ſe magis ad gratiarum actionem INCITENT. nam certè VOVENDI LIBERTAS filijs Dei pro ſubleuanda eorum infirmitate CONCEDITVR, quia hoc modo ad eos deſcendit indulgentiſsimus Pater, & ſecum permittit filialiter agi, modò in hunc, quem dicimus, FINEM vouerant. *Sin Aduocatum audies.* [e] Volunt *(intelligit Proteſtantes)* vota de rebus quibuſdam poſſe fieri, ſi ad bonos fines fiant. *Quantum ab hæreticis Proteſtantes abſint, ſatis intelligimus; quàm proximè veritati adhæreant, deſpiciamus. Aduerſarius.* [f] Primum Lutherus & Caluinus docent vota non poſſe fieri niſi de rebus à Deo PRAECEPTIS. *Hic quoque palam dormitat noſter Ieſuitarum Homerus, qui (vix tribus interiectis lineis) experrectior agnoſcit contrarium. Aduocatus.* [g] Docent ſecundò vota de rebus à Deo NON PRAECEPTIS poſſe fieri. *Quæ hæc vertigo? Res itaque præcepta, & non præcepta voti materia eſſe poſſit, ſed illa vt Domina, hæc vt ancilla, & quatenus diuino præcepto inſeruiat. Reus.* [h] Pſal. Qui iurauit Iehouæ, vouit forti Iacob. Itaque in votis ſpectandum eſt quid probet Deus, nè præcipuo iure

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap 9 §. Lamperiani. & lib. 2. de Monachis cap. 15 in princ. & Alphonſ. de Caſtro li. hæreſ. Tit. Vota.*

[b] *Alphonſ. de Caſtro lib. aduerſus hæreſ. Tit Vota.*

[c] *Pſal. 116.*

[d] *Caluinus Com. in eum pſal.*

[e] *Bellar. lib. 2. de Monach. cap 15. Bellar ſe reum falſiſſicit.*

[f] *Ibid. §. Primum.*

[g] *Ibid §. Secundum. Aduerſ. ſtupor.*

[h] *Pſal. Caluinus in eum pſal.*

iure suo fraudetur, quia apud eum PRIOR est OBEDIENTIA quam victimæ. *Innuit vota tantùm eatenus esse reddenda, quatenus vouendo diuinis præceptis promptias constantiusque obsequamur. Aduocatus.* [f] Volunt vota de rebus à Deo non præceptis posse fieri, ad negotia huius vitæ expeditius FACIENDA, vel ad VITANDA PECCATA, vel alios BONOS FINES fiant, exempli causa, eum, vt docet Caluinus, qui sæpe in vitium ebrietatis labitur, recte facturum, si voueat se triduo aquam bibiturum, si iterum in ebrietatem inciderit. quomodo etiam existimat viduas quasdam (tempore Apostolorum) vouisse continentiam, vt EXPEDITIVS fungerentur munere Diaconissarum. *Nunc experiar quibus machinis possis huius opinionis fundamenta conuellere. primum, Aduersarius.* [g] Ait Caluinus vnum esse commune votum fidelium, promissionem illam, quam in Baptismo facimus, idque proprie votum dici. *ex quo sequitur, quicquid est votorum quod post Baptismum Christiani nuncupauerint, si finem eorum respicimus ad præceptum diuinum pertinere; sin principium, in ipso Baptismo contineri: de quo illud vere affirmari possit. quod de alijs vestris votis hic vester.* [h] Qui votum semel Deo factum millies repetit NON NOVVM FACIT, sed pristinum renouat, atque confirmat. *At instas. Aduersarius.* [i] Promissionem in Baptismo non esse votum proprie dictum, est communis Theologorum sententia, & quidem verissima. *Quorum Theologorum obsecro? nam certè. Aduocatus.* [k] Baptisma esse votum PROPRIÈ, ac vere dictum, VETERES Theologi cum * Magistro videntur sentire. *Sic ille, quamuis ipse, scilicet ad litioris ingenij, eruditionis cumulatioris, addit.* Sed probabalius est quod Scholastici alij tenent. *Enimvero ignoscere nobis, Azori debes, si in hac parte, vbi est tanta Autorum contentio, veteribus Scholasticis magis quam nouis; Magistro tuo, quam tibi Discipulo, assentiri malimus: sin rationē exigis, altero fundamento adhærescemus, viz. quicquid propriè vouemus, si finem eius spectemus, esse rem imperatam, adeoque in ipso Baptismo inclusam contineri. obijcis. Aduersarius.*

[f] *Bellar. ibid. quo suprà.*

[g] *Ibid. quo suprà & ca. 19. §. Quæstio. Votum Baptismi.*

[h] *Azorius Ies. lib 11. cap. 14. §. Quæres an.*

[i] *Bellar. ibid quo suprà.*

[k] *Azorius Ies. quo suprà. §. Tertio quæritur*

* *Lib. 4. Sent. dist. 38. Scholæ veteris autoritas sordet.*

Aduerſarius. [1] Dico votum, de re præcepta, non eſſe propriè votum, niſi quatenus res illa præcipitur, vt non præcepta. *Tu dicis, cui contradicit hic tuus. Aduocatus.* [a] Qui vouet rem INDIFFERENTEM, eius votum, ex COMMVNI OMNIVM ſententia eſt inane. *Diſputatio. Res omnis vel præcepta eſt, vel prohibita, vel indifferens, at votum de re prohibita impium, de indifferenti, quatenus indifferens, ineptum: ergo res præcepta, quatenus præcepta, ſub votum cadit. ratio eſt in promptu. quia* [b] Nulla eſt individua actio humana quæ eſt indifferens, ſed propter circumſtantias neceſſario, vel bona vel mala, ſi Thomæ, & omnibus Thomiſtis credimus. *Sic ille, ipſe Thomiſtis non credens in hoc, à Primo Thoma, Thomiſta, quod non credit. credendum omnino, quoties enim non agitur de actione abſolute naturali, qualis eſt ſcalpere caput, fricare manus, naſum purgare; ſed de actione in qua iuſtitiæ aut charitatis, aut Religionis ratio aliqua cernitur; quodnis opus bonum eſt Deo debitum. Luc. 17.* [*] Dicite quod debuimus fecimus. *Sed de hoc alias. tu inſurgis. Aduerſarius.* [c] Gen. 28. Votum vouit Iacob, ſi fuerit Dominus mecum &c. tunc erit mihi Dominus &c.] quod ſit votũ de re non præcepta patet, quia alioqui peccàſſet Iacob faciendo votum conditionatum de re præcepta. [d] Stolidum fuiſſet ſub ea conditione vouere Deo cultum generalem, ad quem ſimpliciter tenebatur. *Erratis viri Doctiſſimi. quia Aduocatus.* [e] Nihil impedit quo minus quis ſe denuo voti religione obſtringat, ad quod alioqui faciendum LEGE, & PRAECEPTO compellitur. Deus enim nos ſibi ſuis LEGIBVS deuinxit, & nos ipſos ei pariter VOTI NEXV, vinculoque obligamus. vt Iacob Gen. 28. vouit Domino, ſe eum vt Dominum veneraturum: vnde qui caſtitatem Deo promiſſam adulterio violat, eſt ET diuinæ legis violatæ & voti facti reus. *Etenim eadem eſt iuramenti, & voti ratio. at.* [f] In Pſal. 118. iurauí & ſtatui cuſtodire iudicia Iuſtitiæ tuæ.] vbi Dauid ad obſeruantiam mandatorum, præter obligationem quam habebat ex lege Moſis, ſe iurando obligauit. *poſtremò*

[1] *Bellar. lib 2. de Monarch. 16. §. Nono probatur.*
[a] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 11. cap. 14. §. Sexto quæritur.*
[b] *Vaſquez Ieſ. To. 1. in Thom. part. 1. diſp. 2. cap. 1. Thomiſtæ reijciuntur. Obiectio.*
[*] *Luc. 17.*
[c] *Bell. quoiam ſuprà cap. 16. §. Septimo votum, & §. Nono probatur.*
[d] *Peterius Ieſ. Com. in Gen. 28.*
[e] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 11. cap. 14. §. Cæterum. Solutio.*
[f] *Peterius Ieſ. quo ſupra.*

querela. *Aduersarius.* [c] Docuerunt Lampetiani Monasteria libera esse debere, id est, sine votis perpetuis, ita vt mutari queant : eadem est Lutheri & Caluini sententia. *Hæc nec istorum Hæreticorũ opinio fuit, nec omninò hæretica : primum* * *suprà ostendimus : alterum iam paucis illustrabo. primò. Aduocatus.* [d] Me habere Caium in ludo seriũm res indifferens est, si inde peccandi occasionem sumo, vouere possim me NVNQVAM postea cum illo lusurum : at si POST VOTVM desinit occasio mali, desinit quoque esse MATERIA VOTI, quoniam incipit esse materia indifferens. *Secundò, vt rem attingamus exactius.* [e] Possit Pontifex Iustis de causis monastica vota irritare. *De quo* **supra. Disputo. Si non potest esse iusta causa dissoluendi votum Monasticum, Papa iniustè facit, qui vota relaxat. si potest incidere iusta causa dissoluendi votum, iniusta est consuetudo votum perpetuum nuncupandi. quia. Patronus.* [f] Non arbitror Deum exigere a nobis quodcunque promissum bonum, si aliquod MELIVS fuerit à nobis persolutum. *Quid ni igitur cum Caietano vestro causam de votis perpetuis vere constanter q; desiniamus? Aduocatus.* [g] Attende, prudens Lector, quod NVLLVM VOTVM à Iesu præscribitur violenti vitæ perfectionem assequi ; quia non in vinculis votorum, sed in operibus consistit perfectionis assequutio. *De quo* [h] *infra accuratiùs.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 9. §. Lampeniari & li. 2. de Monarch. cap. 15. in princ.*
[b] *Supra in initio huius capitis.*
[c] *Azorius Iesuita quo sup.*
[d] *Idem ibid. in tract. de Votis.*
[e] *Supra.*
[f] *Bernardus Epist. 57.*
[g] *Cardinalis Caietanus Com. in Math. 19.*
[h] *Infrà.*

CAPVT. XLVIII.

De Hæresi vltima.

Aduersarius. [a] Hæresis 20. & vltima quorundam qui negabant Eucharistiam esse veram carnem Christi, & tantum esse volebant figuram, seu Imaginem corporis Christi : vt docet Theodoretus in Dialogo tertio. hanc hæresin docet Caluinus. *Tria respondeo. Primum, Caluinum non modo dissentire ab istis hæreticis, verum etiam illis ex diametro repugnare. Secundum, docere quoq; veritatem. Tertium*

[a] *Bellar. lib. de notis Eccles. cap. 9 §. Quorundam.*

Tertium, Vos in hæreſi craſſiſſimâ implicari. Primum, te Aduocato, ſuadeo. Aduocatus. [b] Ne glorientur Caluiniſtæ ſententiam ſuam valde antiquam eſſe; Obſeruandum eſt Antiquiſsimos illos hæreticos (de quibus Theodoretus loquitur) non tam Sacramentum Euchariſtiæ, quam myſterium Incarnationis oppugnâſſe. *Ne concedas Caluiniſtarum ſententiam* antiquam fuiſſe, *doces non fuiſſe* Eandem: *vt tamen doceas eam eſſe Hæreticam dicis,* Eandem *(nimirum antiquam)* Hæreſin Caluinus docuit. *Antiquum tu quidem odisses, ille modo aiens, modo negans, in quo tamen videri poſſit minimè idem; niſi quod es idem, qui ſoles. hoc explicato, quantū inter ſe diſſideant explica, te enim dehinc Aduocatum depoſcimus.* [c] Hæretici illi negarunt, Chriſti corpus eſſe in Euchariſtia, negarunt enim Incarnationem Chriſti, & in Euchariſtia volebant tantum eſſe figuram. *Quid autem Caluinus?* [d] Docet ſymbola, & corpus Chriſti, licet loco inter ſe plurimum diſtent, tamen coniuncta eſſe NON SOLVM ratione SIGNI, quia vnum eſt ſignum alterius, ſed etiam, quia cum ſigno Deus VERE nobis exhibet IPSVM VERVM Chriſti CORPVS ET SANGVINEM, quò animæ noſtræ vere alantur. *Optime, ſed repete verba Caluini.* Sic enim ſcribit Caluinus in Math. 26. Et lib. 4. Inſtitut. cap. 17. §. 5. *Rem.* [e] VERE in cœna datur nobis corpus Chriſti vt ſit animis noſtris in cibum ſalutarem, hoc eſt, ſubſtantia corporis Chriſti paſcuntur animæ noſtræ, vt VERE vnum efficiamur cum eo, NON ergo VACVVM, aut INANE SIGNVM nobis proponitur; ſed vere carnis Domini fiunt participes, qui fide hanc promiſsionem recipiunt. In ſacra ſua cœna iubet me Dominus ſub ſymbolis Panis & vini corpus, & ſanguinem ſumere, nihil dubito quin & ipſe vere porrigat, & ego recipiam, Sed ſolo ore fidei. Similia habet Beza. *Quid ex his?* [f] Admittit Caluinus panem Euchariſtiæ NON ESSE NVDAM FIGVRAM corporis Chriſti, ſed figuram quæ REM IPSAM exhibeat. *Iam rurſus redi tu, quaſo, ad te.* [g] Hæretici illi, inquis, negabant Dominum habere verum corpus: At

[b] *Bell. lib. 1. de Euchariſt. ca 1. paulò poſt prin.*

[c] *Bell. locis iam ſuprà allegatis.*

[d] *Idem ibid.*

[e] *Caluinus locis, & verbis citatis à Bellarmino. li 1. Euchariſt. cap. 1. §. Secundò docet, &c.*

[f] *Bellar. lib. 1. Euchariſt. ca. 5. §. Septima eſt.*

[g] *Bellar. ibi. c. 1. §. Ne, &c.*

Caluinus *(inquit)* dixit Fideles veri corporis Christi vere esse participes. *Deinde* Hæretici *(inquit)* in Eucharistia volebant esse tantum figuram corporis Christi : At Caluinus *(inquit)* admittit non tantum figuram corporis Christi in Eucharistia. *Et tamen* Eandem *(inquit)* hæresin Caluinus docuit. *Prauaricaris planissime, & deplorato ore prodis conscientiam. Iam duo reliqua abijcemus. Caluini sententiam, de spirituali modo manducandi corpus Christi, Orthodoxam esse, vestram verò, de corporali manducatione, nouam Hæresin continere. De priore. Aduersarius.* [g] Concilium Tridentinum dicit corpus Christi esse in Eucharistia vere contra Caluinistas, qui dicunt esse in FIGVRAM TANTVM, figura enim opponitur veritati. Deinde concilium dicit adesse realiter, contra figmentum Caluinistarum, qui dicunt corpus FIDE TANTVM apprehendi, sæpe quidem asserunt corpus Christi reale sumi in Eucharistia. sed REALITER NVNQVAM. *Hæc tria.* figura tantum, fide tantum, realiter nunquam, *tu cum concilio tuo, sed sine consilio, iudicioue temere effutiuisti : an forte concilij Patres te fefellerint fratrem tuum consule. Aduocatus.* [h] Fortunatus Caluinista dicit in sacramẽto corpus Christi verissime, REALISSIMEQVE percipi. [i] Et Caluinus affirmat sæpius Christi corpus esse præsens in Sacramento, quatenus ibi nostris animis verè vnitur, & communicatur SVBSTANTIALITER (sic enim loquitur) secundum substantiam, non modò secundum effectum. [k] Cum quo Beza, & Sadael consentiunt. *Verum Valentiane, multo Bellarmino, fateris, nunc insuper sensum eorum genuinum profer.* Hæc est eorum sententia, Corpus Christi, licet σημαντικῶς & κατ' οὐσίαν, id est, corporaliter, & essentialiter, sit tantum in cœlo ; nihilominus duplici modo in hoc Sacramento verè percipi. Primo, Spiritualiter, & Sacramentaliter : spiritualiter quidem ore mentis, id est, per fidem, & per arctissimam coniunctionem Christi cum animo communicantis virtute Spiritus Sancti ; non corporaliter ore dentis, sed mentis. Secundo, Sacramentaliter ore quidem corporis, sumendo, non

[g] *Bell. lib. 1 de Eucharist. ca. 2. §. Quarto Concil.*

Concilij Tridentini egregia insciti.

[h] *Valent. Iesuit. Tom. 4. disp. 6. quæst. 3. punct. 1. §. Item.*

[i] *Valent. Iesuit. quo iam supra §. 7.*

[k] *Ibid. §. 9.*

non ipsum Christum, sed signum corporis eius panem & vinum; quæ dicunt esse sigilla certa, quibus promissio redemptionis in corpore, & sanguine Christi FIDELIBVS obsignatur. *Quam fideliter exponis Protestantium sententiam, tam pueriliter oppugnas. Aduersarius.* At tale dogma, quo ponunt corporis & sanguinis Christi substantiam, secundum se etiam verè percipi ab animo piè communicatis, & verè cum illo vniri, quamuis loco distet, vt commentitium repudiari debet. Nos dicimus post consecrationem Dominum Christum corporaliter sub specie panis contineri, substantiâ panis in eius corpus conuersa. *Quasi verò vere & realiter manducari sine illa Transubstantione, aut orali communicatione nequeat. Aduocatus.* [l] Infantes in Baptismo aliquo modo participant Corpus Christi nempe quantum ad REM significatam, & dici possunt carnem Christi manducare, & bibere sanguinem eius, VERA enim caro, & VERVS sanguis in hoc sacramento vnionis REALITER continetur. Hæc est vera sententia Augustini, quam eandem habet Innocentius in Epistolâ ad Concilium Mileuitanum. *Augustinus, & Pontifex Romanus (teste Iesuita) dicunt* verè *carnem Christi (vbi spiritualiter tantum) realiter contineri, & verè manducari. Hoc propugnaculum defensionis suæ Protestantes dum tenent, Argumenta vestra omnia, seu plumbeos pugiones facile contemnant. Nunc postremo loco, qui de præsentia Christi reali alijs hæresin falsò affingitis, veram vestram agnoscite. Aduersarius.* [k] Fides nostræ Ecclesiæ docet in Sacramento Eucharistiæ vi diuinorum verborum transmutari naturam panis, & vini, vt conuertantur in corpus, & sanguinem Christi. *Dogma (ne gloriemini vestram doctrinam antiquiorem esse) nouissimum ne de veritate, Hæresem erassissimarum plenissimum. Primum. Aduocatus.* [n] In Synaxi transubstantionem SERO admodum definiuit Ecclesia. [o] Ante concilium Lateranense hoc DOGMA non fuit. *Hæresis hæc cum nihil non absurdi, tum multas in se hæreses insolutas continet Christi naturam humanam destruentes, quarum examen accuratius loco suo proprio destinauimus. Hic*

[l] *Tolletus Iesuita Comm. in Ioh. 6. Annot. 38.*

Caro Christi Realiter manducatur vbi non oraliter, aut corporaliter sumitur.

[k] *Costerus Iesuita Enchirid. tract. de Eucharist. Transubstantio dogma nouum.*

[n] *Eras. annot. in 1. Cor. 7.*

[o] *Scotus vt refert. Bellar. lib. 3 de Eucharist. cap. 23. de hoc infrà.*

institutis nostri ratio exigit tantum duas attingere, Transubstantiationem panis, & corporis Christi manducationem carnalem. Primum. Advocatus. [p] Substantia panis manet, hoc dogma est minoribus incommodis obnoxium; & rationi, & sacris Scripturis minus repugnans. *Hic vir Sobel ipsicus fuit, vos fortassis testem aliquem grandioris ætatis, & nobilioris notæ expectatis. En igitur eundem Theodoretum, quem in hac tua Calumnia contra Caluinum, sed mundiùs, produxeras: Cum dixit,* vt docet Theodoretus in Dialogo. *Quid ille?* [q] Theodoretus in Dialogo: Panis, inquit, in Eucharistia manet panis idem quoad Substantiam. *Respondeo, sed quam possis verecunde.* [r] Theodoretus de alijs erroribus notatus erat. *In alijs errabat, ergone in hoc? arguitè. qui tamen si error fuit, Pontifex vester errori patrocinatus est.* [s] In Eucharistia non desinit substantia, seu natura panis & vini, inquit Gelasius. *Hoc testimonium ita vos planè constrictos tenet, vt necesse habeatis bonı Papæ authoritatem perfringere, vt malæ causæ succuratis. Quomodo.* [t] Tanquam Doctor aliquis, non tanquam Pontifex hoc definiuit Gelasius. *Solenne hoc vestrum est, sed putidum, & futile commentum, siquidem antiquam vestram canitis Cantilenam.* [u] Ioh. 11. Hoc dixit Caiphas cum esset Pontifex illius anni: ergo illa dicens non potuit errare. *Igitur Pontifex non potest non loqui vt Pontifex, sed huius quoq; figmenti vestri refutatio non est huius instituti. Alteram hæresin aggrediar. Advocatus.* [x] Capernaitas (cum sic dixerunt, durus est Sermo) tam crassos, & hebetes fuisse non est existimandum, vt carnes Christi bestiali more scindendas esse, elixas, assatas cogitarent, sed in modo hærent, quem spiritualem Christus indicat. *Sed demus tamen illos tam crassos, & hebetes fuisse; quid vos tandem?* [y] Apertissime loquimur, Corpus Christi vere a nobis contrectari, manducari, circum-gestari, carni nostræ misceri, dentibus teri, sensibiliter sacrificari. *Hoc est reuera aperté loqui, & sine ambagibus: quid igitur inter antiquissimos illos Hæreticos, & vos interest, non video, nisi quod illi Carnem Christi in specie propria manducandum, vos sub specie panis terendam,*

[p] *Occa. in Centiloq. Theol. Concil. li. 4. q 6.*

[q] *Greg. Valent. Iesuit. lib. de transubstant. cap. 8. pag. 190. §. Quod si autores.*

[r] *Idem ibid.*

[s] *Idem lib. 2. de Idololatria c. 5. §. Profert quoque.*

[t] *Idem ibid.*

[u] *Colleg. Anglo-Rhemens. annot. in Ioh. 11.*

[x] *Ino Episcop. Carmelensis an. Dom. 1092.*

[y] *Alanus lib. 3. Fucha. cap. 37.*

rerehdam, aut ſaltem degluriendam putetis, Inter eum qui hominem nudum, & qui ſacco obvolutum occidit, quid intereſt? nimirum ille craſſius, hic ſubtilius ſcelus ſuum exequitur. De Tranſubſt. * *infra plenius plura.* * *Infrà.*

Caput. XLIX.

Concluſio ex ſuperioribus Hæreſibus.

Aduerſarius. [a] Has viginti hæreſes, in Eccleſia antiquâ damnatas, cum Proteſtantes pro articulis fidei habeant, nos verò damnamus, ſequitur noſtram doctrinam cum doctrinâ veteris Eccleſiæ conſpirare. *Quid (malum!) hac mentiendi libido ſibi vult.* viginti? *nec omnino plures? laudo tuam modeſtiam: an igitur viginti? Conſcientiam deploro: in hæreſibus viginti obijciendis cum aliorum nomina, tum maximè animam tuam triginta ferè mendacijs inſignibus onerâſti, quod profectò ego non magis verè, quàm dolenter affirmo aſſeroque. Synopſin hanc inſpice, in qua (omiſſis alijs viris Pontificijs aduocatis diſertiſſimis,) ſoli Ieſuitæ vt Accuſatores, & Aduocati introducuntur.* [a] *Bell lib de notis Eccleſ. cap. 9.*

Calumniarum Synopſis.

Prima Obiectio. [a] Quod Simoniani, qui docuerunt hominem ſaluari tantum per gratiam Simonis Magi: hoc idem Proteſtantes. *Solutio.* Simoniani voluerunt tantum per gratiam Simonis Magi homines ſaluari, Proteſtantes verò tantùm per gratiam Ieſu Chriſti. *Secunda,* [b] Cum Eunomio dicunt nemini nocere impœnitentiam, aut perſeuerantiam in peccatis. *Sol.* Proteſtantes requirunt pœnitentiam vt Quis iuſtificetur. *Tertia,* [c] Cum Florino faciunt Deum autorem peccati. *Sol.* In hoc Quoad formale peccati non eſt controuerſia inter nos & Proteſtantes. 4. [d] Cum Origene, Adamum Dei imaginem perdidiſſe. *Sol.* Eodem modo Sancti Patres loqui ſolent. 5. Cum Proclo dicunt [a] *Suprà cap. 24. lit. b. e.* [b] *Ca. 24. lit. b. b.* [c] *Ca. 21. lit. a. 3* [d] *Ca. 26. lit. a. d.* [e] *Cap. 26. lit. b.* & *deinceps.*

dicunt peccatum in Renatis viuere, quod eſt, regnare. *Sol.* Peccata in Renatis regnare Proteſtantes negant. 6. [f] Cum Maſsilianis Baptiſmum nihil prodeſſe. *Sol.* Docent Baptiſma vtile eſſe quo peccata remittantur 7. [g] Cum Nouatianis tollunt pœnitentiam poſt Baptiſmum. *Sol.* Negant Nouatiani quenquam remiſsionem conſequi, ſi fortè poſt Baptiſmum peccauerit. Proteſtantes verò poſt Baptiſma in peccatoribus ad iuſtificationem requirunt pœnitentiam. 8. [h] Cum Manichæis auferunt liberum arbitrium. *Sol. in natura integra.* Proteſtantes non negant Adamum libero arbitrio præditum fuiſſe. *in natura corrupta.* Non, vt Manichæi, negant libertatem tam ad bonum quam ad malum, ſed tantum ad bonum. 9. [i] Cum Manichæis Patriarcharum lapſus notant. *Sol.* In Patriarchis Sancti Patres crimina multa notarunt, quæ in ſacris literis produntur. 10. [k] Cum Donatiſtis volunt Eccleſiam conſtare ex Electis tantum. *Sol.* Donatiſtæ de viſibili Eccleſia loquuntur, Proteſtantes verò de inuiſibili. 11. [l] Cum Arianis Chriſtum eſſe Patre minorem quoad Deitatem. *Sol.* Docent Sancti Patres Patrem eſſe maiorem filio; intelligentes maiorem, non quoad ſubſtantiam naturæ, ſed quoad ordinem originis. 12. [m] Cum Iouiniano non poſſe hominem peccare poſt Baptiſmum. *Sol.* Requirunt in peccantibus poſt Baptiſmum pœnitentiam, vt iuſtificentur. 13. [n] Cum Iouiniano nihil prodeſſe Ieiunium ad ſalutem. *Sol.* Dicunt vtile eſſe Ieiunium ad pietatem. [o] Cum Nicolaitis in ieiunio cibum nullum interdici patientur. *Sol.* Exiſtimant à cibis lautioribus eſſe abſtinendum. 15. [p] Cum Iouiniano reprehendunt Hieronymum, quaſi in matrimonium contumelioſus fuiſſet. *Sol.* Et ſane fuit Hieronymus matrimonio paulo inquior. 16. [q] Cum Iouiniano dicunt B. Virginem in partu vuluam adaperuiſſe, ex quo ſequitur eam Virginitatem perdidiſſe. *Sol.* Hoc inde non ſequetur. 17. [r] Volunt cum Iouiniano æqualem eſſe omnium Iuſtitiam. *Sol.* Intelligunt iuſtitiam imputatiuam, quæ conſiſtit in remiſsione peccatorum, quæ eſt totalis in omnibus.

[f] *Cap.26. lit.e. d.f.*
[g] *Ca.29. lit.a.b.*
[h] *Ca.30. lit.a d.*
[i] *Ca.3. lit.q.x.*
[k] *Ca.31. lit.a.b.*
[l] *Ca.32. lit.a.g.*
[m] *Ca 34. lit.a.i*
[n] *Cap.35. lit.b.*
[o] *Ca.35. lit.d.e.*
[p] *Cap.35. in 2. Calumn. lit. e. i.*
[q] *Ca.36. lit. a.g.*
[r] *Ca.36. lit.i.m.*

omnibus. 18. [l] Cum Vigilantio omnes Miniſtros vxoratos eſſe debere. *Sol.* Proteſtantes vero tantum liberum eſſe & licere. 19. [t] Cum Pelagianis negant in filijs Fidelium eſſe Originale peccatum. *Sol.* Vſque-adeo hoc non negant, vt plane contrarium teneant. 20. [u] Cum Pelagianis peccatum leuiſsimum ſuâ naturâ & ſine miſericordia Dei eſſe mortale. *Sol.* Quod Catholici aliqui graues & pij tenuerunt. 21. [x] Lutherus cum Neſtorio diuinitatem pati. *Sol.* Diuinitatem conceptam, natam, confixam eſſe Patres aliqui dixerunt. 22. [y] Cum Iouiniano peccata eſſe paria aiunt. *Sol.* Non hoc dicunt quod ſciam. [y] 23. Cum Neſtorianis [z] Beza ſenſit. *Sol.* Beza in Chriſto vnionem hypoſtaticam ponit diuinitatis & humanitatis. Neſtorius vnionem hanc negat. 24. [a] Cum Xenia Caluinus Imagines prohibet. *Sol.* Non ſimpliciter Imaginum vſum prohibet, ſed abuſum. 25. [b] Cum quibuſdam negant carnem Chriſti præſentem eſſe in Euchariſtia. *Sol.* Non negant corpus Chriſti à fidelibus verè, & realiter, ſed corporaliter (*id eſt carnaliter*) ſumi. 26. [c] Cum Lampetianis vota nihil prodeſſe. *Sol.* Docent vota in rebus quibuſdam poſſe fieri ſi ad bonos fines fiant.

[l] *Ca. 39. lit. a. e.*

[t] *Ca. 41. lit. a f.*

[u] *Cap. 42.*

[x] *Cap. 43.*

[y] *Cap. 36.*

[z] *Cap. 43.*

[a] *Cap. 44.*

[b] *Cap. 48. lit. a. d. k.*

[c] *Cap. 47. lit. a. c.*

Caput. L.

Hactenus Criminationes à Bellarmino in vno capite Protestantibus iniustas, viginti hæreseon notatis, vel ipsorum Confessiones luculentæ diluerunt: nondum tamen Calumniarum omnium cloacam expurgauimus; nunc, quæ aliàs Protestantibus obyci solent paradoxa, hæreses, blasphemias aliàs aggrediemur.

Accusant Protestantes, quasi oppugnauerint.

- *Deitatẽ ipsam quoad*
  - *Omnipotentiam, cum* Atheis.
  - *Trinitatem in verbo ὁμοούσιος, cum* Arianis.
- *Christi naturam*
  - *Diuinam in*
    - *Nomine, filium αὐτόθεον.*
    - *Munere Mediationis, an*
    - *Mediator vt Deus cum* Eutychianis.
  - *Humanã quoad*
    - *Animam in quinque an*
      1. *Ignorauerit quicquam, cum* Ignoietis.
      2. *Desperauerit.*
      3. *Quicquam corrigendũ fecerit.*
      4. *Prose meruerit.*
      5. *Ad Inferos descenderit.*
    - *Corpus: Quod alius illud temerè Cadauer dixerit.*
- *Christianorum bona*
  - *Beatitudinem ipsam immediatam post mortem.*
  - *Remedia ad Beatitudinem necessaria*
    - *Confessionem cum* Audianis.
    - *Contritionem cum* Libertinis.

Calumnia

Calumnia prima.

Aduersarius. [a] Quidam Zuinglianorum, quales sunt Beza, & Petrus Martyr, negant omnipotentiam Dei: quod facta vt infecta sint facere nequeat. *Insulsa Iesuitæ ignorantia, quid enim Beza noster dixit quod non homines vniuersi, etiam Iesuitæ, naturæ lumine coguntur asserere? Primò Pererius, vbi ostendit Deum in remissione peccati actum præteritum non tollere, sed tegere. Aduocatus.* [b] Inordinatos peccati actus qui semel factus est, NON POTEST NON ESSE FACTVS. [c] Si de facto agamus, quod factum est non potest infectum esse. *An hæc Thesis Dei omnipotentiam negat? an non eam plane potius confirmat?* [d] Deus Omnipotens dicitur, non modò quia potuit facere quæcunque in mundo continentur; sed etiam quia nihil ei factu impossibile est, NISI quod vt FIAT CONTRADICTIONEM implicat: Contradictio autem est affirmatio & negatio eiusdem de eodem. *Exempli gratia:* [e] Fieri NEQVIT vt Spiritus existat indiuisibiliter more corporum, quia facere cõtradictoria non est efficere sed deficere. *Huc, si placet, accommoda:* Factum est, & factum non est. *Quid possit esse distinctius? facessat igitur impotens hæc tua de omnipotentia criminatio.*

[a] *Possiuinus Ies. lib. 3. de notis verbi diuini. cap. 8. pag. 140.*

[b] *Perer. Iesuita Com. in Rom. 4. num 11.*

[c] *Maldonatus Iesuita in Sum. quæst. 11. art. 7.*

[d] *Pererius Iesuita Comm. in Gen. 17. in princip. & 24.*

[e] *Bellar. lib. 1. de Eucharist. cap. 14* §. Sextus locus.

CAPVT LI.

Calumnia secunda in qua { *Lutherus, Bullingerus, Erasmus Arianismi accusantur.*

Aduersarius. [a] Lutherus, odit, inquit, anima mea hoc vocobulum ὁμοίσιον. &c. portentum. [b] Quid, quæso, aliud diceret Arrius, si ab inferis nunc existeret? [c] Lutheri Atheismus. *Mentimini egregie. Reus.* * QVOD SI odit anima mea nomen homousios, & nolim eo vti, non ero Hæreticus, quis enim cogit me VOCABVLO vti, modo

[a] *Campianus Iesuita Rat. 8.*

[b] *Bell. præfat. in Controuer. de Christo* § Sed mittamus. *&c.*

[c] *Possiuinus Iesuita lib. 3. de notis verbi Dei. pag. 68.*

* *Lutherus ipse in loco, à Campiano citato contra Iacobum Latonum.*

Iesuitæ propositioni hypotheticæ sensum Categoricum inuidiosè affingunt.
[a] *Caietanus etiam.*
[*] *Gal. 1. 8.*

REM TENEAM, quæ in Concilio per Scripturas definita est? Et si Arriani malè senserint de fide. *Bene.* Quod si, inquit, nolim &c. *Hoccine hæreticum? at non proinde porrimus, si forte aliquid supponimus. verbi gratia. Aduocatus.* [*] Gal. 11 vers. 8. Si vel Angelus de cœlo aliquid Euangelizauerit præter id &c. [a] Non quod facere Angeli hoc aut velint, aut possint, sed si vellent. &c. *Qui ita hypotheticas enunciationes cum Categoricis confundit, dignus is est Categoria, vt inquit ille. Lutherus rem amplectitur, de vocabulo quærit, non quod eo vti nollet, sed quod eo vti, Nemo necessario tenetur. de quo paulo post. tu interim in speculo teipsum contemplare tuo. Aduocatus.*

[c] *Bellar. lib. 3. de Euchar. cap. 23. in princ.*
[f] *Campianus Iesuita Rat 9.*

[c] Scultum est cum de SENSV constet, de verbo litigare. *Vel sic.* [f] Logomachia est, cum de SENSV constat, de verbo litigare, quid? Trinitas personarum in Biblijs non fuit, quia vocabula ista non sunt? *neq; enim qui decem minas debet perinde obstringitur, nomen Summæ, quam numerum ipsum persoluere. tu vero.* Quid aliud *(inquis non pie)* impius dixisset Arrius? *Si vel tu omne quod Lutherus dixit, vel Arrius nihil: amplius certè quidem nec tu in Maledici, nec ille in Hæretici reprehensionem iustam incurrisset. Sic enim Lutherus.* Modo rem teneam à Concilio per Scripturas definitam. *Quanquam velit nolit Lutherus, erit Hæreticus Arrianus: vt Aduersarius.*

[g] *Bell. in præfat. Controuer. de Christo.*
Crimen nouum & ante hunc diem inauditum Bellar. intulit, Nomen Trinitatis.

[g] Luthero etiam displicet nomen Trinitatis, & ex Germanorum precibus, illam precandi formam submouit: sancta Trinitas, vnus Deus, miserere nostri. *Hoc si tu amens obiicis, miserandus, si sciens execrandus es: tu, si veritas tibi cordi est, linguam Germanicam consule, vox in ea lingua accepta ad exprimendam trinitatem, potius triplicitatem sonat. hanc ipsam formam (vt doctissimus Iunius obseruat) Lutherus doctrina de Trinitate purioris amans vsq; adeo iam probauit (inquit)* vt periculosum esse diceret hoc vocabulum vsurpare in hoc mysterio enunciando. *Quod ego tanto facilius credo, quanto certius testari possim me vidisse in Germania Lutheri volumen integrum vernacula Germanica* de Trinitate *inscriptum. hic si nullus alius nobis occurreret Aduocatus, locus ipse tibi*

tibi ſatisfacere deberet. Enimuerò primum. [h] Lutherus cum fama accepiſſet indictum eſſe Concilium Tridentinum, &c. *quid tum poſtea?* Lutherani Conciliũ Wittenbergenſe trecentum Paſtorum conuocant præſide Luthero. *eſto. in hoc Lutheranorum adeoq; Lutheri confeſſionem expecto, vt intelligam, quam ingratum Trinitatis vocabulum, Luthero fuerit. Aduocatus.* [k] Sic ad verbum habet Wittenbergenſis confeſsio Tridentino Concilio, (vt ipſi iactitant) oblata: credimus, inquit, tres eſſe perſonas, ſicut docet Prophetica, & Apoſtolica Scriptura: & EXPLICANT TRIA SYMBOLA: Apoſtolicum, Nicenum, ATHANASIANVM. &c. *Qui Athanaſianum Symbolum amplectitur, is vt a vocabulo Trinitatis abhorreat?* [l] Symbolum Athanaſij ſic: fides Catholica hæc eſt, vt vnum Deum in Trinitate, & Trinitatem in vnitate veneremur. *Progrederis, & Bullingerum perſequeris. Aduerſarius.* [m] Henricum Bullingerum non puduit ſcribere, tres in Diuinitate perſonas eſſe, non ſtatu, ſed gradu, non ſubſiſtentia, ſed forma, non poteſtate, ſed ſpecie differentes; quod vix Arriani dicere auſi eſſent. [n] Quibus verbis Bullingerus Sanctæ Trinitatis myſterium euertit. *Sic Bullingerus. qui in hoc, quod Cyprianus olim de Tertulliano dicere potuit,* Date mihi magiſtrum. *nam Aduocatus.* [o] Sic ſcribit Tertullianus in libro aduerſus Praxeam. Tres autem ſunt, non ſtatu ſed gradu, nec ſubſiſtentia ſed forma, nec poteſtate, ſed ſpecie: vnius Subſiſtentiæ, vnius ſtatus, vnius poteſtatis; quia vnus Deus. *Sed quid refert (inquit Seneca)* faciaſne, an probes ſcelus; *eiuſdem igitur perfidiæ erit excogitare hæreſin, & approbare. quæſtio nunc eſt, primò, vtrum Tertullianus Arriana aliquâ peſte laborauerit. Secundo, an hic liber, aduerſus Praxeam, illi hæreſi faueat. Tertiò, an hæc ſententia Orthodoxum ſenſum poſſit admittere. Primum. Aduocatus.* [p] Obijciunt nobis noui Arriani librum; qui inſcribitur Tertulliani de Trinitate. reſpondeo: hunc librum non eſſe Tertulliani, ſed potius Nouatiani Hæretici, vt ſcribit Hieronymus. *Optime non igitur reſpondes, Tertullianum in articulo Trinitatis, ſed librum illum,*

[h] *Bellar. præfat. in controuer. de Concil. §. Igitur.*

[i] *Bell. lib. de Concil. cap. 6. in fine.*

[k] *Lindanus Panopl. lib. 2. ca. 6.*

[l] *Poſſeuinus Ieſuita lib. 3. de verbo Dei pag. 140. Lutherus abſoluitur.*

[m] *Bellar. præfat. in Controuer. de Chriſto §. Henricum. Bullingeri hæreſis ſcilicet.*

[n] *Greg. Valent. Ieſ. lib. de Vnit. & Trinit. ca. 9.*

[o] *Autor Epiſt. ad Lectorem in libros Tertull.*

[p] *Bell. lib. 1. de Chriſto cap. 6. §. Ad locum.*

non

non Tertulliani, de Trinitate fuisse Hæreticum. ad secundum. [q] Tertullianus in libro aduersus Praxeam, vnitas, inquit, a seipsa dirinans Trinitatem, non destruitur ab illa, sed administratur, vbique teneo vnam Substantiam in tribus cohærentibus, Tres vnum sunt, non vnus. *Ergo Tertullianus in hoc libro nihil minus quam Arianus fuit. nunc tertio loco, locus ipse pensitandus erit, tu interim accusationem tuam repete. Aduersarius.* [r] Non puduit Bullingerum sic scribere: Tres sunt in Diuinitate personæ, non statu sed gradu. &c. quod vix Arriani dicerent; quibus verbis mysterium Trinitatis euertit. *Nihil dixit aliud, quam quod Scholastici vestri solent: nec aliud sensit, quam quomodo Catholici omnes debent. Aduocatus.* [s] Cum sic scribit Tertullianus: Tres sunt, non statu sed gradu &c. Statum vocat quod Scholastici substantiam; ille gradum, quod hi notionem; ille formam, quod hi proprietates; ille speciem, quod hi habendi modum, & signa. *Bullingeri locus agnoscit* Tres personas, non statu, & Subsistentia, non potestate distinctas; sed tamen notione, proprietatibus, modo, differentes, *Et tamen Quid aliud (inquitis)* Arriani? *Aduocatus* ἀνόνυμος *est, fateor, sed quantum ego auguror fuit Erasmus: vereor igitur ne vt nomine, ita fide careat: aut ne, si nomen illi desit, suspectæ: si Erasmi nomen accedat, nullius sit apud vos fidei. Iesuita Aduocatus est consulendus:* [t] Cum dixit Tertullianus in libro aduersus Praxeam, filium distingui a Patre, non statu, sed gradu, &c. per gradum intelligit ordinem Personarum. *Hic rursus symphoniam vestram audiamus.* Nihil puduit Bullingerum scribere. *Bellarminus.* Quod tamen scripsit Tertullianus. *Bellarminus.* Quid aliud Arriani? Trinitatis mysterium euertit. *Valentianus & Bellarminus.* & alijs verbis diserte asserit Trinitatem. *Bellarminus. Tu ne pudorem in Bullingero desideras, etiam in causa fidei, qui iam toties fidem tuam prodidisti? sed pergis, & in Erasmum mucheris. Aduersarius.* [u] En egregium patronum Arrianorum Erasmum, qui Arrianos ab hæresi vindicat, & eos Catholicis doctrina, & Eloquentia superiores facit. *Te ipse Erasmus,*

[q] *Bell. ibid. cap.* 10. §. Tertullianus.

[r] *Bellar. & Valent. suprà.*

[s] *Autor Epist. ante opera* Tertulliani.

[t] *Bell. li. 1. de Christo cap.* 10. §. Secundo obijciunt. *Malitia quid non? hanc sententiã Tertulliani Iesuita in Bullingero narratore damnat, & execratur: In Tertulliano autore benignè interpretatur. Erasmus.*

[u] *Bell. præfat. in Cõtrouer. de Christo* §. Incipiamus. *& Greg. Valen. Ies. ibi de Vnit. & Trinit. ca.* 9.

Erasmus rationem tuam tu ipse refatabis. Primum. Reus. Ioh. 1. Et Deus erat verbum. Illud idem verbum quod erat apud Deum, erat Deus; hoc est, particeps diuinæ essentiæ, seu, vt melius Græce dicam, ὁμοούσιος τῷ πατρὶ: & per filium intelligimus facta esse omnia, non tanquam per instrumentum, vt Arriani somniabant, sed ita Pater condidit omnia per filium, vt Filius nihilo secius cum Patre condiderit omnia. *Vtinam ita omnes Arrianis patrocinarentur. sed ad rationem tuam. Aduocatus.* [x] Cum olim Arriani peterent à Catholicis, vt saltem vnam vocem omitterent ὁμοούσιον, vel vnam literam immutarent ὁμοούσιον, & si hoc fieret pacem pollicerentur. Cum simplicitores Catholici ab Arianis decepti nomen ὁμοούσιος tollendum esse decreuissent, Mox Arriani toto orbe Terrarum prædicarunt se vicisse; nomen ὁμοούσιος sustulerunt, ὁμοιούσιος vero substituerunt, & postea hoc in ἑτεροούσιον transformarunt, vt refert Theodoretus. lib. 2. Hist. cap. 21. *Erasmus non veritatis, sed potioris literaturæ palmam Hæreticis concessit: si vere, in illum nequiter dimicas. sin falsò, teipsum condemnas.*

Erasmus annot. in Ioh. 1. Erasmus Arianus disertè damnans, Arianismum damnatur.

[x] *Bellar. lib. 3. de Laicis cap. 9.*

CAPVT. LII.

Calumnia tertia. { *Caluinum* & *Bezam perstringit.* } *An filius Deus ex seipso.*

Aduersarius. [a] Caluinus docet filium Dei esse αὐτόθεον Deum a seipso: & Beza, est Deus, inquit, ex sese, nec genitus est ex Patris essentia. Hoc portentū est a nobis expugnandum. [b] Hanc Caluini blasphemiam facilè possitis reiellere. [c] NOVA hæc AVTOTHEANORVM hæresis est, & Caluini Atheismus. [d] Quam nefariam hæresin Feuardentius doctè refutauit. Hanc hæresin Genebrardus, Lindanus, & Canisius noster tribuunt Caluino, & Bezæ. *Ecquem vero hic Caluinus ex viris Pontificijs Aduocatum sibi expetere, aut expectare poterit? adest saltem vnus, & is quidem*

[a] *Campianus Inst. Rat. 8. §. Mox ad.*
[b] *Collegium Anglo-Rhem. annot. in Ioh. 1. vers. 1.*
[c] *Possevinus Ins. lib. 3. de notis verbi Dei. c. 74.*
[d] *Stapl. prompt. Fer. 3. post Dom. pass.*

dem minimè contemnendus. Aduocatus. [e] Asserunt quidem Caluinus & Beza durè dictum esse in Symbolo, Deum de Deo: sed quanquam hoc ita se habeat, tamen dum rem ipsam excutio, NON facilè audio pronunciare illos IN ERRORE fuisse; siquidē docent filium esse ex se respectu essentiæ, non respectu personæ, & videntur velle dicere ESSENTIAM NON ESSE GENITAN & ex hoc Caluini Sectator, Simlerus, confutare voluit hæreticum Valentianum Gentilem: Simlerus defendit αὐτοσίαν, & si explicat Caluini sententiam: Non negamus, inquit, filium habere essentiam à Patre, sed ESSENTIAM GENITAM negamus: quæ sententia, non video cur catholica dicenda non sit. *Quid igitur commisit Caluinus tandem tanta Aduersariorum suorum vociferatione dignum? Aduersarius.* [f] Caluini dicendi modus, qui dicit filium habere in se essentiam, repudiandus est. *Esto: an itaq; loquendi modus parum vsitatus, vt tot Iesuitas in tantam rabiem concitaret, vt mentiendi, nec modum, nec modestiam tenerent vllam? Aduocatus.* [g] Regula iuris est ne fiat vis in verbis. *Quanquam vel modus præsertim loquendi in refutatione hæresis Gentilis videtur quodammodo necessarius fuisse: is enim negabat Filium esse Deum, quia erat genitus a Patre, Caluinus Filium αὐτόσιον a se genitum esse defendit, sed (te recte & candide fatente) intelligit.* [h] Quoad essentiam, non quoad personam: *Vt Orthodoxè Ribera vester* [i] Essentia non gignit essentiam, sed Pater generat filium, ideo filius est Character Patris, NON AVTEM ESSENTIAE EIVS. *Nec non alius.* [k] Filius, vt est persona, est EX ALIO: vt simplicissimū ens NON est EX alio: *Nunc Symphoniam vestram animaduertamus: Primo, quoad modum loquendi,* Filius Deus est ex seipso. *inquit Caluinus.* Modus loquendi reprehendendus. *Sic Bellarminus.* Filius simplicissimum ens est ex seipso. *Valentianus. Secundò quoad rem,* Caluini sententia est portentum. *Campianus.* Est hæresis. *Canisius.* Est blasphemia. *Rhemenses.* Atheismus. *Possiuinus, omnes Iesuitæ, & sic ferè Iesuitæ omnes aduersus Caluinum.* Est tamen Caluini sententia Catholica.

[e] *Bell. ibid.* §. Sed quanquá. *Bellarminus Caluinum contra cohortem Iesuitarum aduersantium defendit. Deus de Deo.*

[f] *Ibid. Modus loquendi asseritur.*

[g] *Pineda Ies. com. in Iob. 2.*

[h] *Suprà.*

[i] *Ribera Iesuit. Com. in Heb. 1.*

[k] *Valent. Iesuita li. 1. de Trin. ca. 22. & lib. 2. cap. 17.*

Catholica. *Bellarminus vnus Iesuita sed instar omnium, eamq; orthodoxam esse alij Iesuitæ comprobant.*

Caput. LIII.

Calumnia Quarta, aduersus Protestantes coniunctim de natura Mediatrice.

Aduersarius. [a] Christum exercere munus Mediatoris secundum vtramque naturam Caluinus aperte docet, idem Melanchthon, & communiter alij Protestantes, vt habet liber Concordiæ. qui error apertè inducit partim Arrianismum, partim Eutychianismum. *Mira aecusatio.* *Aduocatus.* [b] Mirati sumus aliquos tueri Christum Iesum secundum Hvmanam naturam Tantvm esse, dicique Mediatorem; & secus sentientes aperte Arrianismi, & id genus hæreseon insimulare. *Causa hæc cum magni sit momenti, nec aliàs à me attingenda, iam hoc in loco, pro virili, exactè tractanda occurrit.* *Aduersarius.* [c] Probandum est solum secundum naturam humanam Christum fuisse Mediatorem, si sermo fiat de principio formali non de ipso suppositio. Primo, ex Scripturis. 1 * Tim. 2. Vnus Deus, vnus est Mediator Dei ac hominum, Homo Christus Iesus. Cur, quæso, addidit Homo, nisi ad exprimendam naturam, secundum quam Christus est Mediator? *Cur quæris? attende.* *Aduocatus.* [d] Sic quidem vrgent sed quæro ego vicissim, cur Patres, hunc locum enarrantes, ex eodem loco & vocabulo, Christum esse Deum eliciunt, & vrgent? Si Apostolus hic Christum Mediatorem Esse tantum, quatenus hominem intellexerit; atque vocabulum Tantvm, quod introducit, Apostolus non appposuit: quod qui addunt, timeant plagas huic malo denunciatas. Apoc. 22. Nec modo non appposuit, verumetiam contrarium adiecit. Christus Iesus, inquit, quorum illud, nomen est, non meri hominis, sed a Deo vncti, & in vnionem personæ assumpti. Heb. 1. Act. 4. Psal. 44.

[a] *Bellar. li. 5. de Christo cap. 3. in principio* §. Testatur.

[b] *Episcopus Espensæus Com. in 1. Tim. 2. in Tract. de Christo Mediatore cap. 2. & 5.*

[c] *Bellar. quo supra* §. Probandum.

* *1. Tim. 2.*

Obiectio.

[d] *Episcopus Espensæus quo supra.*

Solutio.

Posterius etiam nomen est Dei hominis, vt Angelus docet: Math. 1. *Aduersarius.* [e] Obijcit Caluinus locum * Ioh. 10. Ego pono animam meam. | Hoc inquit, Mediator dicit, Ego; nec tamen hoc vt homo dicit, sed vt Deus. Respondeo. Ponere animam, nihil aliud est quam mori; vt sumere animã, nihil aliud est quam Resurgere. Vtrumq; non Dei, sed hominis, quamuis potestas vtrumq; pro libitu faciendi sit à Deo, vt Patres exponunt: videat ergo Caluinus quos authores sequatur. *Nec quos Autores modò, verum etiam Comites habuerit, tu quæso videas. Aduocatus.* [f] Alij Patres per animum intelligunt tantum alteram partem hominis, quæ Anima dicitur, non autem vitam corporalẽ. Alij vero pro tota vita humana poni malunt, quam Christus & tanquam homo, & TANQVAM DEVS posuerit. Mihi non videtur magnopere interesse, hoc vel illud dicas. *Si de anima, vt est pars hominis, expositio Caluini sit, magis cum textu videatur congruere, quia* [g] Docet Christus se non, vt cæteros homines, mori, quorum in potestate non est animam in corpore detinere, aut expulsam in corpus reducere: at Christus non sic, nam in Christo DIVINA PERSONA vnitam humanitatem sibi habuit; sed animam & corpus, &, quando voluit, coniunxit; &, vt qui tenet altera manu ensem, altera vaginam, & ensem è vagina exerit, sic animam à corpore separauit. *Vides ergo*, Ego, *cuius erat ponere & resumere, diuinæ naturæ ascribi maximè: humanæ autem, resumi, & poni, id est, mori, atq; resuscitari. ad Patres festinamus. Aduersarius.* [h] Refellitur Protestantium error ex Patribus Cyrillo, Chrysostomo, & Augustino. *Refutator scz. Aduocatus.* [i] Habemus ex Græcis & Latinis magno consensu de vtriusque naturæ, ad Mediatoris nomen, concursu necessario velut grauissimum, & vnamine Senatusconsultum inter quos sic * Chrysostomus: vt qui se interponens, vt litem discordiamque dissoluat, hunc quidem dextra, illum sinistra tenens, vtrosque in amicitiam reducit. sic Christus inter nos & Deum se medium ingessit. VTRAMQVE NATVRAM sociauit, vnione naturarum DIVINITATIS,

* *Bell. quo suprà cap. 6. in prin.*
* *Ioh. 10. 18.*
Ratio Caluini impugnatur.
[f] *Maldonatus Ies. Comm.* In hunc locum. *Confirmatur.*
[g] *Tolletus Ies. Com. in Ioh. 10.*
[h] *Bell. quo suprà cap. 4.*
[i] *Patrum testimonijs Bellarminus abutitur.*
[k] *Espensæus quo supra.*
* *Chrysost. vt citatur à Vigilio li. 5. contra Eutychetem.*

VINITATIS, & HVMANITATIS, meritò Medius & Interceſſor dictus, vt inquit * Theodoretus, & Leo huius nominis primus idemque magnus Pontifex: Qua ratione inquit, Mediatoris veritatem impleret, niſi in forma Dei æqualis Patri, in forma Serui particeps eſſet, & noſtri. Ex * Cyrillo: nec propter carnis diſpenſationem Mediator vocatur, vt alij Græci Patres de ratione Mediationis vtramque naturam eſſe ſentiunt: idque ex * Bernardo videre eſt, de ratione Mediationis ſalutificæ, eſſe vtramque Chriſti naturam; quia oportebat Mediatorem, non modo ſatis-pati, verum-etiã ſatisfacere, quod PVRVS HOMO NEQVIT: et actio Chriſti dicitur θεανδρικὴ, dei virilis, ſeu (vt ita dicã) humani-diuina, vt deducit eximius Theologus * Damaſcenus de orthodoxa fide. *Habemus Patronos celeberrimos Chryſoſtomum, Theodoretum, Bernardum, Damaſcenum, etiam ſummum Pontificem, reſtat vt Auguſtini calculum exquiramus. Aduerſarius.* [1] Noſtram ſententiam Auguſtinus in ſuis decem tomis apertè confirmat. *Aduocatus.* [k] Quod ſi Auguſtinus videtur negare Chriſtum Mediatorem eſſe quoad diuinam naturã, conciliandus ſibi erat, non nobis obiectandus, nimirum quia negat Chriſtum mediatorem fuiſſe, niſi vel vt hominem iam factum, vel olim promiſſum agnoſcimus, quia eadem erat veterum fides de Chriſto venturo, & noſtra in venturum. Idem Auguſtinus negat Chriſtum Mediatorẽ eſſe vt Deum, hoc quoque cognoſcimus, ſed intelligit, vt Deum purum, nullo reſpectu habito ad hominem factum, vel faciendum, ſed in ſua immortali & impatibili natura conſideratum. hæc expoſitio violenta non eſt, ſed ex mente * Auguſtini, vt patet, Mediatorem, inquit, habere oportet & humanitatem tranſeuntem, & beatitatem permanentem. *Aduerſarius.* [l] Refellitur idem error rationibus, prima eſt: Mediator debet eſſe Medius, id eſt, diſtans ab vtraque parte diſſentiente aliquo modo: ſic Chriſtus, vt homo diſtat a Deo, vt Iuſtus ab hominibus: & contra, vt homo, conuenit cum cæteris hominibus; vt Iuſtus, diſtat ab hominibus: At Chriſtus vt

* *Theodoretus in dialog. de Incar.*

* *Epiſt. 86.*

* *Bernard. ſerm. de Circumciſione.*

* *Lib. 3. de orthodoxa fide. cap. 19.*

[1] *Bellar. quo ſuprà.*

[k] *Epiſc. Eſſenſaus quo ſuprà*

* *Lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 15.*

[l] *Bell. quo ſuprà cap. 5. Fucus primus.*

Deus, non distat à Deo vllo modo, ergo vt est homo iustus, est Mediator inter Deum iustum, & homines peccatores. *Tu Christum medium fingis tanquam* Homo et Iustus: *Nos dicimus mediũ tanquam* Deus, & homo, θεάνθρωπος; *nec Christianus quisquam (pace tua dixerim) de Mediatore inter Deum, & hominem, aliud vnquam somniauit. Aduocat.*

[m] Medium vtroque extremo participare debet, ecce extrema DEVS ET HOMO, omnino extrema ista, sicut cælum & terra; ecce MEDIVM participans ista extrema Christus dominus, qui DEVS ET HOMO EST. [n] Quærendus est medius, (inquit Augustinus) qui non modo DEVS est, verum etiam HOMO: Christus est (*inquit* * Cyrillus) & perfectè VTRAMQVE in seipso NATVRAM CONTINENS. naturâ DEVS Patri, hominibus vt HOMO coniunctus. atque hoc est PROPRIVM nostri Mediatoris (vt inquit * Chrysostomus) vt sit VTRIVSQVE naturæ particeps, diuinæ & humanæ: nam verus homo remanens Mediator esse nequibat, cum Mediatorem oportet, cum Deo colloqui, quod Christus Mediator est: indè liquet (inquit Theophylactus) quod DEVS est, quia Mediator duorum quorundam distantium medium est. [o] Vt * Iob 7. Non est qui valeat manum ponere in ambobus.] * Tertullianus, His verbis Iob, inquit, Mediatorem desiderat inter se, & Deum; & prophetare videtur de Christo Mediatore, & sanè hic Mediator manum ponit in AMBOBVS: nam hic quidem dextra Patris est, per quam Pater iurat, Seque magnificat, tum etiam nobis dextram dedit, cum nobis naturam humanam copulauit. Mediator verissimus non solum officio & munere, sed etiam substantiâ & naturâ. *Non itaque hæc manus* In ambobus *vt homo iustus, sed vt homo Deus. Aduers.* [p] Si Mediator esset coniunctim, secundum naturam diuinam, tum Mediator esset sui ipsius, vt Deus est, quod inuoluit apertam contradictionem. *Adest qui tibi necessariò contridicendum esse statuit. Aduocatus.* [q] Hic modus loquendi, qui negat Christum & sibi & toti trinitati pro nobis satisfecisse omnino

MIHI

[m] *Ozerius Ies. Tom. 4. Domini. 3. Aduentus in Iob. 1.*

Quare Christus Mediator dicitur.

[n] *Episc. Espensæus quo suprà.*

* *Lib 9. de Trinit. cap. 33.*

* *Chrysost. hom. 7.*

[o] *Pineda Ies. Com.* In hunc locum.

* *Iob. 7. 33.*

* *Liber Pacient. ad finem.*

[p] *Bellar. quo suprà* §. Secundo.

Fucus secundus.

[q] *Suarez Ies. in Thom. Tom. 1. qu. 1. art. 2. disp. 4. sect. 5.* §. Sed hic.

Mihi displicet; est apertè contra Scripturas. * 2. Cor. 5. Deus erat in Christo reconcilians mundum sibi.] Vbi sicut Deus dicitur esse in Christo ratione divinæ naturæ, *ita ratione* Eivsdem dicitur reconciliâsse mundum sibi. *Instas. Aduersarius.* [r] Posit quis per se ipsum reconciliare inimicum sibi, at non tamen ipsa pars erit Mediator sibi. *Arguta subtilitas. Symmista tuus discrimen nullum facit: nam paulo post, Aduocatus.* [s] Sic etiam Mediator vocatur Dei, Qvatenvs deus, vt late tractat Cyrillus. *Expressius verò Iesuita alius, sed Iesuita tamen, nec planè ignobilis. Aduocatus.* [t] Christus obijt munus Mediatoris apvd seipsvm, vt Deus, qui vna cum Patre, & Spiritu Sancto erat peccatori infensus, ac tantum abest, vt Christus, qua Deus & homo est, non potuerit esse Mediator noster apud Deum, vt contra potius sequatur, Nisi Devs et homo esset perfectus, esse Mediator non potuerit, vt pulchrè Patres omnes demonstrant. *Hac quoq; non successit, vtere aliâ, eâq; Achilleâ. Aduersarius.* [u] Ratio alia, sine suspitione Arianismi hoc, non potest, quia Mediator, qua Mediator est, cum debeat sacri-ficare, supplicare, & intercedere, necessario minor est Deo, cui sacrificat, supplicat, intercedit. qui orat minor est. *Praclarus tu quidem Disputator, qui armis Hæreticorum conaris causam Orthodoxam labefactare. nam Aduocatus.* [x] Sic obijciunt Ariani, non desunt qui respondeunt, non esse inæqualitatis argumentum. Rogare. quia Devs popvlvm suum rogat. Mich. 6. & Deus, ac Christus omnes nos rogat vt reconciliemur. 2. Cor. 5. Theodoretus exemplum introducit, vt si duo Reges eodem honore & potestate æquales sint, & alter precibus aliorum auditis, qui eos offendunt, petat à regni consorte, vt illis reconcilietur, idne de eius, qui petit, dignitate quicquam detrahit? nequaquam. multo minus hic, quæ enim placent Patri, placent filio. & vna est vtriusque voluntas. Secundo. *(si modum Rogationis spectemus)* [y] Respondendum est Ex Patribvs, id esse interpellare, non supplicantium

[r] *Bell. quo supra* §. At. *Fucus tertius.*

[s] *Suarez Iesuit. quo supra.*

[t] *Vid. ent. Iesuit. lib. 1 de Vnit. & Trin. cap 22.*

[u] *Bellar. quo supra cap. 5.* §. Quarta ratio. *& cap. 8. Fucus quartus.*

[x] *Episc. Espencæus quo supra.*

[y] *Idem. ibid.*

Seruorum more, ante pedes Patris volui, sed suum corpus, iam glorificatum, Patri quasi nostrum pignus ostendere. Vt * Gregorius ait: filium pro humanâ naturâ rogare est, eandem naturam in diuinitatis suæ celsitudine suscepisse interpellat igitur non voce, sed miseratione, quia quod damnari in Electis noluit, suscipiendò liberauit, vt Chrysostomus. Est charitatis oratio, non vocis. Tertio. Respondeo, præter hanc corporis sui perennem repræsentationem, & exhibitionem coram Patre, quæ est ad perpetuam intercessionem valida, alia est precationis ratio, qua cælestis Sanctuarij Sacerdos vtitur Heb. 6. &c. nimirum quod Sanctorum preces, & vota ad Deum defert. quia idem Christus NOBIS est OCVLVS, inquit * Ambrosius per quem videmus Patrem, vox quâ Patrem alloquimur, DEXTERA per quam Sacrificia Deo offerimus: idq; notat ex Ecclesiæ ritu * Primasius. nos quia puri homines sumus ad Patrem per filium accedimus, per eum preces ad Deum dirigimus, in hunc modum concludentes. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum: ita vt vel nominis eius inuocatio nos Patri gratos reddat. Postremò. Respondeo. Christus in sua persona orat, & offert pro nobis, vt homo tantum. sed non tantum de Mediatore sacrificante, & orante agimus, sed etiam EXORANTE, PERLITANTE, propitiante, qualis homo simplex non erat futurus, sed eius orationis EFFICACIAM ex deitate pendere magno cum consensu, cum PATRES, tum etiam SCOLASTICI EX SCRIPTVRIS docent. cuius postulatio (inquit * Ambrosius) contemni non potest, quia in dextra Dei est, hoc est in honore, quo Deus, idque demonstratur in locis Scripturæ, in quibus Sacerdotij eius describitur diuina virtus. Heb. 5. Sacerdos in æternum. & saluare in perpetuum accedentes, semper viuentem ad interpellandum pro nobis. 1 Cor. 10. Heri, hodie, in æternum. Heb. 8. secundum ordinem Melchisidechi, ἀπάτωρ ἀμήτωρ: sic Christus illud, vt homo hoc vt Deus. Hebr. 5. exauditus, & quidem cum esset filius Dei, vt Patres exponunt, Christus duplici

** Lib. de Isaac Patriarch. ca. 8. Eleganter Ambrosius*

** Super. Hebd. 6*

Responsio solida & cum causa coniunctissima: quam etiam Protestantes amplectuntur infrà lit. z.

** Ambros. Com. in Rom. 8.*

duplici respectu exauditus erat, & hominis assumpti merito & filij assumentis præstantia. & NON MINVS natura diuina cum humana, quam humana cum diuina, Meritò & Catholicè ab Augustino Mediatrix dicitur. *Quicquid tandem obijci possit vno Protestantium responso facile infringitur. Aduersarius.* [a] Distinguunt Protestantes opera Mediatoris, & quædam esse volunt humanitatis, quoad rem, quædam diuinitatis, QVOAD EFFICACIAM, vt pati, mori; Quædam solius diuinitatis, vt illuminare, & peccata remittere: Victimam verò esse naturæ humanæ; ex quibus constat, quæ sit eorum sententia, quæ apertè introducit hæresin, & tamen hoc modo occurrit argumentis nostris Iosias Simlerus: Sacrificare *(inquit)* quoad substantiã operis est, actio propria humanitatis, sed efficacia & dignitas eius est, propria diuinitatis, at non ita est. *Distinctio hæc tibi videtur hæresin introducere: qua tamen: Aduocatus.* [a] Distinctione vtendum est, nam si quæstio est, per quid propriè munus Mediatoris obierit, dicendum est, tantum Mediatorem vt hominem, si per quid fuerit, siuè à quo valorem acceperit eius muneris Functio: Orthodoxa est Patrum sententia, CONIVNCTIM vt Deum, & hominem, non passus est pro nobis secundum diuinitatem, tamen SECVNDVM VTRAMQVE NATVRAM OPERATVS EST *(quæ tria verba totam Bellarmini defensionem planè iugulant)* reconciliationem Deo. *Scholam appello.* [b] Dicendum quod duplex est efficiens; Principale, & Instrumentale: Efficiens quidem principale humanæ salutis est Deus; quia verò humanitas Christi, est diuinitatis instrumentum, ideò ex consequenti, omnes actiones & passiones Christi instrumentaliter operantur in virtute diuinitatis ad salutem humanam: Et secundum hoc passio Christi efficienter causat salutem humanam. [c] Scholastici Meritum, Satisfactionem, Mediationem, Redemptionem, naturæ quidem humanæ ascribunt, sed quatenus talem: hoc est, quatenus est tantæ efficientiæ, dignitatis, sufficientiæ, & (vt ita dicam) supersufficientiæ

[a] *Bell. quo suprà ca. 3. §* Secundò *& ca. 5. §.* Contra si, &c. *Ipse Cardo quæstionis.*

[a] *Valent. Ios. lib. de Christo Redempt. part. 2. cap. 4.*

[b] *Aquinas part. 3. qu. 48. art. 6.*

[c] *Episc. Espensæus suprà Com. in 1. Tim. 2.*

entiæ quam naturæ diuinæ; seu personali cum eandem vnioni tribuunt: merere, mediare, satisfacere naturæ assumptæ est, inquit Caietanus. vt autem ea tantæ in satisfaciendo efficaciæ sint, ex diuinitate habent; & Gabriel Biel obseruat ex illo: Per Christum Dominum nostrũ. Per, inquit, Præpositio Mediationem significat, Christus dominus, VTRAMQVE NATVRAM. Idem habet Glossa Anselmi. Summa omnium est: Sicut pro salute nostrâ orare deus, nisi homo factus; ita exorare homo, nisi deus simul existens, non poterat. Lachrymas, preces, reliquasque Mediationis exequutiones non simpliciter contemplamur; sed vt Redemptrices, expiatrices, propitiatrices, exoratrices, satisfactrices, & vt tales NON magis AB HOMINE TANTVM, quam à Deo tantum, sed AB HOMINE DEO profectas. *Hæc, & multa plura in hanc sententiam vester Episcopus Esthensis. quæ huc spectant, omnia, quanta potui breuitate, perstrinxi; in quo tamen fui, quam solebam prolixior, quia & causæ ipsius grauitas enucleatam expositionem postulabat, & occasio nulla erit eam deinceps explicandi.*

[a] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 1. Idem etiam obiecit Armandus Iesuita in Epist. ad Camerum. idem habet Suarez Iesuita Tom. 1. in Tho. qu. 10. art. 2. disp. 25.*

CAPVT. LIIII.

Caluumnia Quinta.

De Scientia Humanæ Christi naturæ.

[b] *Valent. Iesuita Tom. 4. disp. 1. q. 15. punct. 1. Insicitia Calumniatoris.*

[c] *Maldonat. Iesuita Com. in Matth. 24.*

[d] *Alphon de Castro lib. aduers. hæres. Tit. Deus.*

Aduersarius. [a] Agnoitæ Hæretici docebant Christum ignorasse Diem iudicij: neque hoc diuinitati, sed animæ humanæ tribuebant, vt ex eorum argumento elicimus; hanc hæresin sequuntur Omnes fere huius temporis hæretici, qui aiunt Christi ANIMAM HVMANAM verè aliquid ignorasse. [b] In eodem errore sunt Protestantes præcipui. *Erratis crassissimè. nam Aduocatus.* [c] Agnoitæ, vt ex Damasceno colligitur, SIMPLICITER Christo ignorantiam tribuebant, qui credebant DIVINITATEM in humanitatem esse conuersam. [d] Agnoitæ IGNORANTIAM

TIAM impingebant DEO, & ad hoc vsi sunt argumento ex Math. 24. De illo die nemo scit. *Ex hoc argumento quid tandem elicimus?* Agnoitæ Christo simpliciter *(vt ait Maldonatus) & vt planius Alphonsius*, Christo Deo ignorantiam impingebat. *Nimirum toti personæ Christi, at* Protestantes, *inquis*, ignorantiam animæ humanæ tribuunt. *O igitur, Bellarmine, aut cœcam tuam ignorantiam, aut occultam malitiam. Nunc de humana Christi ignorantia agamus. Aduersarius.* [1] Christus, inquit Lutherus, non omnia simul intellexit: in omnibus, inquit Lutherus, Christus erat similis nobis, excepto peccato, ergo proficiebat scientia. Christus, inquit Caluinus, nostra causa ignorantiam subire non abnuit, at communis Catholicorum sententia est Christum nihil a primo ortu didicisse, quod antea nesciret, ita docent cum Magistro omnes Theologi, etiam omnes Patres. *imo hoc quod Protestantes docent Christum a primo suo ortu secundum totam personam, sed non secundum totum personæ, omnia nouisse tanquam dogma, Orthodoxum Theologi, & Patres tenuerunt. Aduocatus.* [2] *Luc. 2. Proficiebat sapientia, ætate, gratia. &c. Non me fugit, quomodo alij hunc locum exponant: non quod Christo quicquam, inquiunt, accesserit, à tempore, quo conceptus est in vtero Matris, sed quod dotes suas, quibus erat cumulatissimus, magis & magis expromeret, excerceretque. rursus sunt qui aliter se expediunt, vt dicant easdem dotes Christo aliter contigisse, & quas afflatu prius habuit, mox studio, vsuq; comparasse. quorum ego Sententiam non refello. tantum expendat Lector, num hoc incolumi fidei sinceritate sentiri possit, cum extra controuersiam sit quibuscunque Dotibus Christus prædictus sit, beneficentiæ fuisse diuinæ, deitatem PER GRADVS QVOSDAM impertiuisse naturæ assumptæ, præsertim cum apud Lucam bis in eodem Capite legamus, Proficiebat sapientia, ætate, gratia. sicut vere proficiebat ætatis accessu, ita verè profeciisse videtur Dotium incrementis, & quod dicitur, plenus fuisse gratia, & sapientia; id non impedit profectum, cum

[1] *Bell. sup. lit a.*

[1] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 1. Protestantium sententia.*

[2] *Eras. Paraph. in Luc. 2. *Luc. 2.*

idem de Ioſhuah dicitur. neque vero nos mouet, quod hoc aliquo modo pugnet cum aliquo placito Scholaſticorum, ſed an quod apertè ſcripſit Lucas fidei ſinceræ aduerſetur, cui eſt omnibus modis adhærendum. *Hæc Proteſtantium ſententiam Ianſenius deſerit, quam tamen Hæreticam eſſe dicere, abnuit. ſed tu ad ſcholam prouocas; nos (ne eam contemniſſe videamur) Scholaſticorum Homerum conſulemus, eamque ipſam maturiori Iudicio conſulentem.* [h] Iam, quamuis alibi aliter ſcripſerim, DICENDVM eſt in Chriſto FVISSE SCIENTIAM ACQVISITAM, quæ propriè eſt ſcientia ſecundum modum humanum, non ſolum ex parte ſubiecti recipientis, ſed etiam ex parte cauſæ agentis. ſed modo, qui eſt perfectior, id eſt INVENIENDO SCIENTIAM à ſe non addiſcendo ab alio. *Germanus profectò ſenſus Caluinianus. nunc inſuper Patronos noſtros accerſamus, quos tu tibi vniuerſos vendicas.* Sic, *inquis*, omnes Patres. *Enim-vero Aduocatus.* [i] Multi veteres Patres, Athanaſius, Gregorius, Nazianzenus, Theodoretus, Cyrillus, autor operis imperfecti in Math. docuerunt Chriſtũ QVATENVS HOMINEM, diem Iudicij IGNORASSE *Nec deeſt nobis Sanctus Ambroſius.* [k] Fatetur Ambroſius Chriſtum, QVOAD HOMO ERAT, PROFECISSE SAPIENTIA. *Verba Ambroſii agnoſcite.* * Quomodo proficiebat ſapientia docet te ordo verborum, Profectus eſt ætatis, profectus ſapientiæ] Ideo profectum ætatis præmiſit Lucas, vt ſecundum hominem dictum crederes. *Et Chryſoſtomus.* * Magi non pueritiæ detulerunt honorem NIHIL INTELLIGENTI, ſed diuinitati ſuæ, omnia cognoſcenti. *Inſtat verò Ieſuita. Aduerſarius.* [l] At, dicere Chriſtum aliqua ignorantia laboraſſe, eſt ac ſi diceres eum Originis vitio ſordidatum fuiſſe. *Falleris Rabbi. quia Aduocatus.* [m] Duplex vt Theologi ſtatuunt, eſt Ignorantia: altera puræ negationis; prauæ diſpoſitionis altera, & hæc quidem repugnat ſtatui Innocentiæ, ILLA VERO MINIME. [n] Nec Adam, priuſquam peccabat, omnia ſciebat. * Nec Angeli ipſi cognoſcunt diem nouiſsimum,

QVALIS

Sententia Scripturis conſentiant.

[h] *Aquinas part. 3. qu 9. art. 4.*

Eam Aquinatis opinionem ſecunda confirmat.

[i] *Maldonat. Ieſ. Com. in Math. 24.*

Eidem petrocinantur patres.

[k] *Ianſenius concord. in Luc. 2.*

* *Ambroſ. de Incarnat cap. 7.*

* *Chryſoſt. in Math. 2. hom. 2.*

[l] *Campianus Ieſ. Rat. 8.*

Dubietas puerilis.

[m] *Perer. Ieſuita Com. in Gen. 6. diſp. 4.*

Solutio.

[n] *Bell. lib. de Grat. primi hominis.*

* *Schola vniuerſa. vide Lombard. Tho. alios & Suarez Ieſ. infra oſtendit.*

QVALIS IGNORANTIA SINE LABE PECCATI ijs perpetua fuit. *Itaq; in hac cauſa Conſcientiam, aut ſaltem ſcientiam deſideramus. quid ita? Tu enim*, Omnes Scholaſtici. *Ille (anteſignanus Aquinas)* non. *Tu*, Omnes Patres. *Ille*, multi non, *Tu*, perinde poſitis, peccatum Chriſto tribuere. *Ille*, nequaquam. *Sic inter vos conuenit ſcz. Deniq; veram hæreſin in Agnoietis diſſimulas, vt Proteſtantibus falſam affingas: &, vt Proteſtantes Hæretici ſint, Agnoietæ non erunt: ne Proteſtantes Hæretici non ſint, Patres etiam multi erunt. Ad concluſionem feſtino.* [r] Non omnis carentia, ſeu negatio ſcientiæ dici poſsit vera Ignorantia; quia Ignorantia non ſignificat quamcunque negationem cognitionis, ſed priuationem illius cognitionis, quæ ineſſe DEBET iuxta ſtatum propriæ naturæ; vt non dicitur homo ignorans, quod caret ſcientia Angelica, ita Chriſtus nihil eorum neſciuit, quæ OPORTVIT ſcire, conſideratæ perſonæ eius dignitate. *Quod nemo Chriſtianus non libenter dabit. iam vero vtrum ad Chriſtum Redemptorẽ mundi, quatenus hominem, Iudicij diem cognoſcere oportuit, hoc eſt de quo ambigitur, & quidem merito. quippe Scriptura illa* * Math. 13. De die illo nemo ſcit, neque Angeli de cœlo, neque Filius.] *Vos non mediocriter torquet. Cum perſonas aduerſantes examino, video partem vtramq; pio zelo duci; cum opiniones ipſas, non poſſe quemquam in alterutra pernitiòſe errare: quod quamuis non ad diuerſas ſententias, attamen ad animos, diuerſa ſentientes reconciliandos ſatis eſſe debet.*

[r] *Suarez Ieſuit. Tom. 1. in Tho. q. 9. art. 1. diſp. 24. § 3.*

*Math. 13.

CAPVT. LV.

Calumnia Sexta.

De Chriſti triſtitia. in hac ſolum Caluinum inuadunt.

[a] *Colleg. Anglo-Rhemenſ. annot. in Hebr. 5. 7. & Campianus Ieſ. Rat. 8.*

[b] *Maldonat. Ieſ. Comm. in Math. 27.*

[c] *Bell. lib. 4 de Chriſto cap. 8. §. Et hinc, &c.*

ADuerſarius. [a] En horribilem Caluini blaſphemiam! dicit Chriſtum deſperâſſe. [b] Inſignis eſt Caluini blaſphemia Chriſto blaſphemiam tribuentis. [c] Forte in pœ-

nam huius peccati Caluinus ipse in morte desperabat. *Anathema Caluine, tibi, siquidem id dixeris, vel per somnium quidem. accusatores audio.* Caluinus dixit, *Inquitis*, Christum desperâsse: & Caluinus, *inquitis*, Christo desperationem tribuebat. *Aduocato hic nobis opus est, quoad fieri possit diuersorio. sed perinde erit, atq; acceperitis. Aduocatus.*

Pellucidum mendacium.

[a] Caluinus dicit Christum NON DESPERASSE. Hæc sunt verba Caluini: quanquam, inquit, carnis sensus exitium apprehenderit, FIXAM tamen steuisse fidem eius in corde, cum dixit DEVS MEVS, [b] præfatur se ad Deum suum confugere, quibus Caluinus significat Christum NVNQVAM DESTITVTVM fuisse VERA FIDE; quæ illum erigebat contra omnes tentationes. *Quid igitur non dixerit, vel Aduersarius fatetur, quid etiam dixerit, audire ab Aduersario minimè recusabimus. Aduersarius.* [c] Christus inquit Caluinus, verba desperationis protulit, & damnati, atq; perditi hominis cruciatus pertulit, sentiebat se a Deo derelictũ, cum Diaboli potestate, & mortis horrore, cum Infernorum doloribus manum conserendo, factum est, vt referret de illis victoriam. *Si verba premis, audi Collegam tuum. Aduocatus* [d] Cum Christus Deus & homo esset, ita Deus hominem, quasi diuinitatem suam cohibens, pati permittebat, vt si purus homo esset. vt PVRVS HOMO, se à Deo derelictum esse queritur, non quod se à Deo derelictum esse sentiret, sed quod ita se pati sentiret, Quemadmodum si ab eo derelictus fuisset. quamobrem ex hominis à Deo DERELICTI MORE clamat. DEVS MEVS, cur me dereliquisti? vt hominis extrema patientis supplicia, & à Deo DERELICTI PERSONAM EXPRIMAT, Christus hæc verba non pro nobis, sed PRO SEIPSO exprimit. *At impias.* Dixit Caluinus, Christum sensisse se à Deo derelictum. *Dixit? & quid dixit aliud, qui ait* [e] Martyres alij cocti sunt aqua, passiones enim illorum multis modis refrigeratæ sunt, & mitigatæ. Christus verò NVLLAM habuit in parte inferiori CONSOLATIONEM, nec à parte SVPERIORI, nec à deo. quod significauit

[a] Bell. lib. 4 de Christo cap. 8. §. Nota secundò & §. Sexto si.

Mendacium detegitur.

[b] Ibidem.

[c] Maldonatus Iesuit. Comm. in Math. 27.

Verba aduersariorum cum verbis Rei conferuntur.

[d] Perer. Iesuit. Com. in Exod. 12. disp. 7.

ficauit, dicens: [Deus cur me dereliquisti.] TOTVS assatus est igne. *Nec non Aquinas.* [b] Christi anima secundum vires INTERIORES efficacissimè apprehendit omnes causas Tristitiæ nostræ, assumpsit TRISTITIAM MAXIMAM quidem QVANTITATE ABSOLVTA, cuius dolores excedebant omnes dolores quos homines pati possunt in hac vitâ, non tamen excedebant regulas rationis.' [i] Dereliquit eum Deus non secundum dimissionem vnionis Dei, sed secundum successionem protectionis. [k] In Math. 27. cœpit contristari. Græcè ἀδημονεῖν, quæ vox non proprie mœrere significat, sed grauiter angi, & PENE EXANIMARI, & deficere præ mœrore, & hic locus valet aduersus Hæreticos qui negarunt in Christo fuisse animam humanam. [l] Dolor excelsit in immensum omnes hominum dolores. *Hactenus ex dictis tuorum, dict. Caluini asseruimus, nunc consequentiis tuis, ex responsis vestris, occurremus. Aduersarius.* [m] Vel emisit verba desperationis voluntate deliberata, vel non: si primum, tum verè desperabat: si secundum, inordinationem affectionum sentiebat. *Aduocatus.* [n] Caluinus respondet, non fuisse deliberatam dubitationem, sed solum immissam à diabolo per tentationem: quia dicit Christum cum desperatione luctari, sed NON fuisse VICTVM. *Sed instas. Quomodo ergo non erat* Affectionum inordinatio? *Duplex accipies responsum: primum. Aduocatus.* [o] ἀδημονεῖν, significat vehementi obiecti discriminis metu angi, & quodammodo EXANIMEM & ATTONITVM esse. Alij dicunt tristitiam hanc non πάθος, sed προπάθειαν, id est, non passionem, sed propassionem fuisse; quod Theologi inter primos, & secundos motus distinguunt. Passionē esse, quæ animam aliqua ratione turbat, & aliquem quamuis imperfectum voluntatis consensum extorquet. Propassionem, quæ hominem quidem MOVET, & aliquem doloris, aut delectationis sensum affert, sed animam de quiete sua non deturbat. Ita Origines, Hieronymus, Beda existimant Christum fuisse tristatum. *Hunc sensum Iansenius quoq; con-*

[b] *Aquinas part. 3. qu. 46.*

[i] *Sentent. Elliot. 6. annot. 164.*

[k] *Iansenius concord. in eum locum.*

[l] *Nazarius Iesuit. Tom. 1. in Dom. 2. quadrag. ff.*

[m] *Bell. quo supra. §. At pœna. Dilemma Bell.*

[n] *Ibid §. Denique & §. Sexto &c.*

Solutio.

[o] *Maldonat. Iesuit. Com. in Math. 26.*

[p] *Iansenius quo suprà.*

corditer amplectitur. [p] Erat, inquit, tantum PROPASSIO: cui voluntas non assentiebatur, NON EST PECCATUM, cum bonum mutatur in melius. *Si minus hoc responsum tibi arriserit, habeto aliud, meâ quidem sententia appositissimum.*

[q] *Maldonat. Ies. quo suprà.*

[q] Sunt ex Scholasticis, qui dicunt Christum fuisse tristatum tantum in inferiore animæ parte, quæ in corpore est: At Christus significat tristitiam OMNES ANIMÆ SUÆ PARTES occupâsse: melius igitur alij, qui dicunt dispensatione quadam factum esse, vt Christus tristitiam in animæ partem SUPERIOREM admiserit, QUANDO VOLVIT, ET QUA RATIONE VOLVIT. Eleganter enim *Augustinus: Huiusmodi affectus, sicut carnem humanæ infirmitatis, & mortem carnis, Dominus Iesus NON CONDITIONIS NECESSITATE, sed RATIONE VOLVNTATIS suscepit. rectè etiam * Damascenus scripsit, hoc inter nostras & Christi passiones interesse, quod NOSTRÆ VOLVNTATIS PRÆVENIVNT actionem, Christi SEQVANTVR; nos non nisi NOLENTES passiones habere, Christum non nisi VOLENTEM habuisse. Deinde, quod nostræ ex NECESSITATE, & EX PECCATO ORIGINALI nascuntur: Christi NEC ex NECESSITATE, nec ex ORIGINALI PECCATO, sed ex MISERICORDIA NATÆ sunt. Nam esuriit pro nobis, sitiuit pro nobis. Negari Christũ timuisse mortem, salua scripturæ autoritate nũ possit. Nec propterea timidior multis martyribus censendus est, sed fortissimus, qui non nisi QVIA VOLVIT, timebat. at si voluntate sua timuit, inquies, cur timere voluit? possim ego vno verbo respondere. Si voluntate sua mori voluit, cur mori voluit? vtique pro nobis timere voluit. Tristis est anima &c. Idem quod * Dauid in persona Christi dixit. Circum-dederunt me dolores mortis, PERICVLA INFERNI inuenerunt me. maiore admiratione dignum est, quamobrem Christus tantopere mortem apprehenderit, vt sanguinem sudaret. respondet * Thomas: quia non solum mortem, verum-etiam mortis potissimam causam OMNIVM hominum PECCATA

Augustin. in Psal. 87.

Damascenus lib. 3. de Fide Orthodoxâ cap. 20.

*Psal. 114.

*Aquinas p. 3. qu. 46. art. 6.

ANIMO

ANIMO concipiebat. in quam ſententiam * Ambroſius piè ſanè & eleganter ſcripſit. Chriſtus minus contuliſſet mihi, niſi meum ſuſcepiſſet affectum, ergo pro me doluit, qui pro ſe nihil habuit; ſuſcepit triſtitiam meam, vt mihi lætitiam ſuam largiretur, & veſtigijs meis deſcendit ad mortis ærumnam, vt nos ſuis veſtigijs reuocaret ad vitam. *Hæc omnia Ieſuita. Quorſum hæc? inquies; animaduerte. tu vel ex dictis Caluini, vel ex dictorum conſequentiâ Blaſphemiam elici poſſe putas. Quid verò Caluinus dixit, quod non Ieſuita aliquis diſerte aſſeruit? quid tu obijcis, cui non Ieſuita aliquis ſatisfecit? Dicta cum dictis conferamus. litera C. Caluinum: I. Ieſuitam denotat.* C. Chriſtus damnati, & perditi hominis cruciatus pertulit I. Hominis derelicti perſonam expreſsit. C. Se à Deo derelictũ eſſe ſentiebat. I. in parte animæ ſuperiore conſolationem nullam ſentiebat. C. cum Infernorum doloribus manum conſerebat. I. Chriſto propriè conuenit illud Pſalmographi. Pericula inferni inuenerunt me. *Rurſus. I.* Non quod ſe à Deo derelictum eſſe ſentiret. C. non quod vera fide deſtitutus erat. *Itaq; aut Aduerſarius tuus Caluinus abſoluendus eſt, aut Fratres tui Germani Ieſuitæ in eodem (vt ita dicam) nigro inſcribendi. nunc ad reſponſa venio. Primum, Tentatio fuit, non tranſgreſſio. Secundum non paſſio erat, ſed propaſſio. Tertium, Si vel paſſiones fuiſſe concedamus, tamen tales ſunt, quæ non præueniebant voluntatis actionem, id eſt, quæ non reluctabantur, rationi, ſed obſequebantur. quia Doluit Chriſtus, quia voluit. nec ex originali prauitate, ſed ex miſericordi voluntate profectæ ſunt. tantum igitur abeſt, vt ex his blaſphemiæ nota aliqua Caluino inuratur, vt nihil videam pro Chriſti obedientia erga Deum Patrem, vel pro ſua erga nos charitate dici poſſe diuinius. Quamuis enim dum pretium Redemptionis noſtræ per Chriſtum reſpicimus,* ' Non eſt exiſtimandum vel ex multitudine, vel ex magnitudine pœnarum, ſed ex dignitate Perſonæ, quæ patiebatur, & charitate qua patiebatur, alioqui tam animo quam corpore Chriſtus æternas pœnas pertuliſſet. *Tamen Patronus.* * Chriſtus corpus ſuum pro

* *Ambroſ. in Luc. 22.*

Caluini dicta ex Aduerſantium dictis aſſeruntur.

Verborum ſenſus plane Orthodoxus.

' *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 8. §. 2. Argumentum.*

* *Irenæus lib. 5. cap. 2.*

Corporibus

Corporibus noſtris, animam pro animalibus noſtris poſuit. *Et* * Chriſtus animo & corpore paſſus eſt. licet, poena corporis eſſet infiniti pretij: *Et Aduo.* [f] Recte Bernardus: ex magnitudine remedij periculi mei æſtimo quantitatem. *Ita cum ex hac perſonæ patientis dignitate, tum etiam ſupplicij acerbitate, coguntur pectora Chriſtiana non modo humani ſceleris atrocitatem, verum etiam Dei cum aduerſus Peccatores iuſtitiam, ergo & Pœnitentes infinitam miſericordiam gratiſſimis animis confiteri. doctrina admirationis, pietatis, conſolationis pleniſſima, quod nemo, qui commentarium Caluini in Math. 27. 26. legerit, non facile intelligat: quorum ſumma hæc eſt.* [e] Spiritus Dei (inquit Caluinus) hæc duo ſimul conciliat, Chriſtum fuiſſe tentatum per omnia ſicut nos, & tamen ABSQVE peccato. vehementer erat Chriſtus commotus, inquit Caluinus, ſed ita vt ſemper ſe contineret ſub Patris voluntate.

* *Theodoretus Dial. 3. teſte Bellarmino qui ſupra.*

[f] *Rayardus Dom. 6. poſt Pentecoſten.*

[e] *Staplet. prompt in Feria 4. hebd. Sanctæ.*

CAPVT. LVI.

Calumnia Septima. { *Aduerſus vnicum Caluinum quaſi (quod abſit) Chriſto labem peccati aſperſerit.*

[a] *Bellar lib. 4. de Chriſto. ca. 1*

* *Math. 26.*

Impietatis crimen pie Caluinus iam diu repulit.

* *In loco quem notandum cenſuit Bellarmi-nus.*

[a] *Aduerſarius.* Caluinus ait Chriſtum aliquid egiſſe, quod corrigi debuerit, quod etiamſi peccatum fuiſſe non audet dicere; tamen peccatum reuera fuit, ſi corrigi debuerit, * Math. 26. Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix; verum-tamen non mea voluntas, ſed tua fiat &c. votum ſubito elapſum Chriſtus (inquit Caluinus) corrigit, atque caſtigat. nota hæc verba, votum ſubito elapſum: &, caſtigat. in quibus Chriſto peccatum tribuere, non veretur. Nota, *inquis. Ne tu malus es Notator: ſed Narrator peior. Reus.* * Tenendum eſt NON FVISSE in Chriſto TVRBVLENTOS affectus, qui more noſtro eius animo puram moderationem excuterent, ſed, quantum fieri potuit, ſana & integra hominis natura. *Hæc Caluinus, & tamen Aduerſarius*

sarius. [b] Caluinus asseruisse FERTVR docuisse Christum INORDINATAM suam petitionem correxisse; & ita turbatum fuisse, vt SINE SPIRITV oraverit. *Fertur, inquis, si non licuit tibi Caluini sententiam explorare, iniquis Dominis, si non placuit, Tyranno iniquiori, viz. voluntati obfirmatæ obtemperas, vtcumq; cum Caluino inique actum est. Nam Aduocat.* [c] Dicit Caluinus naturam Christi VNDIQVE PERFECTAM fuisse, NEC VLLAM fuisse in eo passionum INORDINATIONEM. *Sed tu eius verba mordicus arrodis. Nota inquis, & tu nota, obsecro, hæc non dissimilia verba Sanctorum Patrum. Aduoc.* [d] Christus, inquit Hier. REVERTENS ad seipsum, quod ex hominis persona Christus TREPIDANTER RENVERAT, ex Dei filiique confirmat, cum dicit, Non sicut ego volo.] id est, non hoc quod humano affectu loquor, sed propter quod ad terras tua voluntate descendi. *Nota etiam illud.* [e] Rursus, inquit [f] Origenes, Christus REVOCANS desiderium suum, & videns quanta vtilitas mundo esset futura, per passionem ipsius, quasi RECOGITANS dicebat: non sicut ego volo. *Hieronymus.* Renuens, & ad se reuertens. *Origenes.* Recogitans, & se reuocans. *Caluinus.* Corrigens & castigans. *Phrases, cum prorsus idem sonant, aut pariter in patribus damnandæ, aut in Caluino pariter excusandæ fuerunt. Postremo loco consequentiam tuam aggredior, quam falsam esse omnino tu disce, vel potius, nos doce. Aduocatus.* [g] Pater transeat hic calix; sed non sicut ego volo &c.] ac si diceret, volo vt non fiat. id est, voluntate naturali; quod voluntate deliberata volo vt fiat. nulla est contra-dictio, nam non sunt hæ voluntates circa idem eodem modo consideratum; & est velleitas potius quam voluntas. *Vel sic.* [h] Illa vox, transeat calix, non profecta est à Spiritu, sed à DESIDERIO NATVRALI, *Vel sic.* [i] Saluator noster, secundum voluntatem PARTIS INFERIORIS, mortem formidans & refugiens, petijt a se transferri calicem; quem, secundum voluntatem partis superioris rationalis, ardentissime cupiebat bibere. *Denig;.* [k] Colligitur ex hoc loco duas in Christo

[b] *Suarez Iesuit. Tom. 1. in Tho. disp. 33. sect. 1. Mendacium cote dignum.*
[c] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 8. §. Præterea*
[d] *Iansenius concord. in Math. 26. Caluini dicta dicta patrum antiquorum patrocinantur.*
[e] *Ibidem.*
[f] *Origen. tract. in Math.*
[g] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 5. §. At Scriptura. Sensus orthodoxus elicitur & corroboratur.*
[h] *Iansenius concord. in eum locum.*
[i] *Perrinus Iesuit. Com. in Rom. 9. num. 25.*
[k] *Maldonatus Iesuit. comm. in Math. 26.*

fuisse voluntates, humanam & diuinam. hæc voluntas quæ recusauit mori, NON fuit PLENA & perfecta, sed, vt Theologi volunt, CONDITIONALIS: si possibile est transeat &c. Nec enim dicebat apud se, NOLO mori, sed NOLLEM mori: quæ voluntas peccatum non est, adhibita honesta conditione. *Quid ni igitur ex deliberato subitum, ex spirituali naturale, ex superiori inferius, ex perfecto imperfectum corrigi sine peccato potuerit? cum præsertim Christus conditionalem iam reijcet, quam pater admittere noluit, & ad simplicem Patris voluntatem accomodat suam. nos itaq; hic rursus Regulam Iuris repetimus.* [b] Regula Iuris est ne fiat vis in verbis. *Sed est (heu) odium ex lex & vel in Regularibus Sacerdotibus irregulare.*

[b] *Pineda Ies. Com. in Iob. 2.*

CAPVT. LVII.

Calumnia Octaua, qua Protestantes omnes grauantur, an necesse fuerit Christo merere aliquid pro seipso.

A*Auersarius.* [a] En Caluini blasphemiam! ita penitus abhorruit à nomine Meriti, vt neget Christum quicquam meruisse pro seipso, sed tantum pro nobis. *Hanc opinionem alij* [b] dubiam, *alij* [c] falsam, *alij* [d] Temerariam, *dixerunt, at* Blasphemam *ante vos (Rhemenses) adhuc, quod sciam, nemo. Assertoris ipsius vocem efflagitamus. adest Reus.* * Si spectemus Christi naturam, nulla noua exaltatione indigebat, quia semper erat æqualis Patri; sin humanam, non potuit humana natura Diuinitatis thronum merere: FVGIENDAE sunt igitur PROFANAE cogitationes eorum, qui Christi GRATIAM obfuscant; dum imaginantur Christum alia, quam salutis nostræ causa venisse: dicunt illi eum in cruce passum, vt sibi gloriam compararet, cum tamen tota Scriptura fructum passionis omnem, membris suis proprium esse prædicet. Rom. 8. Pro NOBIS tradidit illum.] Isa. 9. Puer natus est NOBIS.] Zach. 9. Ecce Rex venit

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in Philip. 2.*
[b] *Guilhel Rubion. vt refert Suarez in loco infra allegato.*
[c] *Bell. quo infra*
[d] *Suarez Ies. quo infra.*
[e] *Caluinus Com in Philip. 2. 9. & Inst. 2. cap. 17. §. 6*
Caluinus introducitur tanquã læsæ gratiæ Reus, cũ tamen nemo magis Christi gratiam amplificat.

venit tibi.] Ioh. 17. Pro IIS sanctifico meipsum.] & tamen Sophistæ dicunt Christum priorem sui, quam nostri, rationem habuisse, & sibi antè gloriam esse promeritum, quam nobis salutem. *Nulla in istis, opinor, vocula occurrit, quæ vel rigidissimis Censoribus blasphemiæ suspicionem vel tenuissimam præbeat. cominus agamus. Aduersarius.* [e] Conueniunt inter se Theologi omnes, & vno consensu docent, Christum, præterea bona, quæ suis laboribus peperit nobis, meruisse etiam sibi corporis gloriam, & nominis exaltationem, & omnia, quæ accepit post passionem. *Ain?* omnia? & post Passionem?. *& in hoc Theologi* omnes *consentiunt? Aduocatus.* [f] Christus TOTAM suam gratiam, TOTAMQVE gloriam essentialem SINE MERITIS habuit, in primo suo humanitatis instanti, [g] NEC, nisi indirecte, meruit GLORIAM CORPORIS. *Vos verò ad Confirmationem descenditis. Aduersarius.* [h] Quod docemus probatur primo expressis scripturis. *Heb. 2. Videmus Iesum PROPTER passionem mortis gloria coronatum.] *Phil. 2. 9. Humiliauit seipsum, factus obediens vsque ad crucem, PROPTER quod exaltauit eum Deus, & dedit ei nomen super omne nomen. &c.] Respondet Caluinus, has voces QVAPROPTER, & PROPTER, non causam exaltationis significare, sed consequentiam. [i] Hæreticè. [k] Scripturas impudenter detorquet. *Quamobrem verò?* [l] Quia particula PROPTER causam vbique significare solet, vt Patres exponunt; & tamen NOVI Doctores non sapere sibi videntur, nisi omnibus contra-dicant. *Imò nec vbique, nec vbi iam versamur causam denotat. primum. Aduocatus* [m] Heb. 1. 9. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, PROPTEREA vnxit te Deus oleo iustitiæ. &c.] Sanctus Thomas affirmat, cum dicitur, Propterea NON MERITVM indicari sed FINEM; vt sit sensus: ad hoc te vnxit Deus vt haberes HAEC OMNIA; quod SATIS probabiliter dicitur. *Imò etiam necessario. ostendo.* [n] Per vnctionem intelligunt MVLTI Patres ipsam incarnationem, & vnionem ad verbum, Augustinus, Anselmus, Beda, & Cyrillus, Alexandrinus: atque ita particula

[e] *Bell. lib. 5 de Christo cap. 9. in princ. & §. Hæc.*

[f] *Vega opusc. de Meritis. qu. 6.*

[g] *Scot. dist. 18.*

[h] *Bell. quo sup.*

* *Heb. 2.*

* *Phil. 2.*

[i] *Suarez Ies. Tom. 1. in Tho. disp. 41. sect. 1.*

[k] *Anglo-Rhem. annot. in Phil. 2*

[l] *Bell. quo suprà Iesuitæ Scripturis abutuntur.*

[m] *Ribera Ies. com. in Heb 1. Vocis, propterea, vis.*

[n] *Suarez Ies. quo supra, disp. 10. sect. 4. §. Sed contra.*

ticula [Propter] NON de causa MERITORIA, sed de FINALI intelligenda est. [o] Athanasius exponit illum locum de gratia animæ habituali. *At.* [p] Communis est Theologorum sententia Christum NON meruisse gratiam animæ habitualem, sed eam ab instantia incarnationis suæ habuisse. [q] NEC sanè meruit Christus sibi gratiam, aut scientiam, aut gloriam animæ. [r] NEC sibi personalem vnionem meruisse Theologi OMNES protestantur. *Ergo, inquam,* [Propterea] *non causam Meritoriam, sed consequentiam finalem significat. nunc locum ipsum attingamus, quem huic priori affinem esse Seraphicus Doctor vester explicabit.* [s] Phil. 2. Propterea quod dedit illi nomen. &c.] Duobus modis NOMEN exponitur; vel quantum est filius Dei, & nomen fuit illi AB AETERNO, & donatio eius erat æterna eius generatio. alio modo de Christo homine; & sic Pater dedit illi NOMEN VT DEVS ESSET, non per naturam, sed per gratiam; GRATIAM autem non adoptionis, sed VNIONIS. [t] Et per NOMEM super omne nomen, NON intelligitur Vox Iesu, sed OMNI-POTENTIA, vt PATRES OMNES ex Scripturis probant. *At.* [u] NON meruit sibi Christus vnionem Deitatis, aut omnipotentiam. *In quibus omnibus de Gloria* Corporis tantum *ne γρὺ quidem. quemadmodũ & in loco altero a vobis obiecto.* [x] In Heb. 2. Gloria & honore coronâsti eum.] Coronare est OMNEM illi honorem dare, quem NATVRA HVMANA *(proinde etiam anima humana)* capere possit. *loca vtraque coniungamus.* [y] Heb. 2. PROPTER passionem coronatus.] & Phil. 2. Obediens cruci factus, PROPTER quod exaltatus] at Christus in anima & in corpore passus est. *Ex his Dilemma huiusmodi efficitur. Cum omnes Scripturæ adductæ tam animæ, quam corporis gloriam consummatam significent; vel meritum innuunt, vel non: si sic, tum (vobis licet refragantibus) animæ quoque gloriam Christus sibi meruit: si non, tum nec corporis quidem: ita vt si meritum inferunt, vos perperam distorsisse Scripturas sacras; sin minùs Christi partes imperitè distraxisse, videamini. Tu verò pergis.*

Aduersarius

[o] *Ibid. disp.* 18. § 2. § Dico primo.
[p] *Ibid. disp.* 40. *sect.* 2. § Nihilominus.
[q] *Bell. quo supr.*
[r] *Feuardentius Theomachia. li.* 5. *cap.* 14. & *Bell. quo supra.*
[s] *Aquinas com. in hunc locum.*
[t] *Vasquez Ies. lib.* 2. *de Adorat. disp.* 8. *c.* 10.
[u] *Iesuitæ iam suprà.*
[x] *Ribera Ies. Com. in Heb.* 2.
[y] *Catechismus Trident. in art.* 4.

Dilemma.

Aduerſarius. [a] Melius illi erat carere gloria corporis, quam carere dignitate merendi, proindè gloriâ corporis meruit. *Inſcitè omninò, nè dicam ineptè, quippe.* [c] Detraheret perfectioni eius CARVISSE aliquandò gratiâ & gloriâ. *Denique vos Chriſti meritum pro gloria animæ ſuæ, vt Proteſtantes pro gloria corporis, negatis: ſi illa Catholica, vt hac blaſphema dici queat? quæ iccirco tutior & ſanctior appareat, quòd ad vnam illam præfixam nobis Scripturarum metam* Gloriam GRATIAE *collimare magis videatur; quæ in eo eminet maximè, quod ſeipſum quodammodò abijciens, omnem ſuam charitatem pro noſtra ſalute profudit. Patronus.* [*] Si pœnam reſpicimus, Chriſtus ſimilis Latronibus; ſi cauſam interrogamus, Reſpondebit, PROPTER VOS. *Hùc facit illa paſſionis Chriſti, adeóque totius obedientiæ epitome,* Conſummatum eſt.]

[a] *Bell. quo ſupr. Obiect. ſolutio.*
[c] *Aquinas part. 3. qu. 19. art. 3.*
[*] *Auguſt. tract. in Pſal. 44.*

Aduocatus. [b] In quem finem Chriſtus paſſus eſt? nempè primò vt NOS à peccati, & Dæmonis tyrannide liberaret: Secundò vt pœnam NOSTRIS peccatis debitam perſolueret. Tertiò vt cœlorum aditum, communi generis humani peccato intercluſum, NOBIS patefaceret. *Atque eadem eſt totius Scripturæ analogia. Vtra igitur opinio pietati ac veritati propiùs accedat, æquus Lector facile exiſtimabit.*

[b] *Catechiſmus Trident. in art. 4. Symboli.*

CAPVT. LVII.

Calumnia nona { *De articulo deſcenſus Chriſti ad inferos.* } { 1. *In genere, de eius approbatione.* 2. *De ſenſu genuino.* 3. *De effectu.* 4. *De articuli neceſſitate.* }

In primo de Immortalitate Animarum aduerſus Caluinum, & Brentium inuidiosè, inſidiosèque, agitur.

[a] *Colleg. Anglo-Rhemenſ. in nou. Teſt. in Indice. Tit. Hell.*
[b] *Fenardentius in Theomachia, lib. 6. cap. 1.*

Aduerſarius. [a] Caluiniſtæ negant hunc articulum. [b] Et Angliæ Miniſtri ſtatuerunt eum è Symbolo obli-

terandum esse, vt testatur Ric. Chenius, qui Londinensi Synodo adfuit. *Hoc mihi Anglo incredibile, Bellarmino vestro certè quidem non veri-simile videtur. Aduocatus.* [c] OMNES quidem CONVENIVNT quod Christus aliquo modo ad INFEROS DESCENDERIT. Caluinus hunc articulũ in PRAECIPVIS habendum putat: Catechismus Lutheri, Brentij, & aliorum hunc legunt. Sed tota quæstio est in eius explicatione. *Iam igitur ad sensum explicandum accingeris. Aduersarius.* [d] Brentius dicit quod descendere ad Inferos, est prorsus interire. *Vnde hoc deliramentum colligis?* Quia introducit Christum sic loquentem: Descendam ad Inferos, & sentiam dolores Inferni, & planè perijsse VIDEBOR: ergo, &c. *Ergo tu exsibilandus es, non refutandus: nam Scholarum parietes, mihi crede, quoties Aristotelicum illud,* Quædam videntur, & non sunt, *vsu tritum indies personantes tuam futilitatem explodere videntur. exempli causa. Aduocatus.* [e] Etiamsi Christus plus pertimuisse mortem VIDEATVR, quam multi alij Martyres, tamen timidior illis dici non possit. *En* videatur, *(Maldonate) quid sibi vult? caue insidias: ergo tu doces Christum plus alijs mortem pertimuisse? apage, inquies, pueriles ineptias. sanè. quibus tamen à Bellarmino tuo Brentius noster iniquissimè grauatur, nec Brentius solum. Aduersarius.* [f] Caluinus probat animam Christi non fuisse extinctam in Inferno, nec ruisse in perditionem. ergo videtur tenere aliorum animas in Inferno prorsus interire: hæc sententia refutatione nõ eget, nam est fundamentum Atheismi. *Te esse profligatissimum Sententiarum tortorem ostendit primò Reus.* [*] Eos deliros & phreneticos esse oportet, qui putant animos nostros vna cum corporibus interire; aut ita sopiri, vt perinde sit atque si interirent. *Vides, (si tamen vides) Caluinum opinionem eam, que vel* tanquam *interitum animarum admittit, seu meram phrenesin damnare. forsan Rei vocem renues, audi testimonium Stapletoni tui, vel saltem tuam: vbi de statu animarum verè Christianorum agitur. Aduocatus.* [g] Docet Caluinus Fideles POST MORTEM VIVERE in cœlis. *cum de statu Impiorum*

[c] *Bellar. lib. 4. de Christo cap. 6. per totum. De Immortalitate Animarum fictum crimen.*

[d] *Bell. quo supra cap. 7. in princ. Pingue sophisma.*

[e] *Maldonat. Ies. Comm. in Math. 26.*

[f] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 7. §. Videtur. Grandis impostura.*

[*] *Caluinus com. in 1. Cor. 15. vers. 18. teste etiam Feuardentio Theomach. lib. 8. c. 7.*

[g] *Stapletonus infra in Calum. 11.*

Impiorum. Asserit Caluinus [a] Impios VIVERE POST MORTEM. *Hæc est Caluini aperta constansque professio. & tamen pergit Aduersarius. & ne cum ratione insaniuisse videatur: Aduersarius.* [b] Ideo hoc mihi videtur, quia probat animam Christi non fuisse extinctam, quoniam non erat absorpta ab Inferno. Quid igitur est Caluino absorberi ab Inferno, nisi animam penitus extingui? *Respondeo primum de Reo, secundo de re. Primum. Aduocatus.* [k] Caluinus, in ψυχοπαρυπνία Descendere ad Inferos dicit esse penitus extingui, & interire, saltem iuxta QVANDAM APPARENTIAM, & OPINIONEM HOMINVM; quibus nimirum is, qui moritur, videri possit prorsus extingui, etiam quoad animam. *Absorberi ab Inferno, est Caluino, fateor, (fatente id quoq; hic nostro Iesuita) penitus extingui videri: sed tantum* videri, *& hominibus, & mortuarum animarum vitam mortalibus oculoris videri minimè valentibus: quam hominis animalis apparentiam, seu quas tenebras Christus iam* * Sol ille, qui tanquam Gigas, *cursum suum cœlestem auspicatus est, gloriosæ resurrectionis suæ splendore, dissipabat. Iam ad rem, quam exemplo non dissimili illustro. Aduocatus.* * Ioh. 17. Nemo ex ijs perijt, nisi filius Perditionis | [l] Ideo hoc in loco Iudas filius PERDITIONIS nominatur, quia erat ad INTERITVM, & PERDITIONEM destinatus, quamquam etiam sua propria culpa PERIIT. *Hæc tria verba,* Interitum, perditionem, perire, *Bellarmine, recole, quæso, & quid sibi velint discute an ita* perire, *vt omnino non sit, & an potius vt perditissimè misera sit? Scholam vestram appello.* [m] Vita animæ duplex est, Essentialis, & habitualis, seu relata ad aliud: illa in esse, hæc in BENE ESSE consistit. Anima Impij, quoad esse, nunquam perit; quoad bene esse in perditionem ruit. *Cum itaque nec ex verbis ipsis, nec ex consequentia verborum, nedum ex Caluini proposito, quem illi assingis, planè Atheismus elici possit, tamen* videtur mihi, *inquis. quid ego? non dicam cum Comico,* Deus effodiat istos occulos, qui plus vident, quam quod vident, *absit, sed Deus, precor, donet tibi mentem saniorem, vt videas quod*

[a] *Bell. ibid.*

[b] *Valent. Ies. Tom. 4. disp. 2. quæst. 4 punct. 2. in principio.*

* *Psal. 19.*

[l] *Maldonatus Ies. Com. in* * *Ioh. 17.*

[m] *Magister, & Aquinas vbi de Beatitudine tractant.*

[a] *Bell. quo ſupra.*

quod profectò etiam vides: [a] Aſſerit Caluinus animas poſt mortem viuere. *Ad Articuli ſenſum propiùs accedis.*

De Articuli ſenſu.

[b] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 7.* [p] *Suarez Ieſuit. in Thom. part. 3. qu. 52. Art. 8. §. 1.*

Aduerſarius. [b] Eſt ſententia Caluini Chriſtum pertuliſſe pœnas animarum damnatarum, & innuit eum in Inferno fuiſſe vſque ad Reſurrectionem. [p] Etiam poſt mortem in Inferno fuiſſe. *Vobis non licuit vel per otium percipere Caluini mentem, vel per odium confiteri: rectiùs illi, qui tamen nunquam ferè non obliquis oculis Caluini mentem cernunt. Aduocatus.* [q] Caluinus dicit Chriſtum has tam diras pœnas TANTVM IN CRVCE perſoluiſſe. *Non igitur in Inferno, id eſt Gehenna, idque aperte paſſim Caluinus docet: vereor interim vt doctiores veſtri ponant, quod vos Caluino imponitis. Aduerſarius.* [r] Certum eſt Chriſtum in Inferno pœnas Damnatorum minime fuiſſe expertum, vt contra Caluini impietatem oſtendimus: atq; hoc, quod dixi, certum eſt, & apud Orthodoxos omnes extra controuerſiam. *ain?* Orthodoxos *opinione tua*, omnes? *prudens ſcienſque falleris. Aduocatus.* [s] Dicit AQVINAS Chriſtū voluiſſe eſſe in Inferno, vt POENAS NOSTRAS IN SE ſuſciperet. *nec non alij.* [t] Medina dicit, ALIQVOS CATHOLICOS ſenſiſſe Chriſtum paſſum eſſe aliquas EXTRINSECAS POENAS DAMNATORVM in INFERNO; non tamen eo modo, quo Damnati, ſcz. inuoluntario, aut cum inordinatione, ſed voluntariè pro noſtris peccatis, & ex maxima charitate. *Iam charitatis veſtræ erit hic verum errorem Autorum veſtrorum inconſideratio zelo, ac pietati aſcribere, de quo Caluinum noſtrum falsò etiam Impietatis condemnaſtis. Opinio ſecunda. Aduerſarius.* [x] Alia eſt opinio Bezæ, & aliorum, per Infernum, Sepulchrum ſignificari; & nihil eſſe aliud Deſcendere ad Inferos, quam eſſe ſepultum. *Expoſitionem hanc vos, tanquam inſulſam, paſſim exagitatis, quam, licet non cum Articuli ipſius ſenſu ger-*

[q] *Colleg. Anglo-Rhemenſ. annot. in Math. 17. 47.*

[r] *Valent. Ieſ. Tom. 4. in Tho. diſp. Queſt 4. punct. 3. §. Quintò certum.*

[s] *Bell. lib. 4 de Chriſto cap. 10. §. Dubium.*

[t] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. qu. 52. art. 8. diſp. 43. §. 1. Scholaſticorum ſententia prava.*

[x] *Bell. quo ſupra cap. 9. Sepulchrum.*

mano

mano, attamen cum Scripturæ phrasi consentientem, tueri possumus. [x] In Hos. 1. Et ascendit de terra.] Hieronymus. id est, Resuscitabuntur, quasi ab Inferis mortui, qui ex Infidelitate mortui sunt : retinet & hæc interpretatio proprietatem verborum ; nam sicut morientes dicebantur in Infernum descendere, id est, in profundum terræ ; ita qui Resurgunt, merito de terra ascendere dicuntur. *Quid hæc sibi volunt ?* [y] Infernus pro sepulchro sumitur : & an Infernum descendere, pro SEPELIRI. *Et sanè plurima sunt Scripturarum loca, ubi Infernus pro sepulchro sumitur. Deinde, (neq; inter vos omnino convenit)* [z] Quidam Scriptores Catholici, citra pertinaciam tamen ; dixerunt nulla esse loca subterranea animarum; Christum quoque pertulisse pœnas Damnatorum ; Infernum in Scripturis nihil aliud esse quam sepulchrum. *Et (quæ est opinio tertia)* [a] Docuit Durandus Christum descendisse, quoad Efficaciam, non per Essentiam : & existimat, non credendum esse necessario, Christi animam reipsa secundum Essentiam descendisse ad Inferos. *addit.* Hanc Sententiam esse erroneam, probatur. *optimè. in Durando erroneam, in Calvino hæreticam vocas. sic numirum tæ soles calamum tuum, non in causam, sed in personam Distringere : quamuis non omnino erronea possit vobis videri, si quidem germanum, & non suppositituum Infernum, limbum vestrum, intelligere velitis.* [b] Per Effectum Christus in quemlibet Infernorum descendit, aliter tamen, & aliter in Infernum Damnatorum, habuit hunc Effectum, quod descendens ad inferos, eos de sua incredulitate & malitia confutauit. *Ad infernum igitur Damnatorum, si vobis credimus, non nisi per Effectum descendit. Opinio ultima.* [c] Opinio Catholica hæc est, Christum vere secundum Essentiam fuisse in Inferno. *Quam sententiam vestram nos quoque iuxta cum Augustana confessione libentissimè profitemur, non tamen quatenus vestram, sed quatenus veram, namque doctrinæ veræ vos fermentũ vestrum varium admiscuistis, à vobis necessario in tribus dissentiemus, de loco, tempore, Efficacia ipsius descensus, 1. Nos ad Infernum Damnatorũ: vos verò.* [d] Non descen-

[x] *Ribera Iesuita in Proph. Hoseam cap. 1. num. 132.*

[y] *Idem in Indice ipsius Voluminis Tit. Infernus. locum superiorem designans.*

[z] *Valent. Iesuita quo supra. punct. 2.*

[a] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 15. principio & in §. In hoc, &c.*

[b] *Suarez Iesuita in Thom part. 3. qu. 52 art. 2.*

[c] *Bellar. quo supra.*

[d] *Feuardentius in Theomachia lib. 7. cap. 1.*

dit Christi anima ad Inferos Damnatorum, sed ad locum, qui est sinus Abrahæ, vel communiter limbus Patrum dicitur. *Contra Augustinum, qui ait,* * Infernum nusquam in Scripturis in bono sensu reperiri. *Contra Athanasium.* * Omnia Inferni loca permeans. *Contra Theophylactum.* * Ex profundissimo loco. *Contra Fulgentium.* * Illuc vsq; descendit, quo vsque homo separatus est à Deo, id est, ad Infernum, vbi solebat Peccatoris anima torqueri. *At inter loca tormenti, & Requiei* * μέσα χάσμα. *Secundo vos tempus triduanum Christi descensui assignatis, nos vero quod Augustus.* * Dicit Dominus Latroni, Hodie mecum eris in Paradizo. | quemquam ne igitur tam Impium credimus, qui dicere AVDEAT, quoniam anima Saluatoris nostri TRIDVO illo corporeæ mortis apud Inferos custodiæ mancipetur ? *Tertium de Effectu nunc pluribus persequimur.*

* *Augustus.*

* *De Incarn. verbi Dei.*
* *In cap. 10. ad Rom..*
* *Lib. 3. ad Thrasimundum.*
* *Luc. 16.*
* *Contra Fœlicianum cap. 15.*

CAPVT. LIX.

De Descensus Christi { *Effectu,* / *Necessitate.*

[a] *Bellar. supra.*

[a] Omnes in eo consentiunt, quod Christus aliquo modo ad inferos descenderit, *Duo alia sunt quæ in hac expositionum dissensione me non mediocriter consolantur. vnũ, quod collatis inter se sententijs, Protestantes ampliorẽ quã Pontificij, diuinioremq; virtutem Christo merito ascribunt: alterum, quod huius etiam Articuli necessitatem firmius multo tenent atque constantius. Pontificij: (in quo quantos sequantur Autores infra) Aduersarius.* [b] Christus descendit ad Inferos vt inde animas defunctorum Patriarcharum sub veteri Testamento Fidelium ex limbo, seu carcere inferni educeret, vbi, ante eius aduentum continebantur. *Protestantes contra, virtute Redemptionis Christi futuri, Fideluim omnium animas ab origine mundi ab Inferni carcere satis redemptos fuisse. vos tantum hanc in Christo virtutem agnoscitis, vt*

[b] *Bill. quo supra cap. 16. Protestantes magis gratiæ diuinæ gloriam amplificant.*

animas

animas in Inferno incarceratas eriperet, nos etiam tantam, ne vnquã in Inferno incarceratas eſſent, quod ex Scripturis argumento ἀπὸ σκοπου firmo. Aduocatus. [c] Omnes Chriſtus SIMILITER redemit, ſiue ANTE Chriſti aduentum, ſiue poſt vixerunt, quique aliquando futuri erant; quamobrem [*] Apoc. 13. dicitur, [Agnus occiſus ab Origine mundi] & B. Paulus dicit, Chriſtum propoſitum fuiſſe propitiatorium PRAECEDENTIVM delictorum: id eſt, reuera precium poſtea ſolueretur, cuius reſpectu, quaſi ſub fidei-iuſſione quadam PRAETERITA etiam peccata fuerunt remiſſa: hinc STATIM poſt peccatum promiſsio Seminis benedicti facta, quo Serpentis caput contereretur. *Ita vt hoc verum ſit quod dicis,* [d] Sacrificium crucis non tantum iam habet effectum & fructum, verum-etiam ab exordio mundi in lege veteri, & lege naturæ habuit. *Si idem fuit effectum Redemptionis ante & poſt paſſionem, tum ex eadem lege gratiæ de ſtatu animorum defunctorum, doctrina eadem eſſe debet, vt ſi credimus animas noſtras immediate poſt mortem ſupremo cœlo donatas, veterum Fidelium animas orco infernali amandatas & emancipatas eſſe minimè credamus. quod adhuc confirmatur neruoſius, quia ex eodem æterno Chriſti merito efficitur Patriarcharum animas (ex ſententia Proteſtantium) à Pœna damni fuiſſe redemptas: quo (ex indicio veſtro) à pœna ſenſus liberati fuerunt. De limbo plura, paulo poſt.*

[c] *Greg. Valent. Ieſ. Tom. 4. in Thom. diſp. 1. qu. 19. punct. 4. §. Secundò ſequitur. & diſp. 6. qu. 11. punct. 1. §. Attratio.*

[*] *Apoc. 13.*

[d] *Ibidem.*

Secundò, Articuli Neceſſitas oſtenditur.

Si huius articuli Aſſertores ſunt maxime, qui eius notitiam explicitam magis exigunt. at. Reus. [*] Ego hanc particulam omittendam non cenſeo, vtpote quæ rei maximæ myſterium continet tam neceſſarium, vt præter-mitti nullo modo debeat. *At Ieſuitæ aliqui, dum decalogum repetunt, & Catechumenos inſtituunt ſuos, hanc particulam præter-nolarunt. Sic* [e] *Acoſta, ſic* [f] *Tolletus Ieſuitæ, Deinde alij explici-*

[*] *Calu. Inſt. de hos Artic.*

[e] *Lib. 5. de procurand. Indeiũ ſalute cap. 5.*

[1] *Tolletus 1 ſ. lib. 4. de Inſtruct. ap. 2.* [2] *Suarez 1eſ. in Thom. qu. 52. art 8. diſp. 43. §. 2.*

tam eius notitiam non neceſſariam eſſe defendunt. [2] Sequitur breue dubium, an veritas, de deſcenſu Chriſti ad Inferos, non ſolum de fide ſit, ſed etiam articulus fidei: ratio dubij eſt, quia in Symbolo Nicæno non continetur; & quod ab Apoſtolis poſitus non fuerat, argumento eſſe poſsit, quod Patres in expoſitione Symboli, Auguſtinus, Tertullianus, Origenes, Irenæus, eum omiſerunt. Reſpondeo. non eſſe omninò certum Apoſtolos eum Articulum addidiſſe, ſi per articulum fidei intelligamus veritatem, quam omnes Fideles EXPLICITE ſcire, & credere tenentur. Exiſtimo NON NECESSARIVM hunc computare inter articulos fidei, quia non eſt res ADMODVM NECESSARIA omnibus hominibus; & quia ob hanc cauſam fortaſſe in Symbolo Nicæno omittitur, cuius ſymboli cognitio VIDETVR eſſe SVFFICIENS ad præceptum fidei implendum. *Si quis forte Proteſtantium dixiſſet Articulum hunc non admodum neceſſarium fuiſſe, vah quantis illum clamoribus, & execrationibus excepiſſet?*

CAPVT. LX.

Calumnia 10. *Bezam percellit.*

[1] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in art. 2. 27. & Cenſura aduerſus Eccleſiam Anglic.*

ADuerſarius. [1] Beza appellat Chriſti corpus Cadauer, licet in Editione poſteriori neget id eſſe idoneum vocabulum cum de Chriſti corpore agitur. *ô eruditæ naris homines ſcz. quamuis enim hoc dictum (ac reuera fuit) inſolens, Chriſti corporis incorruptibilis maieſtate indignum vobis videretur, non vſque adeo tamen vos offendere debuit, quòd Beza verba corrigenda duxerit, quam placere, quòd non dicenda correxerit: cum præſertim qui primas habere ſapientiæ non potuit, ſecundas habuerit partes Modeſtiæ. nè tamen is huius, quicquid eſt, audaciæ Autor primus fuiſſe videatur, Athanaſium poſt hominum memoriam virum Catholiciſſimum conſulite. Aduocatus.* [2] Vt Chriſtus doceret (*inquit* [3] *Athanaſius*) corpus ſuum eſſe mortuum, non, priuſquam triduanum

[2] *Suarez 1eſ. in Thom. part. 3. qu 53. diſp. 45. art. 2.* [3] *Athanaſius lib. de Incarnat.*

CADAVER

CADAVER esset, excitauit. *quid tandem? Aduersarius.* [c] Hos errores, qui apud antiquos Patres pro exploratis hæresibus notantur, Protestantes pro orthodoxis dogmatibus amplectuntur. *Enimverò id Protestantibus alijs accedit, quod iampridem Lutherus expertus fuit.* [d] Multa in Lutheri libris damnari vt hæretica, quæ in antiquorum Patrum scriptis Ortho-doxa, imo vt pia leguntur.

[c] *Bell. lib. 4 de Eccl. Milit. c. 9.*

[d] *Erasmus supra in cap. 23.*

CAPVT. LXI.

Calumnia 11. de Beatitudine Animarum, in qua hæreseos Rei aguntur. { *Caluinus,* *Lutherus,* *Communiter* *Protestantes alij.*

Aduersarius. [a] Erant ex Hæreticis, qui abdita receptacula, vbi seruentur animæ, nec Deum videant, ante Resurrectionem, nec Beatæ sint nisi in spe docuerunt. eundem errorem habet, Lutherus, Caluinus, & Caluinistæ alij. *Quæro, quid si forte sic dixerint Protestantes? quid si vero non dixerint? si primum, tum illorum Autores, antiquos Patres hæreseos conuinci oportet: sin alterum, vos ipsos mendacij. Patrum iudicium præmittendum est, sed sine præiudicio. Aduocatus.* [b] Non pauci, neque infimi nominis Autores in ea fuerunt sententia, vt asserent Sanctorum Defunctorum animas, quæ ex hac vita discesserunt, non statim in Beatitudinem recipi; sed vsque ad diem Iudicij in quibusdam locis reseruari, vt interim nec Deum videant, nec beatæ sint. Euthemius, Tertullianus, Lactantius, Victorinus, qui MANIFESTÈ hanc sententiam docuerunt, Et priscis temporibus hæc res satis anceps, & dubia fuit. [c] Etiam Origenes, Irenæus, Chrysostomus, Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, Ambrosius, Bernardus, huic sententiæ assensi sunt, [d] Quibus addi Iustinus Martyr, Prudentius, Arethas, possint. *Licet igitur opinio contraria, postea definitione Ecclesiæ in Concilio Florentino probata fuit, tamen*

[a] *Bell. de Beat. Sanct. lib. 1. & 2. & 20.*

[b] *Vasquez Iof. Tom. 1. in Tho. disp. 19. cap. 1. num. 1 & num. 11.*

[c] *Stapl. lib. 1. de auctoritat. Script. cap. 2. §. 5.*

[d] *Sixtus Senens. Bibliotb. lib. 4. annot. pag. 345.*

tamen tot nobiliſſimorum Patronorũ vel nomina comprimere rabiem veſtram debuerunt, & monere ne quis veſtrum hoc nomine in Proteſtantes aſperius invehatur. hoc tamen præſtitiſtis ſtrenuè. Qui tamen ſi etiam ſententiam orthodoxam veſtrã profitentur, nemo non iudicet vos frontem iamdiù perfricuiſſe: nec tam quid, quam in quos dicatis cogitaſſe. agite, Reum primum producite.

1. *In Caluinum inuolant: eius ſententiæ pro veritate apertæ proferuntur.*

[a] *Bell. quo ſupr.* [b] *Vaſquez Ieſ: quo ſuprà.* [c] *Feuardentius in Theomach. lib. 8. ca. 7. & 8.*

Aduerſarius. [a] Hunc errorem Caluinus pertinaciter defendit, negans animas ſanctorũ rectà ad Deum ire, ſed ad Inferos, vel alium locum extra cœlum. [b] Huius erroris Aſſertoribus Staphylus annumerat Caluinum. [c] Vix credi poſsit, tantam in Hæreſiarcha Caluino cœcitatem extitiſſe, vt Libertinis feneſtram aperuerit, negandi immortalitatem animarum, quod tamen videtur feciſſe. non diſcedens à Sacrilegio aduerſus ſanctas, & Beatas animas, nititur ijs æternam gloriam extorquere; negans eas frui viſione Dei ante reſurrectionem, ſed tantiſper expectatione ſuſpenſas, inter ſpem & fidem adhuc proficere. *Hactenus veſtrum de Caluino præiudicium accepimus: nunc inſuper iudicium efflagitamus; & primò (id enim Bellarmine tua dignitas poſtulat) tuum. Aduocat.* [d] Caluinus locat Sanctorum animas in cœlo etiam ante Chriſti aduentum. *Optimè. Caluinus? Ecce Reus,* Etiam ante Chriſti aduentum? *Ergo ante Reſurrectionem.* In cœlo? *Ergo non extra cœlum.* Sanctorum animas locat? *Ergo non ſpe, ſed etiam re beatas. nunc porro, Feuardenti, cò grauius, quanto grauius Caluinum inſectaris, Iudicium tuum depoſcimus.* [e] Scribit [*] Caluinus vbi relicto mundo ad Deum migrauerimus, IPSVM tanquam propinquum, & poſitum oculis CERNIMVS. Rurſus tunc, [*] inquit, Deus IN SE VIDEBITVR, vbi ablatũ fuerit incorruptibilis huius naturæ velum: nam ſi, [*] inquit, animæ à corpore abſentes Deum habent præſentem, CVM EO certè

[d] *Bell. lib. 4. de Chriſto cap. 15. Tertio Caluinus. Caluini ſententia orthodoxa explicatur.*

[e] *Feuardentius Theomach lib. 8. c. 8. §. Min. mihi. & deinc.*

[*] *In 1. Cor. 13.*
[*] *In 1. Ioh. 3. 1.*
[*] *In 2. Cor. 5. 8.*
[*] *In Luc. 16. 12.*

certè viuunt. Et anima, * inquit, Latronis, quæ in fœdo corpore latuit, ab Angelo in BEATAM VITAM deferrebatur; Sic iam est filijs Dei. deinde Caluinus obiectioni occurrit. Frustra * inquit, nituntur nostri ἀπνολόγοι Conuincere Sanctos Dei seruos defunctos, nondum esse ingressos in regnum Dei, ex eo quod ijs dicetur, venite, possidete.] *Caluini sententias ponis; rectè faxis, vt sensum quoque eius rectè exponatur.* [f] Si animæ Defunctæ, vt ait Caluinus, oculis spiritualibus Deum cernant, præsentem, profectò NON HAERENT IN SVSPENSO donec Christus adueniat, vbi Apostolus publicè proclamat, [Scimus quoniam terrestris domus nostra huius habitationis dissoluetur, quod ædificationem à Deo habeamus, domum non manu factam, sed ÆTERNAM IN CŒLIS.] per Domum terrestrem corpus mortale significatur; per Domum æternam, fœlicitas, qua, post mortem corporis animæ fruentur cum Deo; hoc enim est quod statim subijcit, [voluntatem habemus peregrinari à corpore & PRAESENTES esse AD DOMINVM.] & certe huic interpretationi etiam CALVINVS ASSENSVM PRAEBET, *Sensum Caluinus passim orthodoxum imprimis palam perspicueq; suum tradidit: vos vero? Aduersarius.* Contrarium Caluinus pertinaciter docuit. *rursus.* Nos in hac causa Caluinum contradictionis reum peragimus. *Hic in Caluino Inconstantiam notat, ille pertinaciam: vtramq; accusationem copulemus (oritur, en, fœtus monstri similis)* Inconstans pertinacia, *quanquam Caluinus profecto nec veritati contrarius fuit, nec omnino sibi, illud docui, hoc doceo.*

* *Math.*

[f] *Feuardentius quo supra per integrum caput.*

Aduersarij suam Calumniandi libidinē satis produnt.

CAPVT LXII.

Sententiæ Caluini obscuriores explicantur, quas Aduersarij, quasi obtorto collo, in sensum contrarium pertrahere conantur.

AD uersarius. [a] Dicit * Caluinus solum Christum ingressum esse Sanctuarium cœli ad consummationem vsque

[a] *Bell. lib. 2. de Beatitud. Sanctorum cap. 1. §. Eundem.*

* *Lib. 3. Inst. cap. 20.*

vsque seculorum. solus, inquit, Populi, eminus in atrio residentis, vota ad Deum defert; ergo significat solum Christū in cœlum ingressum esse, cæteros omnes excludi. *Hæc ipsissima est Bernardi expositio. Vide* * *infra, Et alludit Caluinus ad* * *Exod. 28. vers. 9.* Reus sicut solus sacerdos sanctuarium ingrediens, populo autem in atrio astante, gestaret in humeris nomina Tribuum: ita Christus Mediator vota nostra per aspersionem sanguinis sui. *Iam si atrium fuisse partem templi, etiam interiorē probabimus: consectarium erit, eos qui in atrium cœli admissi sunt, è cœlo non excludi. at. Aduocatus.* [b] Tres fuisse partes templi nemo nescit, eam in qua populus consistebat, quæ aut templum, (nomine totius) aut atrium populi vocabatur. Secundam: Primum tabernaculum, vbi quotidie Sacerdotes mane, & vesperi thura incendebant. * Exod. 9. Tertiam, Sanctum Sanctorum, vbi erat arca Testamenti, quo semel tantum in anno summus Sacerdos peracto sacrificio ingrediebatur. Vtrumque tabernaculum describitur, Hebr. 9. 2. *Quid si etiam in cœlo Sanctos esse Caluinus diserte profiteatur?* [c] Si quis petat à Caluino, vbi fuerint ante Christi mortem animæ Iustorum: respondet: fuisse in cœlo. *O magnam vim veritatis! quæ, vel ex mendacissimis, aliquam extorquet confessionem sui, quamquam non sit hæc integra veritatis confessio. addis enim*, Caluinum negare Sanctos visuros Deum, ante resurrectionem. *quæ sententia si Caluino forte excidisset, nonne benigne exponenda esset potius, quam tam contumeliosè exagitanda?* [d] Irenæus lib. 5. Animæ Iustorum abibunt, inquit, in locum inuisibilem, definitum sibi a Deo, & ibi vsque ad resurrectionem commorabuntur, post, resurgentes venient ad conspectum Christi. Respondeo ad Irenæum, existimat eos non perfectam Beatitudinem consequutos, quæ consistit in corpore, & anima. & per locum inuisibilem quid prohibet intelligi cœlum; vbi est lux inaccessibilis? *siccine? illud igitur*, venient in conspectum Dei, *quid sibi vult? sed* [e] Irenæus in illum errorem impingebat, quo negatur animas defunctorum visione Dei frui ante resurrectionem.

Irenæus

* *Infra in hoc capite.*
* *Exod. 28.*
* *Locus Calui.*
[b] *Ribera Iesuit. in eum locum. Solutio.*
* *Exod. 22.*
[c] *Bellar lib. 4. de Christo c. 9.*
[d] *Bell. l. de Beat. Sanct cap 4. in eadem sententiam respondet Vasques Iesuita loco ex eo in ca. superiore citato. Aduersarij imprudentes Caluinum in patribus excusant.*
[e] *Semenf. Bibl. pag. 569.*

Irenæus Pater errat, excusatur. filius Caluinus rectè, pieq; sentit, ac profitetur, & rapitur in iudicium. instas secundo. Aduersarius. [i] Caluinus instit. lib. 3. Cap. 20. §. 6. dicit Sanctos defunctos vna nobiscum esse fide coniunctos, ergo negat eos videre Deum: quia vbi fides, non est visio. *Loquitur de fide Resurrectionis, quæ vel in beatis defunctis, etiam vsque ad Resurrectionem viget, non minus quam spes, vt supra Caluinus disertè habuit. at q; hic quoque debuisti sensum aliquem commodum admittere. nam Aduocatus.* [ii] Arethas dixit Sanctos sperare futuram gloriam. Commodè exponi potest, intelligit gloriam corporis in resurrectione. *optimè.* Commodè, *inquis*, exponi Arethas possit. *Tum profectò Caluinus non posset, non iniquè, & odiosè traduci. Caluini verba se apud æquos Iudices, ab hac Calumnia tua facile vindicabunt. Reus.* [iii] Sancti mortui toto animo, & aspectu in Deo hærere, deesse tamen adhuc quiddam, quod videre cupiant, supremam nempe gloriam implendam in die iudicij, quando satiabuntur aspectu vultus Dei, nec manere à morte fidem quam Apostolus aspectui opponit. 1 Cor. 13. *ecquid habes, quod hic mercepes, aut illudas? non omnino. Aduocatus.* [iv] In Heb. 11 39. Hi omnes testimonio fidei probati non acceperunt repromissiones, vt non sine nobis cõsummarentur.] Respondeo. Intelligit his verbis PERFECTAM BEATITVDINEM, animi, scz. & corporis, quam Sancti nondum sunt consequuti: quæ est communis Patrum expositio. non ait, ne sine nobis remunerentur (inquit Augustinus) sed, ne consummarentur. *instas tertio. Aduersarius.* [v] Calu. Instit. lib. 3. cap. 25 §. 6. ait coronam gloriæ deferri vsque ad Aduentum Christi. *Respicit Caluinus verba Petri. 5. 4. & per* Coronam *significat consummatam beatitudinẽ. Aduocatus.* [vi] Dicit quidem Bernardus Sanctos NON ante resurrectionem VISVROS Deum, & vsque ad resurrectionem esse IN ATRIO, post resurrectionem futuros esse in DOMO, id est in beatitudine. & nunc tantum STOLA prima vestiri, quæ est fœlicitas animarum, POSTEA SECVNDA STOLA VESTIENDAS, QVAE EST GLORIA

[i] *Bell. lib. 1. de Beat. Sanct. c. 1.*

[ii] *Bell. ibid. ca. 4.*

[iii] *In Psychopannychia.*

[iv] *Heb. 11 39.*

[v] *Bell. ibid. ca. 3. in resp. ad hunc locum.*

[vi] *Bell. ibid.*

[vii] *Bell. ibid. ca. 5.* § Ad locum Bernardi.

CORPORVM; non loquitur de ſimplici viſione, ſed illa perfecta, quæ habebitur in reſurrectione, & de perfecta gloria quæ in coniunctione Corporis erit. *Cum eadem prorſus ſit Bernardi, & Caluini ſententia, & pene ijſdem verbis expreſſa, quæ hæc peruerſitas eſt, Alterum à dexteris veſtris tanquam Sanctum Patrem collocare: alterum verò vt hoſtem & Hæreticum in ſiniſtram partem detrudere? tu tandem in omnes Proteſtantes impetum facis. Iamrurſus appello ad Regulam iuris,* Ne fiat vis in verbis; *ſed vt Autor quiuis, tanquam ſui interpres commodiſſimè adhibeatur, & dicta dubia, aliena, inuſitata, eiuſdem Autoris dictis perſpicuis, propriis, frequentibus illumentur & explicentur. illuſtriora multa Caluini dicta produximus, hoc vnum ſubiungam inſtar Coronidis:* * *Reus.* Dominus quidem moriens dixit: Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.] Similiter Stephanus Chriſtum rogabat; en de animabus, nunc de Corporibus, dicit Paulus, Iam nos reſurrexiſſe, non ſignificat nos illa glorioſa vita nunc frui, quæ in ſpe ſita eſt, ſpes enim abſentium eſt. Quamdiu vero degimus in hoc mundo peregrini ſumus expectantes, quoad bona nobis promiſſa præſtentur, quodque nobis nunc proponitur in ſpeculo, & in figuris obſcurioribus coram intueamur. Abſumus à Deo, ait Paulus, quia fide ambulamus, non autem oculis cernimus, aut reipſa fruimur; proinde laboramus ſpe QVIETIS POST MORTEM POTIVNDAE, credimus quod nobis per os Pauli dictum eſt, nos, cum terreſtre hoc Domicilium dirutum fuerit, PERMANENTEM IN CŒLIS DOMVM HABITVROS, IDEOQVE ex hoc Carcere cupimus migrare, vt SIMVS CVM DOMINO BONIS OMNIBVS PERFRVENTES: Nam ſi Fidelium animæ SIMVLAC SEPARATAE ſint a corporibus VIVVNT CVM DEO, ac fœlici REGNI GAVDIO POTIVNTVR: tamen perfecta omnium filiorum Dei fœlicitas, vſque ad ſecundum Chriſti aduentum defertur. *Hic Caluini locus ſuam innocentiam aſſerit, tuam damnat Conſcientiam: nam quod ille voluit, aſtute diſſimulas: quod non voluit, malitioſe fingis,*

Caluinus ſui interpres.

* *Caluinus aduerſus Libertinos cap. 22.*

fingis. Concludam ego pro Caluino ex Calamo, quem ille contra Caluinum diſtrinxit. Aduocatus. [l] Etiam Caluinus eos cenſet * DELIROS, & Phreneticos eſſe, qui putant animos noſtros aut vna cum corporibus interire, aut ita ſopiri, vt perinde ſit, ac ſi interirent. Et iterum: Colligi recte poſſit, inquit * Caluinus, ex verbis Pauli, animas à corporibus ſolutas APVD DEVM VIVERE. *Quoties igitur defunctas Fidelium animas de Beatitudinis gloria ſuſpenſas facit, ſatis conſtat, non de loco cœleſti, ſed de gradu, nec de Beatitudine ipſa, ſed de animæ, & Corporis Beatitudine (quæ non ante Diem Reſurrectionis perficitur) conſummata, eſſe loquutum.*

[l] *Feuardentius Theomach. lib. 8. c. 7. § Min. in.*
* *Caluin. verba Comm. in 1. Cor. 18.*
* *In 2. Cor. 5. 8.*

In hac cauſa porrò Luthero litem intendunt.

Aduerſarius. [m] Eundem errorem Lutherus habuit in Prælect. in Gen. vt Staphylus citat. *Tibi libuit plus credere Staphyli tui oculis, quam tuis nimis credulus, minus eſt credendus. Lutherum verba ſuaue ſonantem audiamus. Reiu.* * Nos quando emigramus ex hac vita rapimur in Chriſti ſinum. *Rurſus.* Nos certi ſumus Saluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum ſedere ad dextram Dei Patris, & expectare nos decedentes ex hac vita. Quandocunq; igitur excedimus è viuis ad Epiſcopum animarum noſtrarum egredimur, qui recipit nos in manus ſuas: is noſter Abraham eſt, cuius complexu fruimur, is viuit, imo regnat perpetuo. *Etſi de gradu gloriæ Lutherus (quæ fuit eius docta ignorantia) ſtatuere nihil voluit: at de ipſa Beatitudine hæc ſatis Orthodoxè elucubrauit.*

[m] *Bell. quo ſupr. & Vaſquez Ieſ. quo ſupra.*
* *Lutherus in Prælect. in Gen.*

Poſtremo loco Proteſtantibus alijs ferè omnibus crimen inferunt.

Aduerſarius. [n] Eundem errorem Caluiniſtæ tenent, qui nolunt Sanctos Martyres, è mundo proficiſcentes, rectâ

[n] *Bell. quo ſupra cap. 4.*

ad Deum ire; ſed ad Infernum, aut alium locum extra cœlum. *Siccine?* Extra cœlum? *Tu (quod ſoles,) toto cœlo erras: Illi reprehenduntur ſcilicet à vobis, quaſi animas Fidelium defunctorum* extra cœlum *credant, qui ideo à vobis reprehenduntur, quòd Fidelium animas extra cœlum credere noluerint.*

Præceps Aduerſarij querela.

Aduocatus [a] Obijciunt nobis Proteſtantes loca Scripturarum, & Patrum, in quibus duplex ſtatus eorum, qui moriuntur, ſignificatur; Impiorum in ſupplicium æternum, Iuſtorum in vitam æternam, & deinde huiuſmodi Scripturarum teſtimonia proferunt, & vrgent, quibus determinatè ſignificari videtur, eos, qui ex vita diſcedunt, in ſtatu gratiæ STATIM recipi AD BEATITVDINEM. vt Apoc. 14. Beati qui moriuntur in Domino, requieſcunt à laboribus. Si, inquiunt, Beati omnes, tum nulli Purgatorij, cruciatibus detinentur. Denique obijciunt ex Auguſtino, NVLLVM LOCVM MEDIVM eſſe poſt hanc vitam, præter regnum cœlorum & infernum damnatorum. ergo (*inquiunt*) nullus locus Purgatorio relinquitur. *Et (vt appareat te nuſquam non eſſe tibi Aduerſarium, teſte Bellarmino.* [b] Octaua obiectio Proteſtantium ſumitur ex 2. Cor. 5. Si domus terrena diſſoluitur, habemus æternam in cœlis. recta igitur, inquiunt, fideles poſt mortem transferuntur in cœlum. *Quid igitur Caluinus, alique, quos Caluiniſtas vocatis, planè non ſenſerit ſatis conſtat; quid veſter Pontifex ſenſerit, dic tu ſodes.* [c] Iohannes 22. reuerà ſententiebat animas non viſuras Deum ante reſurrectionem. *Ergo nec noſter Iohannes Caluinus nobis obiectandus fuit, & Iohannes Papa veſter à vobis non excuſandus.*

[a] *Valent Ieſ. lib. de Purg. cap. 8. & colleg. Anglo-Rhem. annot. in Apoc. 14. 13.*

[b] *Bell. lib. 1. de Purgat. Pontifex reus eſſe conuincitur, obiect. Proteſtantibus crimi.is.*

[c] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14. §. Reſpondeo* in-primis.

CAPVT. LXIII.

Calumnia 12. *in qua* { *Lutherum & Caluinum in eodem cum Libertinis voluptabro hærere volunt.*

HOc in loco duo præſtare enitar, primum, Reos contritionem, ac pœnitentiam nullam, niſi omnino pœnitendam connellere,

uellere. Secundum, Proteſtantes etiam contritionem grauiorem Chriſtianis præſcribere, quam vel rigidiſſimi Ieſuitæ, aut vlli Indulgentiarum Inſtitores libenter velint admittere. de primo. Aduerſarius. [a] Lutherus & Caluinus tam ſunt Libertini vt doceant contritionem in homine, aut hypocriſin, aut deſperationem generare. [b] Aduerſus quam Lutheri blaſphemiam in Conc. * Tridentino definitum eſt, huiuſmodi dolorem eſſe vtilem. *Tam iuſtè queritur Lutherus hic ſibi fieri iniuriam, vt ſit miſerandus vel hoſti. Aduocatus.* [c] Malitiosè Aduerſarij mei (inquit Lutherus) hunc articulum congeſſerunt, NON enim NEGAVI contritionem. hæc tile. Ego quidem de quibus loqueris neſcio, neque enim mihi animus eſt priuatas quorundam opiniones tutari. *quid non dixerit Lutherus, Roſſenſis, oſtendiſti: quid inſuper dixerit explica.* [d] Dixi, inquit Lutherus, fidem ſine contritione eſſe non poſſe, cum gratia infundatur, non niſi magna animi concuſsione, iam ſeipſum reſoluit. *Et ſeipſum, quaſo, plenius reſoluat. Reuc.* * Quod ſi Aduerſarij dixerint ſe loqui de Contritione in charitate facta, NVNQVAM docui eum hominem HYPOCRITAM FACERE, qui meum Articulum damnant, de contritione naturali EXTRA FIDEM loqui eos oportet. *Tam orthodoxè vt auſit cuiuſquam Chriſtiani conſcientiam de huius veritate atteſtari.* * Eat quiſque in cor ſuum, & non mentiatur ſibi-ipſi, ac reſpondeat mihi an non cor ſuum ita inueniat, vt mallet legem nullam eſſe; an non odiat pœnam peccatorum eſſe, an in affectu non vellet peccata non eſſe prohibita? *Videtis qualem dolorem Lutherus damnat, ſeruilem prorſus, &, vt cũ veſtro ſummo doctore loquar,* [e] Ipſam ſeruilitatem. *At Aduerſ.* Dolor ſeruilis vtilis eſt, nam vt* Auguſtinus Timorẽ pœnarum ita inducere charitatem docet, ſicut ſeta Sutoris introducit linũ; Si nullus eſt, inquit, timor; non eſt qua intret charitas, ſicut videmus per ſetam introduci linũ, quando aliquid ſuitur. Ergo eſt vtilis. *Vtilis eſt: quis negat? Ergonè non facit Hypocritam, ergonè non ad deſperationem erumpit? non poteſt ſummus Scholaſticus ita deſipere, vt neſciat diſtinguere*

[a] *Colleg. Anglo. Rhemen. annot. in 2. Cor 9.*
[b] *Valent. Ieſ. Tom 4. in Tho. diſp. 7 qu. 2. punct. 3. §. Rectè.*
[c] *Epiſc. Roſſenſ. art. 5. aduerſus Luth.*
[d] *Ibidem. Contritio quam Lutherus oppugnauit.*
* *Luth. Art. 6.*
* *Ibid.*
[e] *Aquinas 2. 2. qu. 19. art. 4.*
* *Valent. Ieſ. quo ſupra.*
* *Tract. 9. ſuper 1. Epiſt. Ioh. Dolor ſeruilis quatenus vtilis.*

gnere inter rem per accidens vtilem, & ſua naturâ malam. Venenum, quod, cum eſt naturæ humanæ inimiciſſimum ſubſidium tamen adfert, medica ſi adhibeatur manu; quod corpori venenum, id ſeruilis Gehennæ timor animæ adfert: veneni ingenium ſi ſpectemus verè dicimus interitum machinari; ſic ſeruilis Timor alioqui hypocriſin & deſperationem ingenerat: ſi illis ars humana, huic diuina gratia acceſſerit, vtrumque vtile & ſalutare efficitur: non quod (ſi proprie loqui velimus) alterutrum ſua naturâ ſit, ſed quod, alienâ virtute, iam fit vtile; hoc non modo ratio, verum etiam res ipſa demonſtrat. Aduocatus.

[a] *Valent. Ieſ. quo ſupra.*

[a] Nos aſſerimus ſi quis propter pœnas, tanquam propter MAXIMVM, quod horreret, malum, ſummoque auertendum de peccatis doloret, OMNINO FORE MALVM, quoniam orietur ex peruerſiſſimo ſui amore. Secundo ſi quis mouetur timore pœnarum, & propoſito vitandi pœnas, vt conditione, SINE QVA NON, doleret de peccatis, hic timor etiam malus eſt, & à pio animo alienus. *His fundamentis iactis, fundamenta Lutheri (quod tamen Valentianæ moliris) nunquam profectò poſſis labefactare. 1. quia, ſi Contritionem rectè definiamus;* [b] Contritio non eſt timor Gehennæ, ſed animæ dolor de peccatis. *Et* [i] Formalis amor Dei, per ſe loquendo, eſt NECESSARIVS ad iuſtificationem, vt medium. *Eadem fuit B. Auguſtini elegans conſtansque aſſeueratio. Patronus.* * Qui carnali metu præcepta facit, proculdubio INVITVS facit, ac per hoc in animo NON facit; mauult enim animo NON FACERE, ſi ſecundum ea, quæ cupit & metuit, permittatur impunè, ac per hoc INTVS eſt Reus, ſi ipſe qui præcipit, inſpicit Deus. *Rurſus.* * Seta prius intrat, ſed niſi EXEAT, non ſuccedit linum: ſic timor primò intrat, NON autem MANET, quia perfecta charitas FORAS mittit timorem. *Deniq;.* * Veram pœnitentiam non facit niſi ODIVM PECCATI, & AMOR DEI, huius ſacrificij ignis eſt dilectio. *Comparemus hunc Auguſtini* Inuitum *& illum Lutheri* Hypocritam, *& facile ſentiemus, in ipſo Luthero Auguſtinum eſſe loquutum. Maiora molimur.*

Cauſa Lutheri probatur & approbatur.

[b] *Lindanus panopl. lib 4. c. 64.*

[i] *Suarez Ieſ. Tom. 4. diſp. 4. Sect. 2. Aſſertio 1.*

* *Auguſt. lib. 3. contra duas epiſt Pelag. ad Bonifacium. cap 4.*

* *Tract. 9. ſuper 1. Ioh.*

* *Serm. 7. de Tempore.*

Secunda

Secunda Assertio: Protestantes in Pœnitentibus Contritionem maiorem, & veriorem quam Pontificij, exigunt.

Aduersar. [k] Pœnitens, si vel pusillus dolor sit, absoluitur a culpa. [l] TENVIS dolor sufficit. Contritio IMPERFECTA. [m] Vel QVOCVNQVE gradu [n] REMISSA potest delere, vel grauissimum peccatum. *Hæc igitur Pontificiorum fuit de Remissa Contritione grauis & trita defensio. Protestantes verò. Aduocatus* [p] Gratia, inquit, Lutherus, non infunditur, nisi cum MAGNA animi CONCVSSIONE. [q] Docet Kemnitius Contritionem ACREM, & VEHEMENTEM esse debere. & Caluinus, nullos, nisi Conscientia peccatorum VVLNERATOS, syncere Dei misericordiam implorare. *Doctrina hæc est ἀνωθεν dictante id Spiritu Sancto.* [r] SCINDITE corda.] *Et.* [s] Dole quasi PARTVRIENS.] In AMARITVDINE animæ.] [t] TRISTITIA quæ secundum Deum. &c.] *Et passim alibi idem præceptis & exemplis Scripturarum comprobatur, quibus, ac par est, Patres suffragantur. Patronus.* [u] Conuertamur ad Dominum, & pœnitentiam criminis veris DOLORIBVS EXPRIMENTES, Dei misericordiam deprecemur. [x] In pœnitentia NON tam consideranda est MENSVRA temporis, quam DOLORIS. [y] Vera Pœnitentia est iugiter FLETIBVS commissa diluere, & abluta non iterare. [z] Μετανοια est recipiscentia, vt quis SE ACCVSET DEMENTIAE, & CASTIGET ad rectius viuendum. *Sed non licet in istis immorari: â Contritione ad Confessionem transeamus.*

[k] *Reffens. Epis. art. 5.*
[l] *Maldonat. Iesu. in Summ. qu. 16. art. 1.*
[m] *Acosta Iesu. lib. 5. de Salut. Indorum. cap. 11.*
[n] *Suarez Iesu. Tom. 4. disp. 4. Sect. 4. num. 9.*
[o] *Tolletus Iesu. lib. 3. de Instr. Sacerd. cap. 5.*
[p] *Reffens. quo supra art. 12.*
[q] *Bell. lib. 2. de Pœnit. cap. 19.*
[r] *Ioel. 2.*
[s] *Mal. 4.*
[t] *Is. 38.*
[u] *2. Cor. 7.*
[x] *Cyprianus serm. de Lapsis.*
[y] *Augustinus Enchirid. ca. 65.*
[z] *Hieron. in Psal. 118.*
[a] *Lactantius lib. 6.*

CAPVT. LXIIII.

Calumnia vltima de Confessione Protestantes omnes vrget.

Status Quæstionis.

[a] ADmittit Caluinus Confessionem generalem, quam minister pro se & populo in ecclesia faciat. [b] Admittit etiam

[a] *Bellar. lib. 3. de pœnit. ca. 1.*
[b] *lib. 3. Inst. ca. 4. §. 7. 11. 12.*

etiam Confeſsionem priuatam coram paſtore, quando quis ita angitur, & afflictatur peccatorum ſenſu, vt ſe explicare, niſi alieno adiutorio, nequeat: ſed addit hanc moderationem, libera ſit, nec ab omnibus exigatur, nec neceſſario de peccatis omnibus. Eſt enim (inquit Melanchthon) enumeratio omnium impoſsibilis. Kemnitius docet priuatæ confeſsionis vſum in generali profeſsione peccati conſiſtere vt abſolutio petatur, ſed monet auditorum iudicia de peccatorum gradibus, de ſtipendio peccati, de fide in Chriſtum, de ſua pœnitentia, & emendationis propoſito, eſſe exploranda. *Quid eſt igitur in quo a vobis diſſentiunt?* Omnes Proteſtantes in eo conueniunt, vt non ſit neceſſarium omnia peccata ſacerdotibus confiteri: in quo Eccleſiæ noſtræ Catholicæ Confeſsione tanquam non neceſſariam, imo etiam peſtilentem è medio ſublatam cupiunt. *De ſententiarum varietate conſtat, de veritate diſſeremus.*

Bell. quo ſupra.

Romanæ Confeſſionis { 1. *Antiquitas,* 2. *Aequitas diſcutitur.*

Aduerſarius. [b] Audiani hæretici dixerunt confeſsionem auricularem non eſſe neceſſariam, ſic Lutherani. [c] Quam probabimus eſſe iure diuino antiquiſsimam, [d] Et à Chriſto ſalubriter inſtitutam, *qui contra ſentiunt hæretici ſunt cenſendi? Aduocat.* [e] Sunt etiam inter Catholicos qui putant nullum eſſe PRAECEPTVM diuinum de confeſsione, vt OMNES decretorum interpretes & inter SCHOLASTICOS Scotus. *addis. Aduerſarius.* [f] Sed tamen hæc opinio aut iam declarata eſt ſatis tanquam hæreſis ab Eccleſia, aut operæ-prætium faceret eccleſia, ſi declararet eam eſſe hæreſin. *Dogmaticè & planè magiſtraliter. Enimvero, ſi Landano tuo Credimus, iamdiu hæc hæreſis in Audianis damnata fuit, cum tamen aut declarata eſt, aut declarãda eſt quam hæſitanter? nimirum tibi in animo eſt hæreſin nouam fingere alli antiquam aliam Proteſtantibus affingere. nobis incumbit probare*

[b] *Lindan. panop. tabul. 4 & Bell. quo ſupra.*
[c] *Bellar. quo ſupra.*
[d] *Gretzer. Iob. in Apo. lib 3. ca. 2.*
[e] *Mald. Ieſ. in Summ. qu. 18. art. 4.*
[f] *Ibidem.*

hæc Articularem veſtram & impoſſibilem eſſe & non neceſſariam.

Eſſe Impoſſibilem.

Adverſar. [z] Dicunt Proteſtantes Confeſsionem noſtram eſſe impoſsibilem. *Hos tu oppugnas cæterum. Aduoc.* [a] Scholaſtici nimium arguti homines talem confeſsionem priuatam reddiderunt, vt grauis & Sanctus Theologus ſæpè teſtatus eſt, eam iuxta illorum DEVTEROSEIS, IMPOSSIBILE eſſe nobis confiteri. *Nos ex veſtris de Confeſsione principijs huius cenſuræ veritatem luculentam oſtendemus. Agite, veſtris enim inſiſtemus veſtigijs.* [i] Quandò confeſsio culpabiliter non eſt integra, defectu MATERIAE neceſſariæ ipſa confeſsio omninò nulla eſt. *Materia, quæ eſt ipſum peccatum, vel in actione, vel in actionis circumſtantijs, conſideratur: peccatum in actione ipſa, in mortale & veniale Diſtinguitis. de mortali.* [k] Mortalia OMNIA ſunt NECESSARIO confitenda. *Venialia verò.* [l] Multi Scholaſtici dixerunt VENIALIA OMNIA eſſe NECESSARIO confitenda. *Subiungis.* Sed contraria Sententia eſt probabilior, quam Con. Tridentinum probauit. [m] Quæ eſt veritas Catholica. *Imò nec Catholica, nec ſanè probabilis, modò principijs veſtris conſtare velitis, ſic enim ſtatuitis.* [n] Vnus finis confitendi eſt, vt obligaretur homines, nè ipſi Iudices eſſent, an habeant peccatum, & an illud ſit mortale, an veniale, quia plerumque, imperiti ſunt, ideóq; COGENDI ſunt EXPONERE QVICQVID FECERVNT, Sacerdoti, vt iudicet peccarunt, nec-ne: & proprius finis cõfeſsionis eſt, vt Peccatores vi clauium obtinerent remiſſionem peccatorum. Quapropter Sacerdos debet omnia remittere, & quia non poteſt remittere, niſi qui audit, omnia debet audire. *Ideò, inquitis, proferenda peccata ſunt, vt iudicari; iudicanda vt remitti poſſint, in illo finis proximus, in hoc vltimus conſiſtit, vterq; opinione veſtra neceſſarius: quibus, quaſi pedicis, & manicis veſtris, vos conſtringi & coarctari*

[z] *Bell. quæ ſuprà.*

[a] *B. Rhenanus in Arg. in Tert. de pœnit.*

[i] *Suarez Iuſ. Tom. 4. diſp. 22. §. 6.*

[k] *Ibid.*

[l] *Maldona. Iuſ. quæ ſuprà.*

[m] *Suarez quæ ſuprà §. 2.*

[n] *Maldonatus Iuſ. Summu. qu. 18. art. 8 & art. 3 & art. 4. Confeſſionis auricularis finis.*

Luculenta ratio.

necesse est. Primò de Iudice. Si Sacerdos index necessariò constituitur, vt quæ sint in hominibus mortalia peccata discernat, tum quicquid peccato mortali obnoxium esse potest, est Sacerdoti exprimendum : ita homines non modo Iudicibus ipsa peccata mortalia, verùm & omnes omnium partium corporis actiones, omnes cordis affectus, omnes denique animarum conceptus intimos confiteri cogantur. quæ singula nec Satan, qui [a] *Apoc. 12. 10.* *est* [a] *κατήγορος τῶν ἀδελφῶν*, Acculator Fratrum *enumerando consequi possit. Hæc de fine proximo. vltimus sequitur. Exponuntur, inquit, vt remittantur : cur non igitur tenemur etiam venialia confiteri? aut quia remissione opus non habent, aut quia venialia omnia Confessori repetere, vel Confessario attendere, est impossibile. si primum, tum illud placitum vestrum infringitis.* [b] Venialia, quia solui & remitti possunt, materia esse possint Confessionis. *Sin alterum, Iudicium Sacerdotis auriculare, quod fingitis, est penitus abrogandum. Ad Confessionis materiam remotiorem, attamen, iudicio vestro necessariam, reuertamur.* [c] Actiones aliæ, *inquitis*, mutant speciem, HVIVSMODI eodem præcepto diuino DEBEMVS CONFITERI, quo mortalia. *v. g.* Qui furatur propter adulterium, est in actione fur, in fine Adulter. Aliæ speciem non mutant, quarum insuper aliæ peccatum augent, & aggrauant, aliæ minuunt. [d] Quæ notabiliter aggrauant peccatum, in confessione EXPLICARE est NECESSARIVM. Cuius generis sunt septem. Prima, QVIS v. g. an personam priuatam vulnero, an publicam. Secunda, QVID. v. g. an à Diuite furatus fuerim, an paupere. Tertia, PROPTER QVOD. v. g. an mœchatus propter homicidium. Quarta, QVOMODO. v. g. an occidendo vulnera multiplicauerim. Quinta, QVIBVS AVXILIIS. v. g. an opera filij sum vsus in homicidio. Sexta, VBI. v. g. vtrum in loco publico scelus perpetrauerim. Septima, QVANDO, v. g. an tempore diei festi. *Quid si Circumstantiæ peccati minuere possunt?* [e] Pertinent ad Iudicium Confessarij. v. g. an lacessitus intuli iniuriam. [f] Nec Sacerdos remittit vllum peccatum, nisi Pœnitens proferat, quæ debet omnia.

Dilemma.

[b] *Maldonat. Iesuit. quo sup. art. 2.*

[c] *Maldonat. quo sup. art. 9.*

[d] *Suarez Iesuit. quo sup. §. 2. Labyrinthus auxietatis.*

[e] *Maldonat. quo sup. art. 9. & 6.*

[f] *Suarez quo supra §. 1.*

omnia. *Hæc ſingula, quæ ex Ieſuitarum amphoris deprompta, quanta potui breuitate perſtrinxi: expendat Lector, & judicet, an tam multorum hominum peccatorum genera tam multa explorandi curæ atque oneri Deus vllus mortalis ſufficere queat. De Impoſſibilitate ſatis, Reliquum eſt vt de Neceſſitate, vel potius non neceſſitate eius paucis agamus.*

CAPVT. LXV.

Confeſsionem Romanam non eſſe neceſſariam.

Aduerſarius. [a] Negant Hæretici noſtram Confeſsionem eſſe neceſſariam. [b] Quæ fuit à Chriſto ſalubriter inſtituta. *Hoc primum ex Teſtium confeſsione. Secundo, ex ratione examinandum eſt. Aduocatus.* [c] Propoſitum confitendi in lege veteris Teſtamenti NON ERAT NECESSARIVM. *Sed addis.* At modo eſt. *minime. nam.* [d] NONDVM perſuaſum eſt horum temporum ſacramentalem confeſsionem fuiſſe à Chriſto ipſo inſtitutam. [e] Melius dicitur ab Eccleſiæ traditione, quam noui, aut veteris Teſtamenti autoritate inſtituram fuiſſe, quæ NON eſt apud GRAECOS NECESSARIA, ad quos non manauit. [f] Plures Religioſi etiam Confeſsionem ſecretam non neceſſariam eſſe cenſuerunt. Ambroſius, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophylactus, & alij Patres Græci. [g] Publica exomologeſi vſi ſunt Antiqui MVLTIS SECVLIS PRIVSQVAM iſta ſecreta naſceretur, de qua Tertullianus nihil habet, quæ penitus id temporis ignorabatur; [h] Quamque Panormitanus, & Gerſon, non neceſſariam eſſe contenderunt. *Præcipua Ratio neceſſitatis, quæ obtendi ſolet, eſt, quod homines hoc pacto a peccatis magis deterreantur. at vero* [i] Theologus quidam optime conſultum ire Indicis dixit, & SCRIPSIT, ſi confeſsionum obligatio tolleretur. *Quid ita?* Ne tot, inquit, & tam grauia Sacrilegia perpetrare cogantur. *Sic ille cui quomodo occurras aueo*

[a] Bell. quæ ſupr.
[b] Gretzerus Ieſ. in Apolog. li. 3. cap. 2.
[c] Tolletus Ieſ. lib. Inſt. tract. de Conf. ff.
[d] Eraſm. in Ep. de amabili Eccleſiæ cõcordiâ.
[e] Gloſſator apud Grat. decret. de Pœnit. diſt. 5. cap. In pœnitentiâ.
[f] Gratianus ipſe ibid.
[g] B. Rhenanus præfat. in Arg. Tert. de pœnit. Quod eius de antiquitate teſtimonium vſq. adeo viris Pontificijs inuiſum eſt, vt nihil habeant aliud quod reſpondeant præter illud Imperioſum Deleatur. Index Expurg. 19. Idem Polyd. Virg. lib. 6. Inuent. cap. 1. & in eandem ſpongiam incumbunt Deleatur. Index Expurg. 196.
[h] Valen. Ieſ. l. 2. de Miſſa, cap. 4.
[i] Acoſta Ieſ. l. 6. de procurand. Ind. ſalute, c. 16.

[k] *Ibidem.*

scire. [k] Si peruersis remedio quouis abutentibus isthæc erit ratio medendi, tolle Matrimonia, ne sint Adulteria; & sic de alijs. ne bonum malitia conuertat in virus, quin potius apud Sapienter & recte omnia æstimantem. Pluris est quod pauci electi per Medicinam sanantur, quam quod plures Reprobi per illius abusum deteriores fiunt. *Quibus verbis non obscure largiris, plures per Confessiones indies fieri deteriores. Ex quo sequetur eas necessario potius removendas esse, quia in remedijs ab humano ingenio institutis, semper abusus generalis tollit vsum. Contra necessitatem confessionis vestræ argumentum vnum proferam, ex principijs vestris deductum, principium primum.*

[l] *Maldonat. in Summula qu. 18. art. 5.*

[l] Quæstio est quando præceptum Confessionis aliquam obliget; COMMVNIS OPINIO est, præceptum diuinum de Confessione obligare solum SEMEL in anno. *Et tamen.*

[m] *Catechismus Tridentinus.*

[m] In Oratione Dominica coniunctæ sunt hæ petitiones, Da nobis hodie panem. | Et Condona nobis peccata. | Docent orandum esse QVOTIDIE pro Remissione peccatorum. *Disputo. qui hodiè peccati mortalis Reus, animo pœnitenti à Deo per Christum Iesum remissionem deprecatur, aut è constitutum illud tempus confitendi, remissionem impetrat, vel non: si non, cur Remissionem etiam quotidie petit a Deo? si obtinet, cur ab homine etiam annuatim expectat? non hæc ideo a nobis disputantur, vt Confessionem omnem sublatam Christianis velimus, absit! vehementer Confessionis vsum optamus: sed antiquam illam, quæ iam-diu (proh dolor!) ex orbe Christiano exulauit. quia.*

Dilemma.

[n] *Maldonatus Iesf. Summula qu. 20. art. 1.*

[n] Confessio longo tempore in Ecclesia prisca est olim facta publica. *Pro qua exomologesi veteres Patres tam acriter contendunt, Tum etiam secretam, sed non extortam illam, aut numerorum aut temporum legibus alligatam: sed liberam omnino: quoties periculum est ne Pœnitens vel dubiorum peccatorum anxietate afflictim torqueatur, vel certorum onere opprimatur. De illa vestra absolutione, veveor, vt vere dici possit quod de aqua lutosa Philosophus:* Qui hic lauat, *inquit,* vbi lauabitur?

Calumniarum

Calumniarum Superiorum, tantum ex dictis Iesuitarum conflata Synopsis.

Prima Obiectio. [a] Protestantes cum Atheis negant omnipotentiam Dei. *Solutio.* In illis verbis Dei omni-potentia non negatur. *Secunda,* [b] Luthero displicuit nomen Trinitatis. *Solutio.* Lutherus Symbolum Athanasianum amplectebatur, in quo Trinitatis vocabulum celebratur. *Tertia,* [c] Bullingerum non puduit sic scribere, Tres sunt. &c. *Sol.* Quod Tertullianus scripsit, & recte. 4. [d] Caluinus docet filium ἀυτόθεον. doctrina hæretica, blasphema, Atheistica. *Sol.* Non video cur Catholica dicenda non sit. 5. [e] Docet Caluinus Christum exercere munus Mediatoris secundum vtramque naturam. hæresis Eutychiana. *Sol.* Christus obijt munus Mediationis etiam vt Deus. 6. [f] Tribuunt Christo ignorantiam quandam vt homini. *Sol.* Multi antiqui Patres docuerunt Christum Diem iudicij ignorâsse. 7. [g] Dixit Caluinus aliquid egisse Christum, quod correxit. *Sol.* Sed ait non fuisse inordinatam vllam in Christo passionem. 8. [h] Caluinus negat Christum indiguisse aliquo merito pro seipso, & gloria sui corporis. Opinio blasphema. *Sol.* Et nos negamus Christum suæ animæ gloriam meruisse. 9. [i] Caluinistæ negant articulum descensus ad Inferos. *Sol:* Caluinus hunc articulũ in præcipuis habendum putat: Nos putamus non esse ex fide absolutè necessarium. 10. [k] Docet Caluinus animas defunctorum interire post mortem. *Sol.* Loquitur secundum apparentiam humanam: nam Asserit animos post mortem viuere. 11. [l] Docet Caluinus Christum solum in cœlum ingressum, cæteros omnes excludi. *Sol.* Si quis petat à Caluino, vbi fuerint animæ Iustorum ante Christi aduentum; respondet, in cœlo. 12. [m] Docet Lutherus contritionem extra fidem hypocrisin generare. *Sol.* Et est hic dolor malus: & ille contritionem vehementem exigit, nos verò dicunus vel tenuem & remissam Contritionem. sufficere.

[a] *Supra cap.50. lit.a,b.*
[b] *Cap.51.lit. a.k.*
[c] *Cap.51.lit.m.*
[d] *Cap.52.a.e.*
[e] *Cap.52.a.f.*
[f] *Cap.54.a.i.*
[g] *Cap.56.a.e.*
[h] *Cap.57.a.o.*
[i] *Cap.58.a.c.& cap.59.f.*
[k] *Cap.58.f.k.n.*
[l] *Cap.62.a.c.*
[m] *Cap.63.*

[a] *Cap. 65.*

[a] Omnem confeſsionem peccatorum oppugnat. *Sol.* Non omnem, ſed noſtram, quam multi Catholici non probant.

CAPVT. LXVI.

Hypotheſis Secunda, Huius Notæ pars prima duplicem Hypotheſin continet: quarum prima viginti Hæreſes, & criminationes alias tredecim profligat. hac ſecunda Hypotheſis hæreſes eas profert, quæ viris Pontificiis adhærere videantur: quæ quot ſint non laboro: veritas accuſationes ſuas ponderari quam numerari mauult.

Hæreſis Prima, Pelagianorum, In merito de congruo, tam in actionibus, quæ ſunt extra gratiam, quam, quæ ſunt ex gratia.

[b] *Beatus Vincentius Domin. 4. Aduent. idem dormit. Rich 1. diſt 27. idem Gabriel Biell. in 2. diſt. 27. qu. vnica.*
[b] *Bell. lib. 2. de Iuſtif. cap 2.*
[c] *Vega opuſc. de Meritis qu. 7. pag 814.*
[d] *Tolletus Ieſ. Comm. in* [e] *Rom. 2. annot. 13.*
Scholæ veteris iuxta & modernæ pelagianiſmus.
[e] *Vega opuſc. de Meritis. pag. 781. & 816.*

Aduerſ. [b] Si quis me amat, (inquit Chriſtus) dilegetur à Patre.] Id eſt, ſi quis me amat per AMOREM NATVRALEM, diligetur à Patre meo per gratiam. *Purus putus Pelagianiſmus. Aduoc.* [c] Vt ex ſolis NATVRAE viribus, per opus extra gratiam factum, gratiam mereamur, pugnat cum gratia. [c] Et eſt hæreticum planè, & Pelagianum. *Quod tamen tunc licuit Doctoribus veſtris Catholicis, ſcilicet, publicè defendere: Moderni autem omnes an reſipuerunt? minimè.* [d] In [e] Rom. 2. Factores legis juſtificabuntur] Aliqui MODERNI Catholici reſpondent, Paulum intelligendum eſſe de quadam juſticia legali, & morali, quæ eſt legis obſeruantia; quæ quidem poteſt eſſe in INFIDELI: ſed hanc Reſponſionem refutat verbum illud, APVD DEVM. *Ergo Catholicorum veſtrorum etiam modernorum gloſſa Pelagiana extitit. Hac de diſpoſitionibus extra gratiam, de quibus Ieſuitæ pie & orthodoxè ſenſerunt. Nunc de diſpoſitionibus, quæ ex gratia proficiſcuntur, quas vltimatas vocant. In hac parte Pelagianiſmum ſuum egregiè prodiderunt. Aduerſarius.* [e] Quæſtio eſt vtrum Diſpoſitionibus, quibus ad gratiam juſtificantem adducimur, meritum ex congruo rectè tribuatur? Reſpondeo has meritorias eſſe

apud

apud Deum. [f] Roſſenſis non abhorret ab hac ſententia. [g] Huic Scotus aſſentitur. *Quid Ieſuitæ tandem?* [h] NOS certè non videmus, cur diſpoſitionibus ad Iuſtificationem, quæ ex gratia fiunt, non tribuatur nomen MERITI, cum additione EX CONGRVO. *Nullus ex Schola veſtra prodit, cui huius doctrinæ Pelagianiſmus penitus ſuboleat? Adnecatus.* [i] Cum tantum Gratia tunc detur, cum ſemel eæ actiones, quibus VLTIMO ad gratiam diſponimur, Ex ipſa GRATIA & libero arbitrio fluunt, ſequitur hominem neque ex iuſtitia, NEQVE EX CONGRVITATE gratiam propriè per illas PROMERERI. ILLVD profectò PROBABILIVS dicitur, per opera moralia, quibus aliquis ANTE GRATIAM faceret, quod moraliter poſſet, ea tenus gratiam primam promereri, quatenus congruum eſt, & conueniens, vt cum talis facit, quantum in ILLO STATV moraliter poſsit, Deus præſtet id, quod ſuarum eſt partium: hoc eſt, auxilia augeat, quibus adjutus facilius gratiam conſequatur. *Aſſumo.at,* [k] Pelagius dicit eum, qui benè vtitur arbitrij ſui libertate, ex his præcedentibus meritis, à Deo gratiam conſequi, vt cor ejus ad bonum inclinet. [l] Quod etſi vel de merito ex congruo intelligatur, eſt hæreticum, & cum gratia pugnat. *Ergo (in promptu enim erit cuiuis concludere) opinio Pelagiana eſt probabilior, quam ea (de qua dicis, Nos dicimus) veſtra.*

[f] *Vega ibid.*
[g] *Stapl. lib. 10. de Iuſtif. cap. 2.*
[h] *Bell. lib. 1. de Iuſtif. cap. 21. §. Iam vera. Scholæ moderne etiam Ieſ. pelagianiſmus.*
[i] *Greg. Valent. Ieſ. Tract. de Gratia diuina, part 4. cap. vlt. in fine. huc Tractatus vnà cum Analyſi ſua compingitur.*
[k] *Vega quo ſup. q. 7. pag 814.*
[l] *Bell. & Vega iam ſupra.*

Hæreſis. 2. Eſt Eutychianorum.

Aduerſarius. Dicere corpus Chriſti eſſe poſſe vbique ſimul eſt Eutychianorum, & Vbiquitiſtarum Hæreſis *Bell.* Nos dicimus Chriſti corpus SIMVL eſſe in pluribus. *Bellarminus.* Quod ſi autem in pluribus, tum in Infinitis. *Aquinas. Ergo opinio veſtra, opinioni Eutychianæ patrocinatur. De his ſingulis* [*] *ſupra.*

[*] *Supra cap. 45*

CAPVT.

Caput. LXVII.

[a] Bell. lib. 1. de Beat. Sanct. ca. 15. in principio.

Hæresis. 3. [a] *Error Collyridiorum fuit: quæ docuit B. Mariam non secus invocari, ac invocatur Deus. Quos Epiphanius refert, & refellit hæres. 78. perge.*

[b] Bell. in Præf. in lib. de Eccles. triumph. & in lib. 1. cap. 16. §. Quintò ibidem.

A Duersarius. [b] Papistæ, inquit Lutherus, B. Mariam Deum constituunt, omnipotentiam ei tribuunt, omnes se ad eam conferunt, & plus gratiæ ab ea expectant, quam à Christo Iesu. Horrenda est hæc ejus impostura. Quis Catholicorum vnquam vni Deo B. Mariam æquauit? Quis (*id enim significas*) *Pontificiorum quæris? vtinam de hoc quærendum, aut dubitandum nobis esset, & non iure conquerendum, ac cum execratione dolendum. Equidem mallem Lutherum in hac parte falsum nuncium, quam vos veros Hæreticos deprehendi: licebit igitur vobis Luthero non credere, sed ea lege, vt his testibus vestris oculatissimis credere nobis liceat. Aduocatus.* [c] Multi sunt, qui non minus fidunt, ac tribuunt Diuis quam Deo: quia HVNC quam illos MINVS PLACABILEM putant, & exorabilem. *Et.* [d] Eo ventum est vt Christus etiam iam in cœlo regnans MATRI SVBIICIATVR. *Non hic miselli populi vestri stuporem perstringimus, tantum doctores vestros proferemus, qui Ecclesiæ vestræ, quasi columna, extiterunt.*

[c] Episc. Espen. Com. in 2. Tim. 3.

[d] Cassander lib. Consult. art. 21. Blasphemia in Confessio habetur.

Doctorum Pontificiorum de verissimè B. Maria, *& sanctissima Virgine, laus ac Prædicatio non attentione, sed execratione digna: in qua B. Maria Saluatori suo, nomine, autoritate, gratia, dignitate non adæquatur modo, verum interdum etiam anteponitur.*

[e] Vega Ies. Com. in Apoc 12. sect. 1. num. 9.

[f] Sixtus Senens. Biblioth.

[g] Vega Ies. quo supra sect. 2. num. 6. & sect. 20. alia satis pueriliter multa. 1.

Primo de nomine. [e] Tetragrammaton ([f] Quod est Deo proprium apud Hebræos) est nomen sacerrimæ virginis, nec hoc solum, sed etiam suo modo ineffabile, non solum hominibus, verum & ipsis Angelis. [g] Nec prætermittendum

dum eſt illud doctiſsimi Idiotæ (*quolibet vel Idiota indignum*) illuſtre (*nimis*) encomium, Dedit tibi Maria, tota Trinitas nomen; quod, poſt nomen filij tui, eſt ſuper omne nomen: vt IN NOMINE TVO FLECTATVR omne genu, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum; nomen tantæ virtutis, vt ad eius inuocationem cœlum rideat, Infernus conturbetur; eſt illa ſpiraculum hominis, quia ſublato eius patrocinio, peccator diutius viuere non poſsit. *Secundo, de gratia, & autoritate eius quærimus.* [h] Non defuerunt viri celebres, qui dixerunt, Deum regni ſui (quod ex iuſtitia & miſericordia conſtat) DIMIDIVM, hoc eſt, MISERICORDIAM, IN MARIAM tranſtuliſſe. *Quid ergo?* [i] Poſſumus igitur prouocare à foro iuſtitiæ Dei, ad CVRIAM B. Mariæ. *Quid illic.?* [k] Ibi, ſi quis à filio, qui ad Patris dextram ſedit, terreatur, quia Iudex eſt, MATREM ADEAT, quia MEDICINA eſt. *Ita vt,* [l] In nonnullis Eccleſijs, canatur. [m] Quod ſumitur ex Ritualibus.

Nominis dignitas.

[h] *Caſſander lib. conſult. art. 21.*

Gratiæ eius immenſitas.

[i] *Bernardinus in Marialí.*

[k] *Holcottus Theologus com. in li. Sap. lect. 36. in editione. vet.*

[l] *Caſſander quo ſupra.*

[m] *Duræus Ieſ. lib. aduerſus Whitakerum fol. 352.*

IVBE FILIO, fœlix Puerpera,
Iure matris IMPERA
Redemptori.

Tales olim non defuerunt, inquitis, quales (o curuas hominum mentes!) nec iam deſunt Ieſuitæ. [a] Merito virgo Domina dicta eſt, cuius typus, eam ob cauſam, fuit Sarah: quæ cum antea diceretur Sarai id eſt, Domina, & PRINCEPS MEA, poſtea, Deo iubente, dicta eſt Sarah; quod nomen ſonat Principem, ſiue DOMINAM ABSOLVTE: eſt enim virgo Domina per excellentiam, & princeps omnium Creaturarum, vt egregiè (*meptus*) expendit Arnoldus Carm. ſic ſcribens: Maria lingua Syriaca Domina dicitur, Chriſtus Dominus; & licet ipſa ſe profiteatur Chriſti ancillam, hoc ſeruitutis genus omni regno (*piè*) ſublimius eſſe intelligit: Conſtituta QVIPPE (*arguiè ſcilicet*) eſt ſuper omnem creaturam, & quicunque Ieſu curuat genu, Matri quoque pronus ſupplicat: & filij gloriam cum Ma-

[a] *Vega Ieſ. com. in Apoc. 12. ſect. 2. num. 3.*

Autoritas eius.

tre non tam COMMVNEM *(impiè)* iudico, quam *(blasphemè.)* EANDEM. *quomodo?* [a] Aduertendum est, quod Maria sua bonitate vicit omnem mundi malitiam, quæ summa est, & DEVM IN MVNDVM ADDVCIT, remissis omnium hominum peccatis, quæ separauit inter nos & Deum, & nobis impedimento sunt, ne ILLE ad nos VENIRET; sed tantam iniquitatem *(inique)* vicit Mariæ bonitas, maxima sanè ea futura erat, & quæ omnem mensuram excederet. *quid igitur?* Nunc igitur [b] Maria ait, *(dictum Spiritui sancto, qui est æterna Dei sapientia, proprium)* Dominus possidet me in INITIO viarum suarum. [c] Ante Adamum in intentione Dei. [d] Quæ Ignatius ([e] Societatis *(o socios)* nostræ Pater primus) religionis nostræ, & Pœnitentiæ Magistram vocat. In qua (vt Rupertus ait) Spiritus sanctus habitabat, & loquebatur dum primo Concilio præfuit, & veritatem illam definiebat Act. 15. vbi propter Mariæ autoritatem, dicunt Apostoli, visum est nobis, *(Scriptura tantum de spiritu sancto loquens)* & Spiritui Sancto.] [f] Sine qua decreuit Deus nihil dare. Caput est Christus, Maria collum: quia omnis influxus à capite per collum deriuatur. [g] Vt omnes intelligant se, quicquid ab æterno illo augusto bonorum omnium fonte in terras profluat, sumere per Mariam. Ergo quæ regio, quæ gens, quæ natio est, vbi non illustratum miraculis B. Mariæ patrocinium existat? *De gratia satis superque: quin insuper eius meritum ostenditis?* [h] Obedientia Mariæ similis facta est Obedientiæ Christi, magna ergo in hoc laus Mariæ, magna ejus gloria, quod Imitatio ejus gloriæ EXEQVATVR *(audiat Terra & obstupescat.)* Obedientiæ Christi, quam imitatur illa. *Tertio loco* B. Mariæ *gloriam & majestatem saltem adumbrate.* [i] Matrē suam præpotens ille Deus Diuinæ majestatis potestatisque SOCIAM, quatenus licuit, adsciuit. *Quatenus verò?* [j] Huic olim Cœlestium Mortaliumque principatum detulit: ad huius arbitrium (quoad hominum tutela postulat) terras, mare, cœlum, naturamque totam moderatur:

[a] *Ozorius Iesuita Hom. Tom. 3. Concio. 1. in Annunciat. B. Mariæ §. Qua intre gratia.*

[b] *Idem Tom. 3. Conc. 3 Concep. §. Nunc igitur.*

[c] *Idem Iesuita ibid. Conc. 2. de Assumpt. Mariæ.*

[d] *Gretzerus Iesuita in Apolog.*

[e] *Ozorius quo supra ibid. Tom. 4 Conc. de Deuotione Mar. virg. §. Assimulatur & deinceps.*

[f] *Tursellinus Iesuita Episc. dedicat. hist. Lauretaniæ.*

[g] *Delrius Iesuita Com. in Cant. cap. 1. Sect. 2. in hæc verba.* Et collum tuum.

Mariæ meritum obedientiæ.

[h] *Tursellin. Iesuita quo supra.*

[i] *Ibidem.*

Mariæ majestas.

deratur: hac annuente, & per hanc diuinos thesauros mortalibus, & cælestia dona largitur. [y] Dubitant aliqui an Maria ADEO bona mater Christi dici debeat, ac bonus est Pater æternus. *De quo si vel dubitare impium, tum profectò dicere blasphemum erit, verun-tamen.* [z] Certè diuersa est admodum generatio, quia diuersa natura, hac in re excedit æternus Pater matrem Mariã. At verò si duntaxat filium ab vtroque genitum attendamus, in nihilo pater excedit matrem, idem enim filius est ab vtroque genitus, & hac ratione mater ADEÒ BONA (*Pessimè vox* Adeò bona) Maria est, ac æternus Pater. [a] Cui igitur B. Mariam comparemus? Non Euæ, quia &c. Non Saræ, quia &c. Nec Rachaëli, nec Hester, nec Lunæ, nec Soli, cui igitur? (*erubescat sol audiens*) PLANE DEO, bona omnia continenti. *Nihil iam restat, nisi vt Deam vestram in doxologijs vestris laude aliqua diuina prosequamini, quod etiam præstitistis egregiè.* [b] Gloria Deo, & B. Virgini Mariæ Dominæ nostræ, Item Iesu Christo. [c] De qua Maria quicquid dicatur tam longè abest ab ejus eximia dignitate, vt silentium, & taciturnitas laus omnis appellanda videatur. *Laus verò, quam vos Iesuitæ,* Ecclesiæ Romanæ lumina, *affertis, tanta; vt silentio lethali obruenda videatur. quid enim est, si hoc non est, virgini omnipotentiam ascribere? & semper Beatam, & sanctissimam Virginem (quia Idololatricis) fucis adulterinis dedecorare? quod si (ô Babylon!)* * Lux ipsa, quæ est in te, tenebræ sunt, ô quantæ sunt istæ tenebræ? *His satis est erit testimonium vnum opponere.* [d] Idololatriæ est omnis generis oratio, quæ laudes continet diuinitatis proprias. *Enimuero hæc, si esset tantũmodo (vt ille de Collyridianis loquitur)* * Muliebris opinio, *ludibrio non ratione profliganda esset. cum verò viri, opinione sua, Catholici, eandem ausint inter vanalia sua monstra protrudere, virilem animum nos induere oportet, & ad hoc portentum expugnandum armatis viribus prodire.*

[y] *Ozorius Ies. Tom. 3. Conc. in assumpt. S. Bartolomæi.* §. Quid ergo.

[z] *Ibidem.*

[a] *Ozorius Ies. Tom. 5 Dom. 4. Epiph.* §. Voluit autem. *Doxologia sacrilega:*

[b] *Greg. Valent. Ies. in fine tract. suorum. de satisfact. de Idololat. de differ. non. legis de Indulg. & aliorum.*

[c] *Vegas Ies. Com. in Apoc. 12. Sect. 1.* §. Elegans.

* *Math. 6.*

[d] *Valent. Ies. lib. de Idololat.*

* *Epiphanius. hæres. 78.*

Ratio contra Inuocationem Pontificiam.

Omnes omnium hominum actiones, cogitationes, vel diuerſiſſimas, & ſimul oblatas, eodem temporis momento, vel vno intelligendi actu comprehendere, vno animi diſcurſu expendere, iiſque vna denique vocis expreſſione ſupplicando ſatisfacere, propria eſt omnipotentiæ virtus infinita: at ex doctrina Inuocationis, hæc ſingula Sanctis ſingulis neceſſariò ſunt concedenda, quæ B. Mariæ vos ſatis prodigè prodigioſeque tribuiſtis. [c] Eius, *inquitis*, arbitrio Deus terras, mare, cælum, naturamque totam moderatur, precibus omnium attendit, & ſolent omnia dona cæleſtia, ſicut ex Chriſto Capite, Ita ex Maria collo ad mortales dimanare. *Ergo profectò Sanctis omnipotentiam aſcribitis. Huius Controuerſiæ diſputationem ſuſiorem loco ac tempori ſuo tractandam relinquamus. Hæreſin alteram aggrediar.*

[c] *Supra.*

Caput LXVIII.

Hæreſis Quarta, propriè Pontificiorum.

quorum prærogatiua non errandi, errorum hydram alit.

[a] *Bell. lib. 3. de verbo Dei cap. 4. & 5.*
[b] *Coſterus Ieſ. Enchirid. cap. de pontif. §. Fatemur.*
[c] *Stapl. lib. 1. de doct. princ. ca. 5.*
[d] *Bell. lib. 3. de pont. Rom. cap. 5. §. Tertium* teſtimonium.
[e] *Franc. Turrian. Ieſ. in Ep. ante Greg. Valent. contra vbiquiſtas Arrianiſtas.*

Aduerſar. Romanus Epiſcopus eſt ſummus Eccleſiæ Iudex: Cuius Interpretatio eſt ſenſus Spiritus Sancti. [b] Qui alios docere hæreſin nequit. [c] Ita vt non Quid, ſed Quis loquatur, fidelis populus debeat attendere; quia iubemur magis de doctoribus falſis cauere, quam de doctrina; Ordinarius paſtor Eccleſiæ audiendus eſt non examinandus. [d] magis eim iam noſtris Prælatis conuenit illud [Quod dicunt facite. *Hæc non errandi prærogatiua, quam ſoli Pontificij ſibi vendicant, eos germanè Pontificios, ſeu Papiſtas, denominat, in qua hæreſeon Hydram quaſi latentem Sanctus Athanaſius erudite obſeruauit. Aduocatus.* [e] Scripſit Athanaſius ad Euſtathium contra

eos

eos qui IVBENT CREDERE, quæ ipſi dicunt, & NON PROSPICERE deceat an non deceat. Iſtorum hæreſin, ait, CVNCTAS HAERESES renouare, & CVNCTAS ſuperare. Iubent iſti, inquit, accipere ſimpliciter quæ dicuntur, vt NEMO EXQVIRAT, quid in ijs, aut decens, aut indecens ſit. non expendam quid vtile, quid propoſito conſentaneum, quid myſterio dignum, quid cum veritate concordans? Hæc Athanaſius. *& his Athanaſij dictis bella iſta multorum capitum, caput veſtrum* [f] Papa non poſſit errare, *plane proſternitur. præſertim cum* [g] Quilibet homo etiam papa, vt papa, & paſtor Eccleſiæ, hæreticus eſſe poſſit. [h] Et deuiabilis a fide. *de quo in Tomo proximo, Deo propitio, ἀκριβῶς. Huic affinis eſt quæ ſequitur hæreſis vltima.*

[f] *Ieſ. ſupra.*
[g] *Alph. de Caſtro. hæreſ. ca. 4.*
[h] *Gerſon. in Apolog.*

Hæreſis Quinta, Anabaptiſtarum.

Anabaptiſtæ, veritatem ab hæreſi diiudicandi, medio omni abiecto, Enthuſiaſmo quodam, ceu Spiritus Sancti reuelatione immediata, nituntur. aſſumo. veſtro nomine ex verbis Ieſuitæ. [i] Tenemus quod ſiue Pontifex in iudicando diligentiam adhibuerit, ſiue non adhibuerit, infallibiliter tamẽ definiet. *proinde papiſmus eſt germanus Anabaptiſmus. taceo hæreſes alias.* * Meſsilianorum *, Donatiſtarum *, Vadianorum, * Carpocratianorum, * Receptaculanorum, * Manichæorum, *quibus ſatis fuit iam digitos intendiſſe.*

[i] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 8. Analyſ. fidei cap. 3.*
* *Supra ca. 28. 1.*
* *Cap. 31. d.*
* *Cap. 4. 7.*
* *Cap. 46.*
* *Cap. 32. & 63. in fine.*
* *Cap. 30.*

CAPVT. LXIX.

Notæ ſextæ pars ſecunda, In qua, Exploſis veteribus Hæreſibus, de antiqua veritate diſſerendum eſt ex Hypotheſi duplici, Prima Proteſtantes vrget, altera Pontificios.

Status Controuerſiæ.

VEra Eccleſia dicitur etiam Apoſtolica, quia doctrinam retinet, quam Apoſtoli tradiderunt: certum autem

* *Bell. lib. 4. de Eccleſ. militant. ca. 9. in principio.*

autem eſt antiquam Eccleſiam primis quingentis annis veram Eccleſiam fuiſſe, & proinde doctrinam Apoſtolicam retinuiſſe. [b] Lutherus, Caluinus, Melanchthon, primos tantum quingentos annos veritati concedunt, aut, ad ſummum ſexcentos. Ex hac nota oſtendam ex confeſsione Aduerſariorum, noſtra dogmata eſſe doctrinam OMNIVM veterum. *ain'?* veſtram? & omnium veterum? *Duram profectò pronunciam ſuſcepiſti, ego contra in duobus inſiſtam: Primum. nequaquam ex confeſſione Proteſtantium eiuſmodi dogmata veſtra, omnium veterum doctrinam fuiſſe. Secundum doctrinam Proteſtantium planè antiquiſſimam eſſe ex Pontificiorum quoq; confeſſione comprobari: in vtroq; ego tantum Pontificios Doctores Aduocatos mihi pro inſtituti mei ratione vendico. De Hypotheſi prima tua age, & Spartam, quam nactus es, orna.*

[b] *Stapl. prompt. Feria 4. §. 2.*

Prima Hypotheſis. eiusq; prima. de lib. Arbitrio quoad Doctrina { *Vocabulum,* *Dogma.*

Aduerſarius. 'Caluinus in Inſtitutione cum noſtra oppugnat, paſsim fatetur ſe repugnare toti antiquitati; ex quo ſequitur noſtra eſſe omnino antiquitati conſentanea. primò queritur ſemper apud Latinos nomen liberi arbitrij, apud Græcos nomen αὐτεξούσιος vocabulum arrogantius vſurpari; à qua abſtinendum eſſe monet. *Caluinus, vt noſti, nomen liberi Arbitrij non reſpuit, quod non bene dicitur, ſed quod non bene intelligitur. Aduocatus.* [d] Caluinus dicit vocabulum hoc ambiguum eſſe, ſignificans libertatem à neceſsitate, & a Coactione, in altero BONVM, in altero pernitioſum. *Eodem planè ingenio, quo Auguſtinus à nomine fati abhorruit, vocabulo nec antiquo minus, nec multo magis pernitioſo.* [e] Fati nomen abhorremus, præcipue propter vocabulum, quod retinera NON CONSVEVIT INTELLIGI. *Nullus-ne vero vir Pontificius Caluini iudicio adſtipulatur?* [f] Laurentius Valla optabat, vt tollatur è medio nomen liberi arbitrij. *Ecquam videm cauſa eſſe poſſit, cur nomen illud interdum orthodoxo animo ſupprimatur?*

[a] *Bell quo ſupra § Ac primum. Vocabulum liberi arbitrij.*

[d] *Bell. lib. 4. de Grat. & lib. arbit. cap. 5. Fatum.*

[e] *Auguſt. de Ciuitate Dei.*

[f] *Bell. ibid.*

ſupprimatur? [f] Auguſtinus propter inſidias Pelagianorum qui ex libertate naturæ colligebant libertatem a peccato, VIX VNQAVM AVDET LIBERVM ARBITRIVM ASSERERE. *Optimè. quod Auguſtino licuit propter inſidias Pelagianorum, idem propter inſidias Pontificiorum Caluino licuiſſe, controverſia ipſa (Deo adiuuante) apertiſſime demonſtrabit. ad Dogma, quod attinet.*

[f] *Bell. quo ſupra cap. 30.*

Dogma.

Aduerſarius. [g] Dicit Caluinus omnes veteres, excepto Auguſtino, humani arbitrij vires plus æquo extuliſſe. [h] Centuriatores etiam clamant Clementem & omnes veteres in iſdem tenebris fuiſſe: Notandum autem eſt Proteſtantes habere liberum arbitrium pro fundamento ſuæ Doctrinæ. [i] Caluinus dicit, Chryſoſtomum hic repudiari neceſſe eſt. [k] Petrus Martyr dicit eum fuiſſe immodicum liberi Arbitrij Patronum. [l] Caluinus, viſus eſt mihi, inquit, Chryſoſtomus, nimius in liberi Arbitrij viribus prædicandis. *Quid ex his?* [m] Caluinus inſcitiam ſuam prodit. [n] Iſtis hæreticis nihil non immodicum videtur. *Nos igitur, ſi placet, ex vno Chryſoſtomo patres plerosq; alios æſtimemus: quid ius vero placeat? Aduocatus.* [o] Quid enim docet Chryſoſtomus, quod non ante illum Græci Patres docuerunt? *Eſto. at.* [p] Chryſoſtomus impetu dicendi cum Manichæis, qui fati neceſsitatem defendebant, naturæ vires PLVS ÆQVO attollit. [q] Chryſoſtomi doctrina hæc eſt, hominem PER LIBERVM ARBITRIVM ſeipſum DIGNVM facere GRATIA: eadem eſt doctrina Cyrilli: nec illorum tantum, ſed aliorum Doctorum maxime Græcorum. [r] Etiam Theophylactus, Euthymius, Arnobius ita loquuntur, ac-ſi homo antequam per gratiam ad gratiam trahatur, poſsit gratiam mereri. [s] Photius etiam, & Ambroſius eodem modo de propoſito Dei ſtatuunt. [t] Similiter Theodoretus, Oecumenius, eadem fuit Hieronymi ſententia. *Patrum iſtorum omnium doctrina*

[g] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 9. §. Ac primum.*
[h] *Ibid. §. In ſecunda.*
[i] *Bell. lib. 6. de lib. Arbit. c. 12.*
[k] *Campianus Ieſ. Rat. 5.*
[l] *Bell. quo iam ſupra lib. 5. c. 26. hoc idem Caniſius Ieſuita exagitat, præf. in lib. Vega.*
[m] *Ibid.*
[n] *Campianus quo ſupra.*
[o] *Bell. ibid.*
[p] *Sixtus Senen. Bibl. lib. 5. in præfat.*
[q] *Tolletus Ieſ. Com. in Ioh. 6.*
[r] *Maldon. Ieſ. Com. in Ioh. 6.*
[s] *Fullet. Ieſ. Com. in Rom. 9.*
[t] *Perer. Ieſ. Com. in Rom. 9. num. 33.*

[a] *Maldonat. Ieſ. Com. in Ioh. 6.*

[b] *Tolletus Ieſ. Com. in Ioh. 6.*

[y] *Idem Com. in Rom. 9. annot. 19.*

[z] *Perer. Ieſ. in Rom. 9. num. 33.*

ne conſpirationem perſpicimus. & tamen. [a] Hæc doctrina eorum nimis affinis eſt Pelagianorum errori: Caueat lector, ſi Chryſoſtomum in hunc locum legat, ne in Pelagianorum hæreſin incidat. [b] Auguſtinus multo aliter quam iſti, docet enim à Deo nobis dari non modo gratiam, vt credere poſsimus, verum etiam vt velimus: In hoc igitur prædicti Doctores NON probantur. [y] Eorum inquam doctrinam in hac parte NON PROBO. *Licuit itaque Caluino vnum Auguſtinum, ſeu potius in Auguſtino doctore nouo, verè antiquam, & Apoſtolicam doctrinam amplecti.* [z] Profecto illa doctrina contraria videtur ijs, quæ in hoc loco diſputat Apoſtolus: Sententia Auguſtini eſt Doctrinæ Pauli conuenientior. *Tres Ieſuitæ Caluini iudicium contra totidem alios ſuffragijs ſuis comprobarunt: ex quo ſequitur interdum in antiquis Patribus antiquam, id eſt, verè Apoſtolicam veritatem deſiderari: & perſonis neglectis tutiſſimum eſſe primæuam antiquitatem ex Apoſtolicis ſcripturis petere, quæ eſt prora & puppis defenſionis Proteſtantium. quo vno exemplo, ceu ſpongia, obiectiones aliæ omnes facile deleantur.*

CAPVT. LXX.

De alijs tribus. Secunda doctrina de ſubjectione filij.

[a] *Bell. quo ſupra §. Ita.*

ADuerſarius. [a] Docet Caluinus filium ſubjectum Patri ratione diuinitatis, & quia veteres omnes contrarium docent, ipſe ait omnes erraſſe. *Tu bis erras. Primò, quia non dixit Caluinus veteres omnes erraſſe, ſed eos omnes, qui ſenſum loci germanum non perceperint. Caluinum enim ſententiæ ſuæ Patres plurimos Patronos habuiſſe Ieſuita Tolletus teſtis locupletiſſimus eſſe poſſit. Aduocatus.* [b] Quidam cenſent Patrem maiorem eſſe filio ratione diuinitatis, non quoad ſubſtantiam naturæ, ſed reſpectu originis, quia filius à Patre. quam expoſitionem Doctores illuſtres Sequuntur, inter quos Athanaſius, &c. *Vbi alios vndecim refert nominatim.*

[b] *Tolletus & Maldonat. Ieſ. ſupra.*

Secundò

Secundò insigniter erras, quod hanc Patrum fere omnium sententiam, in hæreseon catalogo tuo recensendam esse censuisti. De his * *supra. Vnum subjungam. Patres Satisfactiones imposuerunt publicas, quibus non Dei indicio infinito, sed, ex Dei præcepto, Ecclesiæ offensæ satisfacerent.*

* Supra cap. 32.

Doctrina Tertia, de Limbo.

Aduersarius. [c] Fabula, inquit Caluinus, de loco subterraneo, qui dicitur limbus, tametsi magnos Autores habet, tamen nihil est aliud quam fabula. *Fabulam vocauit vestram de Limbo sententiam: hanc nobis exponite.* [d] Animæ piorum defunctorum, ante Christi ascensionem, non erant in cœlo. [e] Infernum est locus subterraneus, cujus pars profundissima est Infernus Damnatorum, Purgatorium est illi vicinum, Limbus puerorum est in altiore loco Inferni, quàm est Purgatorium, denique Limbus Patrum est in parte Inferni suprema. *In quibus vos operam dedistis, vt populo placerent* quas FECISTIS *(verè cum poeta loquor)* fabulas. *De Limbo hoc* * *supra demonstrauimus. de Purgatorio paulo post. Hic Caluinus Limbum vestrum subterraneum oppugnat: qui locus non vsque adeo de fide est, vt non licuerit Augustino aliquando de eo dubitare.* [f] Augustinus sentire videtur Inferos NON esse SUB TERRA. *Sic ille, vbi addit:* sed verba sua retractauit. *Esto, sed non tanquam fidei contraria: Augustinum consulamus.* [g] Augustinus sentire videtur locum in quo erant sancti illi Patriarchæ ante Christi aduentum, NON FVISSE IN INFERNO. *Huic sic occurrit tandem Iesuita. Aduersarius.* [h] Hoc Augustino tunc dubium fuisse, quia nondum assecutus erat veritatem: alijs tamen locis expresse dicit. Sinum Abrahæ fuisse apud Inferos. lib. 2. de ciuitat. Dei. cap. 15. *Locus ipse te refutat.* * Si enim non absurdè credi videtur, antiquos sanctos apud Inferos fuisse; *Hoccine est expresse dicere, quod non Categoricè posuit, sed hypothetice supposuit? nec tamen vt Catholicè, sed tantum non absurdè dici? Aduocatus.* [i] Vbi hic locus,

[c] *Bell. lib. de notis Eccles. ca. 9.*
[d] *Bell. lib. 4. de Christo. cap. 11. in principio.*
[e] *Idem. lib. 2. de purgat. ca. 6.*
* *Supra ca. 62.*
[f] *Sixtus Senens. Biblioth. lib. 5. annot. 42.*
[g] *Suarez Iesu. in Thom. part. 3. qu. 52. art. 1. disp. 42. § 1.*
[h] *Ibid. qu. 52. art. 1 disp 52. §. 2.*
* *Augustinus.*
[i] *Ludouic. Viues in eum locum Augustini.*

aut quomodo intelligatur nescire se Augustinus libro supra Genesin 8. fatetur. Occulta sunt omnia hæc, quia (*ei dogmæ Catholicum scilicet*) NEC SCIRI ATTINET, nec vt sciamus digni sumus. *Nunc porro dogma vestrum erudito aliquo artificio suffulciatis. Aduersarius.* [k] In * Luc. 16. Diues, in Inferno cum esset, vidit à longè animam Lazari in sinu Abrahæ, & audiuit inter loca ipsorum magnum χάσμα, hiatum esse interiectum: Animæ Piorum in hoc sinu Abrahæ fuerunt. [l] Et hoc probo contra Impium Caluinum, Sinum Abrahæ non in cœlo, sed in loco subterraneo, & Inferis esse. *probabis, sed heri. nam. Aduocatus.* [m] Hæc pars de Epulone non historia, sed parabola videtur; quia qui in Inferno sunt nondum corporibus puniuntur, at hic fit digiti Epulonis, & linguæ mentio: vbi sinus Abrahæ esset Augustinus PRUDENTER dubitabat, & ex hoc quod dicitur magnum χάσμα, valde suspicor PER SINUM Abrahæ SUMMUM COELUM designari. *Hic Iesuita tam libere commentum vestrum explosit, ac-si in Protestantium scholis edoctus fuisset: & sane nonnullum argumentum fabulæ esse possit, hæc vestra illius fabulosa probatio.*

[k] *Bell. lib. 4. de Christo cap. 11. in princip.*
* *Luc. 16.*

[l] *Stapletonus Prompt. in Feria 5. hebdom. 2. & Costerus Iesuit. Enchirid. cap. 12.*
[m] *Maldonatus Iesuit. Comm. in Luc. 16. Augustini prudentia, in Caluino impietas censetur.*

CAPVT. LXXI.

*Doctrina Quarta, de Concupiscentia an in regeneratis, vbi deest consensus, sit ne propriè peccatum. de qua * supra diximus.*

Doctrina Quinta, de Satisfactione pœnali.

Aduersarius. [a] Omnes ferè veteres, inquit Caluinus, quorum libri extant, aut hac in parte lapsi sunt, vbi de Satisfactione agitur, aut nimis aspere & dure loquuti sunt. *Procul dubio, hæc scribenti tibi malitia calamum subtraxit, nè Caluini verba immediate sequētia exprimeres. Reus.* * Sed non concedam eos ipsos adeo fuisse rudes, & imperi-

* *Supra cap. 28.*
[a] *Bell. lib. 4. de Notis Eccles. cap. 9. Aduersarius Caluini testimonium detruncat.*
* *In loco quem Bellarminus delumbauit.*

tos,

tos, vt eo ſenſu illa ſcripſerint, quo à NOVIS ipſis ſatisfactionarijs leguntur. * Chryſoſtomus enim ita ſcribit, vbi miſericordia eſt flagitatur, ira ceſſat; vbi miſericordia petitur, pœnæ locus non eſt. quæ verba, vt-cumque torqueantur, cum Scholaſticis conciliari nunquam poterunt. Et * Auguſtinus, Pœnitentiæ ſatisfactio eſt cauſas peccatorum excidere, nec ipſorum ſuggeſtionibus aditum indulgere; quo apparet ILLIS QVOQVE SECVLIS, irriſam paſſim fuiſſe ſatisfactionis doctrinam, quæ pro admiſſis delictis rependi dicitur, cum omnem ſatisfactionem referant ad cautionem ſe in poſterum à peccatis abſtinendi. *Caluinus igitur non dogmata, ſed verba duriuſcula in veteribus taxauit, imo Satisfactionem, quam Schola noua excogitauit, a veteribus irriſam, & exploſam eſſe contendit. Quin & inſuper (tu Bellarmine) verborum temperantiam in Patribus deſideras.* ° Satisfactio non offertur pro culpa, ſed pro pœna. Quod ſi veteres Patres interdum actionibus humanis tribuere id videntur, vt pro expianda culpa ſatisfaciant: interpretandi ſunt de ſatisfactione ex congruo, non ex condigno. *Itaq. ſine diſtinctione noua vetus Patrum erratum excuſare non poſſis, diſtinctionem nouam dixi? Aduocatus.*

[P] Catholicos quoſdam viros doctiſſimos, & pientiſſimos adhuc video eo propendere, vt Eccleſia meritum de Congruo repellat, vt CONTRA AVTORITATEM Patrum RECENS inuentum. Reuera hãc diſtinctionem Congrui, & Condigni PATRES NVSQVAM habent. *Egregius tu quidem Patrum expoſitor, quorum verba (ne quid duriùs dicam) duriuſcula, per diſtinctionem (quæ eſt contra eorum ſenſum, & autoritatem) interpretando, lenire voluiſti. poſtremo, vt huic quæſtioni de ſatisfactione paucis ipſe vobis ſatisfaciam:* [1] *Scholaſticum dogma recoluit.* [1] Satisfactio (*ſcholaſtica*) imposita eſt à Confeſſario, fit per opera pœnitentialia. [r] Eſt vtiliſſima Peccatori, quia coercet a peccando. Secundo, conducit ad habitus vitiorum eradicandos. Tertio, ad Dei iram placandam, quia propter vnius peccatum non punitum vt oportuit, Dei furor, in totum populum accenditur.

* *Hom. in Pſal. 50.*

* *Eccleſ. dogm. cap. 54.*

° *Bell. lib. 4. de Pœnitent. ca. 1. §. Iam igitur. Inſcite reſpondet aduerſ.*

[P] *Vega li. 1. c. 8. pag. 188. & in opuſc. de meritu qu. 7. pag. 816. & pag. 195.*

[1] *Tolletus Ieſ. l. 3. de Inſtruct. Sacerd. cap. 11.*

[r] *Bell. lib. 4. de Pœnit. cap. 5. §. 4. Ratio. Indulgentia papalis ſententiam Caluini nimis confirmat.*

ditur. [f] Indulgentia est remissio harum actionum, quæ sunt à Confessario iniunctæ Peccatori. *Si Satisfactiones tam (vt dicitis) vtiles sunt, indulgentiæ pernitiosæ sunt: aut igitur Helena vestra Indulgentiarum doctrina iugulanda est, aut Satisfactionis Scholasticæ opinio abroganda, quia non sumitur in cautelam, sed ad medelam proponitur. De his* *Supra.

[f] *Tolletus quo supra lib. 6. cap. 22 & 23. Dilemma.*

**Supra cap. 62. & 63.*

Doctrina sexta. De oratione pro defunctis.

Aduersarius. [g] Ante mille, & trecentos annos vsu receptum fuit (inquit * Caluinus) vt precationes fierent pro defunctis, sed veteres, omnes, fateor, in errorem abrepti sunt. *Siccine Caluinum tractas? Reus.* * Quum mihi obijciunt Aduersarij, ante mille annos vsu receptum fuisse, vt precationes fierent pro defunctis. *Sententiam, quam ille proponit sibi refutandam obiectionem vestram, eam tu, tanquam ipsius assertionem nobis obtrudis. pergit enim Caluinus.* Atqui ipsi veteres, qui preces fundebant pro defunctis: *Quibus verbis tu, ex tua insidiosa liberalitate, addis,* Omnes, *deinde Caluinus, inquis,* fateor, inquit, Omnes in errorem abrepti fuerunt. *à qua confessione Caluinus tam fuit procsus alienus, vt verbis subsequentibus subjungat.* * Verum nè glorientur Aduersarij nostri, quasi veterem Ecclesiam erroris sui sociam habeant: dico esse longum discrimen. Agebant illi memorias defunctorum, de statu eorum dubitantes, de purgatorio nihil asserebant, isti (Papistæ) quod de Purgatorio somniant, pro fidei dogmate haberi postulant. quinetiam NON-NVLLA VETERVM TESTIMONIA profert NOBIS haud difficile esset, quæ totas illas pro mortius preces manifestè euertunt. *Præclara est hæc Caluini sententia, quâ non obscurè docet, antiquam consuetudinem, quam cæcus affectus humanus inuenit, esse ex diuina iudicij norma doctrina antiqua, corrigendam. Doctrina, inquam, Antiqua. Aduocatus.* [h] Vsque ad hodiernum diem, nunquam in Ecclesia veteri statutum fuit, quomodò Defunctorum animis preces nostræ prodesse possint: Sed

[g] *Bell. quo supra.*

** Cal. Instit. lib. 3. cap. 5. §. 10.*

**. In loco obiecto.*

Sententia Caluini misere deum batur.

** In eodem capite.*

Caluinus ad antiquitatem prouocat.

[h] *Cassander lib. Consult. art. 24.*

Sed fuiſſe MERVM TESTIMONIVM CHARITATIS noſtræ erga Defunctos, & immortalitatis animæ, & corporum reſurrectionis futuræ. *Ex huius eruditiſſimi hominis confeſſione, dogma veſtrum, quod importuna prædicatione, tanquam omnino neceſſarium, vrgetis ſtrenuè, excuſſum euanuit. En verò frandes piæ ſcil. veſtræ!* [i] Mittas diplomata à Pontifice max. vt aræ maximæ huius collegij facultas detur VNIVS animæ ex Purgatorio liberandæ, quoties ad eum ſacrum fiat pro mortuo. *Somnium planè Paganicum.* Nam Bonzij, qui ſunt Sacerdotes Ethnici apud Indos, dicunt eos, qui fortè ad Inferos relegati ſunt, è medijs flammis vindicaturos, præſertim verò SI BONZII DEPRECATORES acceſſerint. *Quin-etiam hunc mihi quæſo ſcrupulum eximite, Ieſuita petit à Pontifice facultatem in miſſis ſingulis animam vnam duntaxat ex Purgatorij ſupplicijs maximis, multoq; tempore luendis, liberandi. Noſter ſummus animarum Paſtor, 99. oues ſaluas relinquens, errantem vnam quærit, vt ſaluet: Paſtor verò hic veſter animas millies 99. in Purgatorij flammis miſerè toſtas relinquens, exorandus eſt vt redimat vel vnam. Dominus eos benedictos eſſe pronunciat, qui incarceratis ſanctis ſuis etiam minimis vel minimum ſolatij præbuerint. Seruus verò ſanctas animas infinitas in Infernali Carcere miſerè cruciari credit, quibus nihil indulgentiarum impertiet. Si poteſt, non eſt verus Paſtor, ſi non poteſt, eſt verus Impoſtor.*

Orthodoxa Reſponſio.

[i] *Xauerius Ieſ. lib. 1. 10. ad Ignatium Loiolam.*

[k] *Ibid. lib. 4. Epiſt. 1. Quam apte Pontificijs ſacerdotibus, cum Ethnicis conuenit?*

Dilemma.

CAPVT. LXXII.

Doctrina ſeptima. De merito.

ADuerſarius. [l] Vſi ſunt, fateor (inquit [m] Caluinus) paſsim vetuſti Doctores nomine Meriti; & infra addit: peſsimè conſuluiſſe fidei ſynceritati, qui hoc nomen inuenit. *Aliud Caluinus queritur, aliud fatetur, hoc, Patres veteres* meriti *vocabulo vti, illud, Poſteros verò eodem abuti conſueuiſſe: quorum alterum Caluini modeſtiam,*

[l] *Bell. quæ ſupr.*

[m] *Caluini lib. 3. Inſtit. cap. 15. §. 2.*

alterum ſapientiam, vtrumque candorem animi eius, pietatemque illuſtrat. modeſtiam. vſi ſunt, inquit, nomine meriti: *Potuit de multis,* abuſi, *dicere, cum præſertim. Aduocatus.*

[b] *Vega lib. 8. de Iuſtif. cap. 8. pag. 189.*

[b] Non me fugit VSVRPARI apud Patres nomen meriti, vbi NVLLA EST RATIO MERITI, neq; de congruo, neque de Condigno. *Non ita tamen vſi ſunt Patres eo nomine, quemadmodum nunc Poſteri.* [c] Quod ſi Aliquis veterum vocabulo promerendi vſus eſt, non aliter intellexit, quam Conſecutionem de facto. *Recte. Veteres per*

Meriti vox apud patres quid ſibi vult.

[c] *Stapleton in prompt. Ter. 5. poſt paſſ. Dom.*

mereri *nihil aliud quam conſequi ſignificarunt, poſteri vero contendunt ex dignitate operum, tanquam ſibi debitam beatitudinem vendicari. Doctrina fidei antiquitati, ſyncerit atique inimiciſſima, quia (in quo etiam Caluini ſapientia eluceat.)*

[d] *Vega Opuſc. de meritis q. 4. pag. 782.*

[d] Thomas Waldenſis ſic ſcribit. Ille (*Theologo veſtro celiberrimo attendite*) eſt SENIOR Theologus, FIDELIOR Catholicus, & ſacris Scripturis magis conſentiens, qui merita SIMPLICITER ABNEGAT: & cum modificatione Apoſtoli, & Scripturarum agnoſcit, quod ſimpliciter nemo meretur regnum cælorum, ſed ex gratia Dei, & voluntate largitoris. Loquitur Waldenſis de operibus Iuſtificatorum. [e] In quam Sententiam Albertus Pighius incidit. *Quam ſententiam verè ſacram, & antiquam eſſe, in Tractatu noſtro de* Iuſtificatione *(ſi Deus dederit eum lucem videre) ex Autoribus veſtris abundè demonſtrabitur.*

Scholaſtici abhorrent a voce meriti.

[e] *Bell. lib. 2. de Iuſtif. cap. 2. §. In eandem, &c.*

Caput. LXXIII.

Doctrina Octaua, de Cœlibatu Sacerdotum.

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 9.*

Aduerſarius. [a] Peccauit Antiquitas (inquit Caluinus) immodica ſeueritate, quod plus requireret in Epiſcopo, quam Paulus requirat, ac præſertim ſucceſſu temporis cœlibatum. *Tu genuinam Caluini mentem aſtute diſſimulas. Caluinus antiquitatem Apoſtolicam vendicat, taxat vero Eccleſiaſticam, nec tamen primitiuam illam, ſed quam* Succeſſus temporis

temporis *inuexit nouum. Aduo.* [b] Caluinus in * Instit. non est veritus affirmare OMNES veteres PATRES APPROBASSE coniugium in Sacerdotibus, & intelligit etiam quoad VSVM: quod si verum est, sequitur legem cœlibatus esse antiquam. quod idem Protestantes. *Hæc quæstio integra discucienda est, vt teneamus quænam sit*

Lex Cœlibatus, {*ante* / *post*} *Ordinationem.*

Aduersarius. [c] Votum cœlibatus annexum est ordinibus iure antiquissimo, ita vt, nec vxores ducere, nec ductis vti liceat. *quo iure?* [d] Diuino. [e] Theologus quidam cœlibatum sacris ordinibus οὐσιωδῶς, hoc est substantialiter, & lege diuina adiunctum esse contendit, nec esse in potestate Ecclesiæ, vt coniugij vsum magis, quam latrocinij Sacerdotibus permittat. [f] Eadem est sententia Medinæ. *Aduocatus.* [g] Vsus coniugalis interdicitur Sacerdotibus TANTVM IVRE HVMANO. [h] Et hoc multis argumentis probatur. [i] Accedat autoritas Concilij * Tridentini, in quo dicitur LEX ECCLESIASTICA. [k] Non est igitur audiendus * NOVVS ille Dogmatistes, qui matrimonium vult Sacerdotibus iure diuino prohiberi. *Legem igitur Ecclesiasticam obtenditis, qualem vero tandem, & quam antiquam? Aduersarius.* [l] Cœlibatus iure Apostolico annexus est Sacerdotibus. [m] Lege planè Apostolica. *Aduocatus.* [n] Antiquissimus Ecclesiæ temporibus viuentibus adhuc Apostolis, & POST APOSTOLOS aliquot adhuc annos, admissi fuerunt ad sacros ordines VIRI CONIVGATI, non quidem promiscuè, sed electi, qui vnicam tantum vuxissent vxorem, eamque virginem. [o] MVLTIS annorum CENTENARIIS post Apostolos Ecclesia primitiua defectu cœlibum SACERDOTES habuit MARITOS. *Addunt Iesuitæ* 1. *Aduersarius.* [p] Maritos illos Sacerdotes non vsos esse copula matrimonij, post ordi-

[b] *Greg. Valent. Iesuit. Tom. 4. disp. 9. qu. 5. punct. 5. sect. 2.*
* *Inst. lib. 4. cap. 12. §. 25.*
[c] *Bell. lib. 1. de Clericis ca. 19. §. Contra hos. Aduersarij inter se litigant.*
[d] *Ioann. Maior in dist. 24.*
[e] *Cassander lib. consult. art. 23. intelligit Turrian. Iesuit. in l. 2. de dogmaticis characteribus vt est in margine apud Cassandrum.*
[f] *Valent. lib. de Cœlibatu c. 2.*
[g] *Aquinas 2. 2. qu. 88. art. 1.*
[h] *Bell. li. 1. de Clericis ca. 19.*
[i] *Valent. Iesuit. quo iam supra.*
* *Sess. 24. Can.*
[k] *Cassander iam supra.*
* *Turrianus Iesuit.*
[l] *Bell. quo supra cap. 19.*
[m] *Valent. Iesuit. quo supra ca. 3.*
[n] *Costerus Iesuit. Enchir. tract. de Cœlibatu.*
[o] *Episc. Espensæus comm. in Tit. cap. 1.*
[p] *Valent. quo supr.*
[q] *Costerus quo supra. Instat Aduersus.*

nationem

nationem. 2. [a] Nunquam licuit Sacerdoti iam ſacris ordinibus initiato vxorem ducere, neque vllus eſt antiquorum Patrum qui aliter ſcripſiſſe, vel ſenſiſſe legitur. [f] Nullum probati viri exemplum afferre poſsmt. *In vtroque vobis ſatisfaciendum eſt:* 1. *Licuiſſe maritis vti vxoribus ſuis,* [g] *quas ante ordinationem duxiſſent,* 2. *Licuiſſe etiam poſt ordinationem vxores ducere.* 1. *Adnocat.* [f] De maritis ad Eccleſiæ miniſterium eligendis non tantoperè quidam reluctantur, cum ea res exemplum habeat PRISCAE ECCLESIAE, & ab orientalibus OMNIBVS Eccleſijs HVCVSQVE ſeruetur: cum res in pleriſque ita comparatæ ſint, vt coniugum piarum Conſortio, non modo ad functiones eccleſiaſticas non impediantur, ſed etiam ad earum procurationem ADIVVENTVR ab ijs, quemadmodum de Patre ſuo Gregorio, & matre NOMIA Gregorius Nazianzenus teſtatur. *De Hilario ſic cecinit Poeta veſter.*

[f] Non nocuit tibi progenies, non obſtitit vxor
Legitima coniuncta thoro---- *& de Nazianzeno ſuauius.* Præſule Patre ſatus, nam TVNC id iura ſinebant,
paſtorale pedum geſsit poſt funera Patris.

Paulo poſt. ---------Non horruit ILLA
TEMPESTATE Deus thalamos, cunabula, tedas.

Concludit. Tutius eſſe volunt, qua lex diuina ſinebat,
Iſſe via, VETERVMQVE ſequi veſtigia Patrum.

Deinde quod in confeſſo eſt apud omnes. [h] Fuerunt ex noſtris pontificibus aliqui in matrimonio. *Quid multa?* [x] Copulâ Sacerdotalis nec legali, nec Euangelica, NEC APOSTOLICA autoritate prohibetur. [y] Ecce hac autoritate (*loquitur de decreto Pelagij Pontificis*) electus in Epiſcopum NON PROHIBETVR habere vxorem, & filios. [z] Sacerdotibus ante ptohibitionem VBIQVE licita ERANT, & in Orientali eccleſia VSQVE HODIE licere probatur. *Accedat Pontificis iudicium.* [a] Is Epiſcopus ordinetur, quem vnius vxoris virum eſſe conſtiterit. *Paulo poſt.* Vt virginem vxorem ACCIPIAT, & alterius THORVM

[a] *Bell. quò ſup.*
[f] *Caſſander lib. Conſult. art. 23. Solutio.*
[g] *Poſt ordinationem.*
[h] *Aeneas Sylvius de geſtis Conc. Baſil. Platina exemplor. copia ſuppeditat hiſt. de vit. Pont.*
[x] *Gratianus diſt. 26. Can.* Sors.
[y] *Diſt. 28. Can. de Syracuſanæ. &c.*
[z] *Diſt. 56. Can.* Cenomanſis.
[a] *Leo Papa Epiſc. 87.*
[f] *Eaptiſta Mantuanus.*

THORVM nesciat coniugis, quæ futura est vxor Pontificis. *Post ordinationem verò.* [b] LICVIT in Ecclesia Orientali matrimonium etiam POST ORDINATIONEM contrahere. [c] Matrimonij contractio POST ordinationem SOLO STATVTO prohibita fuit, & exempla PRISCA extant, quæ testantur huiusmodi statuta non tam anxiè obseruata fuisse, quin ob Ecclesiæ necessitatem aliquandò relaxata fuerunt. Epiphanius ait etiam * SVA AETATE quibusdam in locis Presbyteros matrimonio vti, & LIBEROS GIGNERE, quamuis id fiat contra Canones Ecclesiasticos, idque fieri propter inopiam Ministrorum. [d] Ante sextam Synodum, quæ fuit in Trullo, LICEBAT EPISCOPIS HABERE VXORES, etiam POST Episcopalem dignitatem, quemadmodum qui post matrimonium ordinantur Sacerdotes. *Iam nouitatis faciem contemplemur.* [e] Gregorius Papa celebrata Synodo vxoratos Sacerdotes à diuino officio remouit, & Laicis missas eorum audire interdixit, NOVO EXEMPLO, &, vt multis visum est, INCONSIDERATO, CONTRA Sanctorum Patrum sententiam. [f] Contra hoc decretum, quo statuitur, nè quisquam ad sacros ordines admittatur, qui non perpetuam continentiam, vitamque cœlebem profiteatur, tota Clericorum factio vehementer infremuit, hominem esse Hæreticum clamitans, qui oblitus sermonis Dominici, [Non omnes capiunt.] & Apostoli, [Qui non continet nubat] violenta coactione hominibus vitam Angelicam imponeret. [g] Hoc decretum à Syritio Papa primum editum fuit, nec ab Orientali Ecclesia vnquam receptum. [h] Ante Syritium coniugium Sacerdotibus permittebatur. [i] Syritius circitèr annum salutis 363. sedere cœpit, Sacerdotibus coniugio interdixit, nec ante Gregorium 7. anno Domini 1074. coniugium Occidentalibus Sacerdotibus adimi potuit. *Quid ergo?* [k] Restat vt, in posterum ordinandis, hoc statutum relaxetur, & MORE VETERIS Ecclesiæ, & HVC-VSQVE Orientalium ecclesiarũ, honesti quoq; mariti ad Ecclesiæ ministeriũ admittantur,

[b] *Caietus lib. 1. opusc. tract. 17. teste Valent. Ies. Tom. 4. disp. 9. q. 5.*

[c] *Cassander art. 23.*

* *Anno 390. & Clemens Alexand. lib. 7. pag. 152. Exempla habemus Apostolos.*

[d] *Balsamon. in Can. Apost. 5.*

[e] *Sigebertus Anno Domini 1074.*

[f] *Scafn burgensis anno Domini 1074.*

[g] *Clictouæus li. de continent. Sacerd. cap. 4.*

[h] *Glossa dist. 82.*

[i] *Polydor. Virg. Inuent. lib. 5. cap. 4. Nouitas se prodit.*

[k] *Cassander lib. Consult. art. 23.*

& extra tempus ministerij familiaritate quoque suarum coniugum VTI permittantur, iuxta Canonem sextæ Synodi generalis. *In his duplex occurrit vestra nouitas. 1. Non licere Sacerdotibus, ante ordinationem ductis vxoribus vti. 2. nec alias post Ordinationem ducere.*

CAPVT. LXXIIII.

Doctrina 9. de veteris Ecclesiæ seueriori pœnitentia.

[a] *Bell. quo supr.* [b] *Cal. lib. 4. de Instit. cap. 12. §. 8.*

ADuersarius. [a] Excusari nullo modo potest (inquit [b] Caluinus) immodica veterum austeritas, quæ prorsus à Domini præscripto dissidebat, & erat mirum in modum periculosa, cum Peccatori pœnitentiam solennem, nunc in tres annos, nunc in quatuor, nunc in septem, nunc in totam vitam indicerent. *Quo in loco Caluinus veterem morem deprauatum merito reprehendit, vt tamen veterum ipsorum iudicium rectum effingitet. Primum, tu in Caluino, & quidem atro quasi carbone notandum profers. alterum, inuidiose dissimulas. ipsius loquatur Reus.* [a] Quanquam publicum hic potius morem improbo, quam eos omnes accuso, qui eo vsi sunt: quorum nonnullis displicuisse certum est, sed ideo ferebant, quia non poterant corrigere: certe Cyprianus declarat, quam non sponte fuerat tam rigidus: Chrysostomus aliquanto durior lenitatem præcipit. scimus præterea qua facilitate Augustinus vsus est. *Deinde ad antiquitatem Apostolicam prouocat.* [b] Talis seueritas docet Ecclesiam, quæ cum spiritu Mansuetudinis coniuncta est: semper enim diligenter cauendum est, quemadmodum præcepit Apostolus 2. Cor. 2. ne absorbeatur tristitia is in quem animaduertitur], sic enim ex remedio fieret exitium. ergo vbi pœnitentiæ suæ testimonium Ecclesiæ dat peccator, quo scandalum, quod excitauerat, quantum in se est, obliterat, nequaquam vltra vrgendus est, ne vel magna hypocrisis sequatur, vel maxima desperatio. *Hanc esse sententiam*

[a] *Idem Caluinus patres excusat.*

[b] *Idem ibid.*

tentiam vere Apostolicam, adeoq; Antiquissimam Commentarij vestrorum Autorum in locum Apostoli vniuersi contestantur. pro omnibus vnum proferam, sed vnus, qui est instar omnium. [c] Apostolus dicit : [*] Sufficit illi qui eiusmodi est. Incestuosus erat excommunicatus, & traditus Satanæ, graviter dolet, Sufficiens igitur erat pœna, non quantum ad iudicium Dei, sed quantum expediebat personæ, melius enim est seruare lenitatis spiritum, vt correctionis fructus sequatur, quam si durius corrigatur, desperet peccans, & maioribus peccatis immergatur. ratio NE FORTE tristitia ABSORBEATVR. inducit eos ad misericordiam vt ad Ephes. 4. DONANTES inuicem sicut Deus in Christo donauit vobis, nec condemnationem modo, sed etiam Consolationem præcepit : VT CONFIRMETIS IN ILLIS CHARITATEM : addit. Vt non circumueniamur à SATANA : Diabolus enim multos decepit, quosdam trahendo ad perpetrationem peccatorum, quosdam vero ad NIMIAM RIGIDITATEM cõtra peccantes. *Inter iudicium Caluini, & Aquinatis, præter styli elegantiã, nihil interest: erat igitur hæc Caluini immodicæ rigiditatis, nõ immodica, nec immodesta taxatio : vos vero priscam illam seueritatem admittetis ? nihil minus.* [d] Antiquitus remissiones aliquot pœnarum factas legimus, licet non tam AMPLAS, vt MODO fiunt. [e] Antiquitus vsus erat seuerioris disciplinæ, antequam Indulgentiarum Vsus increbuit. *Quamobrem obsecro?* [f] Quia tunc illi homines seruentiores erant, in bonis operibus, & minus indigebant indulgentijs, quam nos. *Confessio vera: quæ ostendit vos antiquam seueritatem excussisse penitus, Iesuitæ ratio inepta : quasi laxius, & petulantius peccantibus Remissio maior, facilior q; debeatur. non est igitur quod quis miretur, quod tales vestras remissiones* Indulgentias *nominatis. De quarum nouitate paulo post.*

[c] *Aquinas in hunc locum.*
[*] *2. Cor. 2.*
Ratio apostolica.
Eccl. Rom. antiquam Austeritatem antiquauit.
[d] *Tolletus Iesuita lib. 6. Instruct.*
[e] *Valent. Ies. lib. de Indulg. cap. 2.*

CAPVT. LXXV.

Doctrina 10. de Quadragessima

[a] *Bell. quo supr.*
[b] *Calu. Inst. lib. 4. ca. 2. §. 20.*

ADuersarius. [a] Veteres, inquit [b] Caluinus, Superstitionis quædam semina iecerunt, & occasionem præbuerunt tyrannidis, quæ postea exorta est, rursus passim inualuerat superstitiosa Quadragessimæ obseruatio: fuit enim mera κακοζηλία, & superstitionis plena, quod colore imitationis Christi ieiunium ordinabant. *Superstitionis semina in veteribus notauit, sed tantum semina: in vobis autem fructum ipsum, superstitionem reprehendit. semina vero Caluinus descripsit.* [b] Immodicis laudibus ieiunium inter præcipuas virtutes extollunt, cum sit res per se media, nec quicquam habet in se momenti, nisi propter fines, in quos respicere debet. *Noluit Caluinus medium virtutis cum ipsa virtute, seu Ancillam cum Domina adæquare: de quo nos* [c] *supra. nec tamen hunc tantillum errorem omnibus, nec Authoribus ipsis in omnibus tribuit. addit enim:* [c] Occurrunt quidem interdum sanæ, & prudentes de ieiunio sententiæ. *Nunc de κακοζηλίᾳ paucis. hoc est in omni Theologia tritissimum, miracula ad admirationem, non ad imitationem facta esse, vt apud homines ex admiratione fidem conciliarent, non vt ex imitatione illorum homines suum aliquod officium exprimerent.* [d] Christum autem, tot diebus sine omni cibo atque esurie ieiunantem, quis imitari possit? *Ergo nec velle debetis. quia* [e] In rebus diuinis quædam sunt credenda, vt Trinitas. &c. quædam admiratione honoranda, vt Christi Domini, & Sanctorum hominum miracula: quædam imitanda, vt mansuetudo, & charitas Christi: de quibus Apostolus, [Imitatores mei estote, sicut ego Christi. VELLE autem in illis prodigiosis affectibus animi, est STVLTI, atque SVPERBI. *Attamen.* [d] Pro modulo nostro, *inquitis.* [e] Et quantum possumus Christum caput nostrum imitamur. *Imo, si ad Christi ieiunantis causam, vel modum, aut etiam finem spectemus,*

[c] *Calu. ibid.*
[c] *Supra cap. 35.*
[c] *Calu. loco iam posito.*
[b] *Iansenius concord.*
[c] *Delirus Ies. part. 1. disq. Magic. lib. 2. q. 4. §. Sed.*
[d] *Iansenius quo supra.*
[e] *Bell. lib. 2. de bonis operibus cap. 16.*

spectemus, nullus homo possit, ita ieiunium instituere. at quantum, *inquitis*, possumus *tamen: ne id quidem.* [f] Non ieiunamus eo tempore, quo Christus Dominus ieiunauit, maluit enim Ecclesia post Christum Dominum, quam cum Christo ieiunare, vt vere eius vestigia sequeretur, itaque ieiunauit Dominus a sexta die Ianuarij, vsque ad 14. Februarij: nos autem ibi (vt plurimum) incipimus, vbi ipse desijt: *ridiculum. in quo non possitis modum ieiunij, saltem pro modulo imitari vultis; in quo possitis, tempus ieiunij obseruare negligitis. sed vbi Christus desijt vos incipitis, nimirum ita imitando, ne imitemini. o Imitatores! Nos hic rursus ad Antiquitatem ipsam, Christum confugimus.* [g] Quamuis Christus potissimum ieiunauit, vt per tentationes probatus procederet ad proferendum diuinum Euangelium; statutum est ab Ecclesia, vt ante Pascham omnes ieiunium Quadragessimæ obseruarent. *Non igitur Apostolicum hoc, sed Ecclesiasticum statutum fuit. Statutum sicut non necessario imponendum Ecclesiæ, quia non est Apostolicum: ita quatenus antiquum statutum εἰς παρασκευὴν, id est ad præparationem ad Eucharistiam in Paschate celebrandam retinendum, ita tamen vt nouo suo, & plane Pharaisaico fermento, quod ex opinione meriti, κακοζηλίας studio, & præscriptorum Papalium tyrannide conflatum est, omnino careat. de Quadrag. antiquitate paulo post.*

[f] *Ibid. cap. 17. §. Quærunt.*

[g] *Iansenius concord.*

11. *Doctrina. Baptismus Laicorum.*

Aduersar. [h] Quod multis abhinc seculis, adeoque ab ipso fere Ecclesiæ exordio, vsu receptum video, vt in periculo mortis Laici baptizarent, si Minister abesset, non video (*inquit* * *Caluinus*) quam firma ratione possit defendi. *Caluini dicta satis seipsum defendent. Primo. quia antiquam Concilij autoritatem pro se opponit.* De mulieribus, citra vllam exceptionem, sancitum fuit in Concilio * Carthag. 4. cap. Ne baptizare omnino præsumant. *Alibi vero* * *Tertullianum, &* * *Epiphanium allegat, qui hanc in Marcione hæresin damnãt.* Permittet Mulieribus baptizare. *Secundo ratio eius*

[h] *Bell. quo sup. r.*

* *Calu. Instit. lib. 4. 15. §. 2.*

* *Cap. 100.*

* *Lib. de Veland. virg. & li. de Baptism.*

* *Hæres. 42.*

Cal. quo ſupra. * Math. Docete baptizantes. Baptiſmi adminiſtratio eſt pars Eccleſiaſtici miniſterij, at nè ipſis quidem veteribus, qui hunc morem vel tenebant, vel patiebantur, conſtabat an rectè id fieret vt præ ſe fert * Auguſtinus cum ſic ait. Etſi Laicus, neceſsitate compulſus, baptiſma dederit, NESCIO an piè quiſquam dixerit eſſe repetendum: nulla enim cogente neceſsitate ſi fiat, alieni muneris eſt occupatio: ſi autem NECESSITAS vrgeat, aut nullum, aut VENIALE delictum eſt. *Dubitatio manifeſtior eſt, quam vt eludi poſſit. Caluini rationem, cum Auguſtini dubitatione comparemus, & Inſtitutio Chriſti, vt vera antiquitas, obtinere debet. Denique vos quidem.* ' In caſu neceſsitatis ſiue Iudæus ſit, ſiue Paganus, ſiue quiuis Infidelis, poſsit baptizare. *Ecqua Antiquitas figmento huic faueat?* ' Veteres de hoc dubij fuiſſe videntur. *Poſtremo, quam ſolum cauſam obtenditis, Caſum neceſſitatis, eam iam * ſupra non neceſſarium eſſe probauimus.*

Auguſt. Tom. 7. lib. 2. contra Epiſt. Parm. cap. 13.

' *Bell. lib. 1. Baptiſ. cap. 7. Cæterum. & Toll. Inſtruct. Sacer. l. 2. c. 20.*

' *Bell. quo iam ſupra. §. Quinto docent.*

*Supra ca. 41.

12. *Doctrina de Euchariſtia ritu.*

Aduerſarius. ' Excuſari non arbitror poſſe veteres (inquit * Caluinus) quin aliquid in actionis modo peccauerint, imitati ſunt enim Iudaicum ſacrificandi morem magis, quam aut ordinauerit Chriſtus, aut Euangelij ratio ſinebat. *Hæc ſententia nec cauſæ noſtræ præiudicio eſſe poſſit, nec præſidio veſtræ. 1. quia tantum præpoſteram & vmbratilem quandam Anagogen taxat: ita tamen, vt hic Patrum iudicium de Euchariſtiæ myſterio non modo non refugiat, verum etiam approbet, & prorſus efflagitet.* * Equidem cum pium atque ORTHODOXVM SENSVM de toto hoc myſterio retinuiſſe PATRES videam, Excuſari tamen, &c. *Quod ad cauſam veſtram.* * Si de approbando Sacrificij commento, quale eſt in Miſſa, confinxerunt Papiſtæ, agitur, vtuntur quidem Patres ſacrificij vocabulo, verum exponunt ſe aliud nihil intelligere, quam memoriam veri illius, & vnici ſacrificij, quod in cruce peregit Chriſtus, vnicus

' *Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. c. 9.*

Lib. 4. Inſtit. cap. 18. §. 21. Aduerſ. deprauat mentem Caluini.

*Ibid.

Calu. ibid. §. 20. Sacrificij ratio.

vnicus (vt ipsi passim prædicant,) noster Sacerdos. *Atque etiam (ne forte ignores.) Advocatus.* [m] Lutherani non penitus sacrificium negant: sed in eo perstant, qui hostiam pro peccatis admittunt, eos injuriam ponere Christi Sacrificio perfectissimo, quo vno cuncta sunt remissa peccata: itaque Gratiarum actionem sacrificium in Ecclesia esse quidem, quod Eucharistiam isti vocant. sed pro peccatis nullum esse, quod Propitiatorium appellant. * Id est quod Tertullianus vult, ni fallor, cum dicit sacrificia offerri pro Martyribus, significans pro commemoratione eorum, nam id prioris loci mox citati verba apertè continent: vt ex Augustino constat lib. de virg. vbi ait Martyres ad sacramenta altaris recitari, fuisse preces gratulatorias, quibus gratias agebant, de eo quod Martyribus eam gratiam contulisset. *De quo fusius* * *infra. Hæc sunt omnia illa dogmata, de quibus arrogantius, quam verius in initio dixti.* Ostendam ex confessione Aduersariorum nostra dogmata esse doctrinam omnium veterum. &. Caluinus, cum nostra oppugnat, fatetur se repugnare toti Antiquitati. Nostra esse omnino antiquitati consentanea. 1. Passim, *inquis, quasi in omnibus Controuersiis Antiquitatem auersetur Caluinus.* 2. Omnium veterum, *inquis, quasi is etiam nullius Patrocinio vtatur.* 3. Toti, *inquis*, Antiquitati; *ac si non antiquitatem primeuam vendicet in omnibus.* 4. Dogmata nostra. *inquis*; *quasi concedat eandem fuisse Patrum & Papistarum sententiam. Hæc quatuor insigniter falsa esse hæc Synopsis ostendet.*

[m] *Melchior Canus loc. Theog. lib. 12. cap. 12. §. Atque. Vera Protestantium sententia vere enarrata.*

[n] *B Rhenanus in arg. Tert. li. ad Martyres.*

* *Infra.*

Synopsis Contradictionum superiorum

Quascunque Confessiones de dogmatibus quibuscunque potuisti ex Protestantium libris corradere, vel te Autore, duodecim dogmata concernunt: & tamen, Cum nostra dogmata oppugnat Caluinus, *inquit*, passim fatetur, &c. *Atque etiam ex his quædam sunt minoris momenti: quale* 3. De quo Augustinus dubitabat. * *Suarez. Iesuita.* Nec scire attinet. * *Viues. & quamuis Stapletonus Calainum* Impium *vocat, quod* 3. Sinum Abrahami. *Negauerat esse in inferno, hoc tamen*

* *Hæc indoctrina 3. supra.*

tamen tam non eſt ex fide. Vt VALAE ſuſpicet Sinũ Abrahæ eſſe in Cœlo. [4]. *Maldonatus Ieſuita, huc vox* [5]. *meriti* [6] *ſuperſtitionis referri poſſint. Secundum patet in 2. non dixit Caluinuus (vt tu ais) Patres* OMNES *erraſſe, tantum abeſt, vt id dicere potuerit, vt, ſi in hoc dogmate Caluinus forte errauerit,* Patres ferè omnes errauerunt. [7] *Tolletus Ieſuita. deinde in altero,* NON OMNES, alitèr enim Auguſtinus. * *Caluinus.* Ex patribus probo. * *Caluinus.* Priores Patres non. * *Caluinus.* Non Patres accuſo, ſed morem. * *Caluinus.* Ad concilium Carthaginenſe prouoco, & ad Auguſtinum, & alios. * *Caluinus. Et tamen,* fatetur, *inquis,* ſe omnes veteres oppugnare. *Tertium examinemus.* Reprehendit Caluinus veteres omnes, præter Auguſtinum. [8] *Bellarminus.* Et meritò quidem reprehendendos, quia contra Apoſtolum. [9] *Tolletus, Pererius, Maldonatus, tres inclyti Ieſuita.* Reprehendit Caluinus vocabuli meriti vſum. [10] *Bellarminus.* Quo Patres ſæpe ſine ratione vſi ſunt. [11] *Vega. et.* Eſt fidelior Catholicus, & ſacris Scripturis magis conſentiens, qui illud vocabulum abrogat. [12] *Waldenſ.* & *Pighius.* Succeſſu temporis peccauit antiquitas. * *Caluinus. Loquitur de poſteriore antiquitate, & verè.* Nam Cœlibatus multis ſeculis poſt erat impoſitus Sacerdotibus. *Caſſander.* Et diſciplina lenior eſt ex præcepto Apoſtoli. *Aquinas. in quibus omnibus Caluinus iuxta cum Doctoribus veſtris, relicta poſteriore antiquitate, ad antiquitatem primam, & Apoſtolicam prouocat, & tamen* fatetur, *inquis,* ſe totiantiquitati repugnare. *Ad vltimum deueniamus.* Non concedam Patres hoc eo ſenſu ſcripſiſſe, quo à nouis Satisfactionarijs legantur. * *Caluinus.* Longum eſt diſcrimen inter Patrum iudicium, & Papiſtarum. * *Caluinus.* Patres ſuperſtitionis ſemina, Papiſtæ ſuperſtitionem ipſam inuexerunt. * *Caluinus.* Cum Patres pium & orthodoxum ſenſum habent, Papiſtæ Idololatricum confingunt. * *Caluinus. Hæc Caluinus. Et tamen* fatetur, *inquis,* noſtra dogmata, eſſe doctrinam omnium veterum. *Ex quibus ars ista calumniandi vetus & veteratoria apparet.*

[4] *Supra doctr. 7.*
[5] *Doctrin. 10.*
[6] *Supra doct. 2.*
[7] *Supr. doctr. 1.*
[8] *Doctr. 5.*
[9] *Doctr. 8.*
[10] *Doctr. 9.*
[11] *Doctr. 11.*
[12] *Supr. doct. 1.*
[13] *Ibid.*
[14] *Supr. doct. 7.*
[15] *Ibidem.*
[16] *Supr. doct. 9.*
[17] *Supr. doct. 8.*
[18] *Calu. supr. doctr 5.*
[19] *Doct. 6.*
[20] *Doctr. 10.*
[21] *Doctr. 12.*

CAPVT

CAPVT. LXXVI.

Hypothesis Secunda, in qua, ex Pontificiorum confessione patet, Romanam Ecclesiam, in dogmatibus controuersis, veræ antiquitati iamdiu repugnasse.

Aduersarius. [a] Protestantes religionem nostram mutatam esse conqueruntur, cum non possunt eius mutationis autorem, locum, tempus vllum assignare: ergo Ecclesia Romana non à vera religione deflexit: *Quasi homini peste vexato liceret morbum suum negare esse pestem, nisi demonstrari possit autor, locus, tempus, causa, vnde istam contraxerit. iam vero multas notas mutationis explicabimus, in omnibus, ex ipsorum confessione constet, Ecclesiam suam iam nimis esse mutam.*

[a] *Bell. lib. 4 de Eccles. milit. ca. 5. §. In omnibus. & lib. 3. Enchir. cap. 8. §. Ac primum.*

Quæstio Prima, Religionis totius basin, Sacram Scripturam, respicit. circa hanc mutationes quatuor notantur.

Aduersarius. [b] Numerus sacrorum librorum quiad Ecclesiam pertinet, ante annos 1200. in Conc. Carthag. 3. traditus erat. *quis tandem?* [c] Si quis librum Hester, Danielis, Baruch, Eccles. Sapient. Iudith, Tobiæ, duorum Machabæorum, cum omnibus suis partibus, prout in vulgata Editione habentur, pro Canonicis non receperit, Anathema sit. *Veræ Antiquitati assentiemur. Aduocatus.* [d] Hi libri non erant in Canone Hebræorum. [e] Quæ Ecclesia erat fidelis custos Eloquiorum Dei. [f] Nec ante Christi aduentum deficiebat. Secundo, [g] Concilium Laodicæum eos non recipiebat. *Quos Patres Antiqui Hebræos*

[b] *Costerus Enchirid. tract. de Scriptura. §. Nullus.*
[c] *Concil. Trid. Sess. 4. 1. Canonem ipsum infringit.*
[d] *Bell. præfat. in lib. 1. de Verbo Dei.*
[e] *Tolletus Ies. com. in Rom. 3.*
[f] *Bell. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 16. §. Ad tertium.*
[g] *Ederus Oecon. Bibl. lib. 1. pag. 36.*

secuti non Canonicos esse censuerunt. [h] Epiphanius, Hilarius, [i] Etiam Hieronymus, [k] Etiam Melito, Origenes, Eusebius. *Deinde post Concilium Carthaginense.* [l] Augustinus, [m] Damascenus, [n] Gregorius Theologus, & Isiodorus. Item [o] Lyranus: [p] & Dionysius Carthusianus, & alij. [q] Hugo de Sancto victore, Caietanus, [r] Abulensis. *Post Concilij Tridentini Anathema de aliquibus paruis dubitarunt* [s] *Senensis, Iansenius,* [t] *Estensæus,* [u] *Erasmus. at* [x] Ipsis Patribus, qui primitiuæ Ecclesiæ præsidebant, incumbebat, catalogum Scripturarum tradere. *Secunda. Aduersarius.* [y] Volunt Lutherani controuersias omnes ex solis Scripturis definiri. conditio iniqua. *Aduocatus.* [z] Primitiua Ecclesia nullam regulam aliam nouit, vtinam hæc nunc obtineret. *Quia.* [a] Quæcumque sunt omnibus ad salutem necessaria scripta sunt omnia. [b] Hoc affirmat Chrysostomus. [c] Hoc est veræ eruditionis. [d] Hoc fieri debet. [e] Hoc, *Deniq;*, Constantinus magnus exigebat. [f] Quem Imperatorem Deus quasi communem quendam Episcopum Ecclesiæ, ad pacem Ecclesiæ constituendam ordinabat. *Tertia. Aduersarius.* [1] Protestantes sequuntur Hebræam & Græcam, quos fontes purissimos falsò appellant. [2] nam codices Hebræi, & Græci erant Rabinorum, & aliorum Ecclesiæ hostium fraude corrupti. *Aduocatus.* [3] Iudæi nec per religionem voluerunt, nec propter Catholicorum diligentiam potuerunt hæbræum textum corrumpere, vt Patres docent. *Aduersarius.* [4] Cum Patres citant Græcum textum non hunc Græcum intelligunt, non fuit ille ab Hæreticis multum corruptus. *Aduocatus.* [5] Sic quidem

[h] *Bell. lib. 1. de verbo Dei, cap. 20. & Canus locis Theolog. lib. 2. cap. 10.*
[i] *Bell. quo supr. cap. 10.*
[k] *Canus lib. 2. cap. 16.*
[l] *Caietanus.*
[m] *Elenus Oeconom. Bibl. lib. 1. pag. 22.*
[n] *Senens. lib. 1. pag. 5. & 9.*
[o] *Perer. præfat. in lib. 16. com. in Dan.*
[p] *Bell. lib. 1. de verbo Dei cap. 10.*
[q] *Canus locis theolog. li. 2. cap. 10.*
[r] *Bell. quo supra cap. 7. in princ.*
[s] *Com. in Tim. part. 1.*
[t] *Annot. in 1. Tim. 1.*
[u] *Waldensis vt citat. Staplet. doct. princ. l. de Script. c. vlt.*
[x] *Bell. l. 1. de verbo Dei c. 21.*
[y] *Scripturarum sufficientiam oppugnat.*
[z] *Faber Stapulensis. præfat. in Euang.*
[a] *Bell. lib. 4. de verbo Dei cap. 1. § Primum*
[b] *Elenus Oeconom. Bibl. lib. 1. pag. 44.*
[c] *Erasmus, vt notat Canus loc. theolog. lib. 2. cap. 1.*
[d] *Greg. magnus lib. 18. Moral. cap. 4.*
[e] *Bell. lib. 4. de verbo Dei. cap. 11.*
[f] *Episc. Estensæus. comm. in Tim 3.*
[1] *Tertia in Scripturarum edit.*
[2] *Bell. lib. 2. de verbo Dei cap 2. & Senens. lib. 4. & lib. 8. pag. 63.*
[3] *Hebræa editio.*
[4] *Colleg. Anglo-Rhemense annot. nou. Testam. in præfat. & Bell. li. 2. de verbo Dei c. 7. Græca editio.*
[5] *Sixt. Senens. Bibli. 5. l. 7. p. 576.*

Heluidius

Heluidius vetus hæreticus sensit, quem Hieronymus refellit, & execrabiles Anabaptistæ hodie in eodem errore implicántur. *En apertam hæresin.* [6] Esse autem eundem verum Græcum textum, quo vsque ad tempora Apostolorum vsa est Ecclesia PATRES ANTIQVI contestantur. *Secundo, de vulgata latina, an antiqua. Aduersarius.* [7] Est & vera tota Hieronymiana. [8] Imo tota præter quosdam veteris Testamenti, & Apocalypsin. *Aduocatus.* [9] Existimo nouum Testamentum, ab Hieronymo versum non fuisse. [10] Nec sanè credibile est Ecclesiam ante annos mille quingentos hac versione vsos fuisse. *Quid refert modo syncera sint, nam quicquid verum est, antiquum est satis. Aduersarius.* [11] Qui vulgatam hanc cum omnibus partibus non susceperit, Anathema sit: hæc si errat, Ecclesia errat. [12] Ex hac Græci codices sunt examinandi. *Aduocatus.* [13] Hoc quod de Concilio Tridentino obiectant alij, ridiculum est, nam etiam post concilium Tridentinum Theologi Louanenses illam taxarunt. [14] Multiplici vitio scatet, græcæ fidei reddenda. [15] Credendum ei quatenus cum græcis consentit. [16] Hoc Augustinus sensit, Hieronymus clamat, ratio docet, nec vllus sanioris iudicij repugnat, sed NVNC rigidus stupor opponitur. *Ec-qua tandem apud Protestantes integra latina translatio? Aduersarius.* [17] Protestantes in translationibus suis omnia adulterarunt. *Aduocatus.* [18] In nouum Testamentum Syriacè, & Græcè, atq; LATINE editum, cum versione ex Syriaco per Immannelem Tremellium, quod opus ipsum alijs VTILE esse videatur, hæc quæ subiecimus expurganda sunt. *Hæc? quæ obsecro? locos examinet Lector, in annotationibus aliqua delenda esse statuunt, in translatione ne verbum quidem. Quarta, nullam vernacularum & vulgarium translatio antiquitati necessarie videbatur? Aduersarius.* Non per quadringentos annos, quod dico ad Nouatorum audaciam comprimendam. *Aduocat.*

Hæresis Heluidiana.
[6] *Pag. 580.*
Latinæ Pontificia translatio.
[7] *Eugubinus Episcopus vt refert Bell. lib. 2. de verbo Dei cap. 9.*
[8] *Bell. ibid.*
[9] *Maldonat. Ies. com. in Luc. 16.*
[10] *Lindanus li. 3. de opt. genere interp. idem Senensis Bibl. lib. 4. tit. Sanctos & Eras. in Epist. ad M. Dorpium.*
[11] *Canus refert locis theolog. li. 2. cap. 13.*
[12] *Valent. Ies. Analys. lib. 8. cap. 5.*
[13] *Franc. Lucas in præfat. annot. in Bibl.*
[14] *Stapulens. in præf. in annot. noui Test.*
[15] *Thom. Morus in Epist. ad Marc. dorpium.*
[16] *Viues scholast. in Aug. de Ciuit. Dei lib. 15. cap. 12.*

[17] *Colleg. Anglo-Rhem. præfat. in nouum Testament. Latina Protestantium.* [18] *Censores librorum ex decret. Concil. Trid. in Indice expurg. quem Iunius edidit Quarta vsum Scripturarum publicum Christianis abstulit* [19] *Bell. l. 2. de verb. Dei c. 15.*

[20] Concilium Nicænum erat circiter annũ trecentesimũ. [21]. In quo decretum erat, vt Christianus nullus careret Biblijs. [22] Chrysostomus floruit anno 380. [23] Qui vertebat partes Scripturæ in linguam Armenicam, & Gothicam. *Aduers.* [24] Non est existimandum sacra Biblia opificum manibus conteri. [25] Nunquam indifferenter ab omnibus LEGEBATVR. *Aduocatus.* [26] Contrarium manifestum est ex Epistola ad Colos. & ex COMMVNI ECCLESIAE PRAXI: hanc Eusebius vsque ad suam ætatem Christianos seruasse scribit, nec hæc noua, aut mea, sed PATRVM ANTIQVORVM doctrina *antiqua admodum. nimis.* [27] Euangelista Lucas suum euangelium, & Apostolus Paulus multas epistolas ad homines seculares, & priuatos scripserunt. [28] Iohannes vnam epistolam ad Gaium hospitem suum. [29] Secundam ad Electam dominam, ea erat matrona Babylonica, dedicauit.

[20] *Bell. lib. 2. de Euch. c. 10.*
[21] *Agrippa lib. de vanit. scient. cap. 100.*
[22] *Cassiod. lect. Euthirid.*
[23] *Coster. Anglo-Rom. refut. in manum Test.*
[24] *Ibid.*
[25] *Bell. lib. 2. de verb. Dei. c. 15.*
[26] *Epist. Elpens. sua com. in Titum cap. 2. & com. in 2.*
[27] *Mald. lect. Com. in Luc. 1. Lyranus com. in Rom 16.*
[28] *Aquinas in 2. Ioh.*

CAPVT LXXVII.

Quæstio 2. circa Sacramenta versatur. in hac pontificij duplici laborant vitio.

1. *Sacramenta falsa pro veris obtrudunt ecclesiæ.*
2. *Sacramenta vera cum falsis ritibus deturpant.*

In falsis Sacramentis excudendis, mutationes.

[a] *Duersar.* [a]. Sunt septem propriè dicta Sacramenta. [b] Caluinus tantum duo propriè a veteribus, nobile mendacium. *Aduocatus.* [c] Apud Autores paulo VETVSTIORES inter Sacramenta PROPRIE dicta nunc DVO ponuntur, nunc tria, Baptismus, Eucharistia, confirmatio. Nõn temerè quenquam reperies, ante Petrum Lombardum, qui certum aliquem, ac definitum numerum Sacramentorum statuerat: & de his septem non omnes quidem Scholastici æque propriè Sacramenta vocabant. *Nunc in particulari de quibusdam* 1. *de Matrimonio. Aduersarius.* [d] Matrimonium in statu Innocentiæ institutum

[a] *Bell. lib. de Sacram. in.*
[b] *Lindanus Panopl. Tab. 5.*
[c] *Cassander lib. Consult. art. 13. 1. 1. in numero. In natura.*
[1] *Matrimonij.*
[d] *Bell. lib. 1. de Sacram Matrimon. cap. 5. §. Quæ etiam*

tum fuit in officium naturæ, in statu hominis lapsi in remedium, in statu legis nouæ in Sacramentum. Ex nostris Catholicis vnus est * Durandus, qui matrimonium Sacramentum, NON NISI AEQVIVOCE dici posse. Disputat ac contra huiusmodi Conc. * Tridentinum Anathema ijs dixit, qui negant Matrimonium esse propriè dictum Sacramentum, aut à Christo institutum, aut gratiam conferre. *Enimuero non debemus nos in hac causa Conc. Tridentinum tanquam summum Iudicem vestrũ, nec vos Durandum tanquam testem nostrum solum & vnicum agnoscere: nam & Paulus Pontificis vestri iudicio aduersatur, & Durando (iam nostro) Pontificij alij astipulantur. Vt hæc clarius elucescant. Aduocatus.* [e] De Matrimonio non modò Lumbardus NEGAVIT in eo CONFERRI GRATIAM, sed etiam post eum Durandus. Etiam Bernardinus, Canonistæ, cum alijs, NEGANT Matrimonium esse propriè dictum Sacramentum, sicut alia, aut conferre gratiam. *Nunc Apostolum Iudicem consulamus. Aduersarius.* [f] Matrimonium esse signum rei sacræ, & proinde mysterium quoddam, & Sacramentum, probamus ex cap. 5. Epist. ad * Eph. 5. Sacramentum hoc magnum est, Ego dico de Christo & Ecclesia. [g] *Ex quo loco euincitur: mysterium hoc & Sacramentum non debere propriè ad nouam legem restringi, quia Allegoria Apostolica maximè de matrimonio Adami & Euæ, non pariter de aliorum coniugijs, instituitur. historiam cum mysterio conferamus. Historia Gen. 2.* Dixit Adam Euæ: Tu nunc es os Ex ossibus meis; & caro Ex carne mea. *Iam mysterium rimemur: huc enim alludit Apostolus.* Eph. 5. Nos sumus membra corporis eius (*Christi*) Ex carne eius.] &c. *Secundo historia Gen. 2.* Propter hoc relinquet homo Patrem & matrem, & ADHAEREBIT vxori, & duo erunt caro vna.] *Hanc Paulus repetens.* Propter hoc &c. *adiungit,* Magnum est hoc mysterium, dico de Christo & Ecclesia.] *Videtur igitur mysterij huius ratio absoluta in duobus membris consistere, in ortu coniugum, & in vinculo coniugij. Origo. Aduocatus.* [h] Quemadmodum (vt Scholastici defi-

* *In 4. d. 26. q. 3.*

* *Sess. 24. can. 1.*

[e] *Cassander lib. consult. art. 13. ex Durando quoiam supra. ex Lumbard. dist. 40.*

[f] *Valent Ies. li. de num. Sacr. cap. 7. pag. 343. in eodem volumine cum Analysi.*

* *Ephes. 5.*

[g] *Pererius Ies. com. in Gen. 2.*

niunt) Ex Adami dormientis latere, formata est Eua: ita Ex latere Christi morientis profluxit sanguis & aqua: vnde condita est Ecclesia. ideo voluit Deus Mulierem Ex viro etiam propter figuram. Etenim CONIVNCTIO ADAM ET EVAE CONTINEBAT SACRAMENTVM ILLVD MAGNVM DE QVO Paulus dicit Eph. 5. EGO DICO DE CHRISTO ET ECCLESIA. [*Quod ad vinculum coniugii.*] [b] CVM præmisisset Dominus Math. 19. Deum in initio fecisse Masculum, & Fœminam. & quidem Deus fœminam fecit Ex masculo, eosque coniunxit & bene dixit. Ex his recte infertur [Propter hoc] id est, hanc arctissimam coniunctionem, & intimam societatem. [Relinquet homo Patrem & matrem, & adhærebit vxori, & duo erunt caro vna: mysterium hoc magnum (inquit Apostolus) Ego autem dico de Christo, & Ecclesia.] *Vult igitur Apostolus mysticam & ineffabilem Christi & Ecclesiæ vnionem adumbrare, non solum respectu coniunctionis, quatenus Ecclesia cum Christo vna sit,* Erunt vna caro. [*Verum etiam quatenus ab vno Christo ortum habet,* Os Ex ossibus, (Pluraliter pro singulari) & caro ex carne mea.] *Nulla autem anima cum Christo Capite coharet, qui non* Ex *Christi latere, eiusq; Redemptionis merito iustificata exijt, aliter vero fit in coniugijs alijs, vbi Mulier non ex viro traxit originẽ suam, quocum tamen Coniugum contraxit. Ex Augustino concludam teste Beda.* * Quantum mysterium de Christo continet quod memorat Apostolus dicens, Et erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est. [Et ne quis istam magnitudinem Sacramenti in singulis quibusq; hominibus, vxores habentibus, intelligeret.] EGO AVTEM, inquit, DICO in CHRISTO & in Ecclesia. *Si igitur propriam significationem vocis velimus, mysterium vt arcanum dicitur, non vt Sacramentum: si analogiam vrgetis, respondemus illam tantum in exemplo Adami perfectam consistere, quia.* * Dormit Adam, vt fiat Eua, Moritur Christus vt fiat Ecclesia: dormienti Adam fit Eua ex latere: mortuo Christo latus percutitur, vt profluant Sacramenta, quibus formetur

[b] *Idem ibid.*

[i] *Pererius Ies. quo supra.*

* *Beda in Eph. 5. ex Augus. tract. in Ioh.*

* *Ibidem.*

formetur Eccleſia, hæc in Adam figurata, Quandoquidem dicit Apoſtolus ipſum Adam formam futuri eſſe. * [Qui eſt, *inquit*, forma futuri.] *De Sacramento Ordinis (extra ordinem agere res ipſa poſtulat) infra : vbi de miniſtris verbi agetur. Tertia.* [k] Alexander Alenſis iam aſſerit Confirmationem, non a Chriſto, ſed ab Eccleſia inſtitutam fuiſſe. [l] Confirmationē Holcottus negat eſſe proprie Sacramentum. *nec mirum.* [m] Confirmationis defectus non impedit ab alijs Sacramentis. *Aduerſarius.* [n] Chriſma eſſe materiam conſecrationis, ex Scripturis probamus. *Imo hæc eſt etiam alia mutatio. Aduocatus.* [o] In vnctione *(loquitur de Confirmatione)* Apostoli oleo Non ſunt vſi, ſed ex diuina diſpenſatione, ſola manuum impoſitione, confirmabant. Quæſtio eſt vtrum Balſamum neceſſarium ſit in confirmatione, ex neceſsitate Sacramentorum; communis opinio ait, Affirmant. [p] Neutra opinio eſt de fide. 4. *de Sacramento Pœnitentiæ, in confeſſione cernitur. Aduoc.* [q] Confeſſio auricularis inſtituta erat a Chriſto. * Antiquiſsima. *Aduocatus.* * Nondum hoc perſuaſum eſt. * Melius dicitur ab Eccleſiæ traditione profectum, * Quam Patres multi non neceſſarium eſſe cenſuerunt. * De qua Tertullianus nihil habet, ſed multis ſeculis poſt, hæc Deuterosis nata eſt. *Quibus hoc adiungendum duximus.* [r] Non eſt vere & propriè poteſtas remittendi peccata, ſed facultas tantum pronunciandi, declarandi, teſtificandi à Deo ea eſſe remiſſa : nec aliud eſt abſolutio, quam ſi dixero, En tibi certifico, remiſſa tibi eſſe peccata. *Mutatio, 5. Vbi miraculum in myſterium tranſmutatur. Aduerſarius.* [s] Dicendum eſt Extremam Vnctionem eſſe verum Sacramentum, à Chriſti immediate inſtitutum (Sacramentum autem eſt ceremonia, a Chriſto inſtituta, tanquam ordinarium remedium ſalutis animæ) vnumque ex ſeptem nouæ legis. Aſſertio eſt de fide. *Aduocatus.* [t] Inter Catholicos Non-nvlli negarvnt Chriſtum Dominum inſtituiſſe hoc Sacramentum, ex quo conſequebatur (ipſi vero Conſequens non admittunt) non eſſe verum Sacramentum

*Rom. 5.

[k] *In confirmatione in duobus.*
[l] *Greg. Valent. Ieſ. lib. de num. Sacr. cap. 3. pag. 337.*
[m] *Caſſander lib. conſult. art. 13.*
[n] *Tolletus Ieſ. Inſtr. Sacerd.*
[o] *Bell. lib. 2. de Confirm. cap. 8. §. Prima Propoſitio.*
[p] *Tolletus quo ſupra li. 2. c. 24.*
[q] *Bell. quo ſupr. cap. 8.*
[r] *In confeſſione auriculari.*
* *De his ſupra cap. 64.*
[s] *Ferus Com. in in Math. lib. 2.*
[t] *Suarez Ieſ. Tom. 4. diſp. 39. ſect. 1. num. 2. & ſect. 2. num. 2. Vaſſius extrema.*
[t] *Idem ibid.*

tum. *Hoc ex vi Consequutionis, nunc ex ingenua Confessione.*

[t] OLIM cum Æger oleo, quod infirmorum, seu energumenorum dicebatur, vngebatur, hæc verborum forma adhiberi solebat: Vngo te oleo sancto, In nomine Patris, Filij, & S. Sancti, obsecrans vt per hanc Sancti olei vnctionem, & nostram deprecationem, SANITATEM RECVPERES per Dominum nostrum. Quapropter hæc vnctio OLIM, NON vt HODIE fit ad extremum vitæ periculum, & valetudinem iam deploratam, differrebatur. *Vestrum Sacramentum, miror, quæ sit ex Scriptura depromptum. Loca duntaxat duo opponi solent. Aduersarius.*

[u] Lutherus & Caluinus docent in loco Marc. 6. [Vngebant multos oleo, & sanabantur.] non agi de Sacramento Extremæ vnctionis: quo nunc Ecclesia vtitur: neque iam oleum ad sanandos ANIMOS adhibitum fuisse. vbi ergo est, si sic non est? *quasi dixeris, nusquam. at Antecedens Scholastici tui vetustiores recentioresq; nobis largiuntur. Aduocatus.* [x] Idem quod Caluinus, idem NON-NVLLI (mitto VETVSTIORES, quos prohibet reuerentia nominare) NVPER Catholici docuerunt. *An non etiam Catholicè? Aduocatus.* [y] Illud oleum, apud Marc. 6. NON erat hoc Sacramentum Extremæ vnctionis: quia Apostoli vtebantur illa vnctione SOLVM, aut præcipue ad curationem morbi corporalis. *Locus secundus. Aduersarius.* [z] Si quis dixerit Extremam vnctionem non esse propriè Sacramentum à Christo institutum, & a B. Iacobo promulgatũ, Anathema sit. *Vexat censura Columbos suos. Aduo.* Ex hoc loco, nec ex verbis nec ab affectibus colligitur Extrema vnctio; sed vnctio illa miraculosa, quam Christus instituerat sanandis ægrotis in initio Euãgelij. nam textus promittit illeuationem infirmi, & de remissione peccatorum non nisi conditionaliter loquitur. at vnctio extrema, non nisi in extremo mortis articulo, adhibetur, & directe tendit ad remissionem. peccatorum. illa multos Presbyteros vexabat, quod ea ab Extrema vnctione alienum. sequitur enim in textu [Confitemini inuicem.] ad quod in extrema vnctione

[t] *Cassander. lib. Consult. art. 2.*

[u] *Maldonatus Ies. com in* [x] *Marc. 6. 13.*

[x] *Idem ibid.*

[y] *Bell. lib. 1. de vnct. Extr. cap. 3. & Suarez Ies. Tom. 4. disp. 39. sect. 1. num. 4.*

[z] *Conc. Trident. Sess. 14.*

[x] *Iac. 5.*

[y] *Caietanus com. in Iac. 5.*

vnctione fit, non fit inuicem, sed tantum a Sacerdotibus. *Huius itaq; Scripturæ voces fere singulæ Concilij vestri Commentum refellunt. nam vester Ægrotus ita fere comparatus est, vt nec alleuiationem corporis sperare debeat, nec Confessionem aliquam mussare, aut mutire possit. hoc vos conceditis, illud vero cum textus ipse probat, tum etiam Ecclesiæ praxis confirmat.* [b] Effectus huius olei erat, vt a morbis CORPORIS SANARENTVR: quod in initio nascentis Ecclesiæ frequens accidisse legitur. in [a] Tertull. in curatione Imperatoris: in [a] Hieron. A serpentibus percussos Agricolas ad sanitatem restitutos fuisse, & S. Clemens Pontifex R. inter sacras Constitutiones refert hanc formam bene dictionis sacri olei, Deus Creator sanctifica per Christum hoc oleum, & tribue illi vim SANANDI, & DEPELLENDI morbos. *Recte, quando vero inde cœpit ad sanandas animas vsurpari? forte tunc cum.* [c] Felix Romanus pont. iussit infirmos ante transitum vngi [illegible], [d] NON OLIM VT NVNC ad extremum vitæ periculum, & valetudinem iam deploratam deferrebatur. *Aut igitur sanandi virtutem præstetis oportet, aut desinatis vngendi necessitatem prætexere.*

[b] *Feuardentius com. in Iac. 5.*

[a] *Tert. ad Scap.*

[a] *In vita Hilar.*

[c] *Fasc. Tempor.*

[d] *Cassander quæ supra. Dilemma.*

CAPVT. LXXVIII.

Quæstio tertia circa Sacramenti Eucharistiæ falsos & nouos ritus: in quibus multiplex itas cernitur, quoad materiam, vsum, modum, atq; ipsum effectum.

Bell lib. 4. Eucharistiæ cap. 7. Materia duplex nouitas.

[b] *Toll Ies. lib. 2. de Instruct. sacerd. cap. 25. §. Quinto debet.*

Prima necessitas Azymi.

[c] *Platina in vita Alexand. & Polydor. Virgilius lib. 5. Inuent. cap. 9.*

A*Duersarius.* [a] Ex instituto Christi in Eucharistia Azymo vtimur. *Quod si certum est, esset Christianis omnibus Azymus adhibendus. at. Aduocatus.* [b] Panis Azymus debet esse in Ecclesia Latina, in Græco vero cum FERMENTATO, adeo vt peccaret Latinus mortaliter non consecrans in Azymo, quisq; consuetudinem Ecclesiæ suæ tenetur obseruare. *Vnde vero Azymus?* [c] Alexander 1. Pontifex Romanus oblationem ex Azymo, non autem VT

ANTEA, fieri mandauit. *quoad alteram ſpeciem. Aduerſarius.* [d] Non ſolum ex Scripturis, ſed etiam ex traditione hic ritus miſcendi aquam cum vino ad nos vſque dimanauit. *Nihil minus. Aduocatus.* [e] Vt aqua vino admiſceatur, neque exemplum habet in cœna dominica, neque ex traditione. *Quid ſi aqua deſit?* [f] Conſecratio valida eſt cum ſolo vino. *Quid ni verò deeſſe debeat? neque enim aquæ mixtio paſſionem Chriſti (quod eſt ex natura ſacramenti) verè repræſentare poſſit. quia.* [g] Dicendum ſine dubio eſt in paſſione Chriſti ſanguinem & aquam exiuiſſe IMPER MIXTA & loco ſeperata, tum quia hæc ſignificant verba Ioannis: | fluxit ſanguis & aqua | tum etiam, quia non alias potuiſſet aqua à ſanguine diſcerni. *Itaque Auguſtinus.* [*] Ex latere Chriſti duo effluxerunt Sacramenta, Euchariſtia, & Baptiſmus. *Non ſunt in vno igitur confundenda: ſed hæc mixtio vnde primum ortum habuit?* [h] Alexander Pontifex voluit aquam vino admiſceri in conſecratione ſanguinis. *iccirco primò Antiquitas repetenda eſt.* [i] Vt nullus in oblationibus ſacri calicis, niſi quod ex fructu ſacræ vineæ ſperatur, & hoc SINE AQVA mixtum, præſumet offerre: quia ſacrilegium iudicatur aliud offerre, quam quod in mandatis ſacratiſsimis Saluator inſtituit. *Materijs explicatis, eorum vſum exploremus. Aduerſarius.* Lutherus in Euchariſtia exigit vtriuſque ſpeciei panis, & vini communionem, idque ex Scripturis conatur efficere, at vbi Scripturæ deſunt, illic rationem, aut ſanctam conſuetudinem attuliſſe ſufficiet. *Fortaſſe, ſed Antiquam at. Aduocatus.* [k] In primitiua Eccleſia in vtraq; forma communicabant. [l] Satis conſtat Occidentalem, ſeu Romanam Eccleſiam MILLE à Chriſto ANNIS in ſolenni ordinaria huius Sacramenti diſpenſatione, VTRAMQVE panis & vini ſpeciem OMNIBVS Eccleſiæ membris exhibuiſſe, id quod Ex INNVMERIS VETERIBVS, tam Græcorum, quam Latinorum, teſtimonijs manifeſtum eſt, atque vt ita facerent inductos fuiſſe EXEMPLO CHRISTI, atque hic mos etiam ADHVC per Græciam, & Armeniam obtinet,

[d] *Ruffenſ. Epiſc. contra Capt. Babyl. c. 3. part. 24. & 25.*
[e] *2. mixtio aquæ.*
[f] *Henricus rex in diſp. ſua aduerſ. Luther. vt habet Roſſe. ibid. part. 1. fol. 2. regem ſuum refutans.*
[g] *Toll. Ieſ. lib. 2. de Inſtruct. Sacerdot. cap. 25. §. Rurſus.*
[*] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. qu. 51. art. 3. diſp. 41. §. 2.*
[h] *Auguſtinus.*
[i] *Platina in vita Alexand. I Conc. Aurel. Can. 4 Con. 2. pag. 133.*
[k] *Epiſt. Roffen. contra cap. Babyl. cap. 3. part. 1. fol. 2. De vſu vtriuſque ſpeciei. Tyranus com in 1. Cor. 11.*
[l] *Caſſander lib. conſulc. art. 22. Contra omnia antiquitatis veſtigia altera ſpecies Euchariſtiæ populo ſubtrahitur.*

net, quarè haud temerè est, quod optimi quique Catholici, & in Ecclesiasticorum Scriptorum lectione versati summo desiderio potiundi calicis incenduntur vt Sacramentum Domini ad consuetudinem VETEREM, & MVLTIS SECVLIS PERPETVATAM vniuersalis Ecclesia reducatur. *Quando primum Ecclesia enixa est, hunc suum catulum?* [m] Non ante Concilium Constantiense, in quo tandem pro lege habendam esse decretum est. *quomodo?* [n] Est diligenter notandum hanc consuetudinem non tam Episcoporum mandato, quam populi vsu, & facto, conniuentibus tamen præsulibus, IRREPSISSE, quam abstinentiam Episcopi propter quædam pericula comprobabant. *Prouidos ne igitur istos Episcopos dixeris, an potius perfidos?* [o] OLIM sanctissimi viri VTRIVSQVE speciei Sacramentum NECESSARIVM ESSE VI PRAECEPTI CHRISTI; VERBO ET OPERE astruxerunt. *Sic fuit remedium vestrum morbo ipso grauius. Proxima, celedus nouus & ridiculus, vbi missa publica in priuatam transijt. hunc intueamur. Aduersarius.* [p] Missam priuatam sine communione probamus ex consuetudine veterum. *Ain'? veterum? Aduocatus.* [q] Sunt qui communionem requirunt; sic, fateor, fuit à CHRISTO INSTITVTVM, & ita OLIM consueuit obseruari: verum id, quo minus nunc fiat, non stat per Laicos, quibus nimium refrixit charitas. [r] TEMPORE APOSTOLORVM Christiani quotidiè communicabant: paulò post creuit Christianorum negligentia, vt solis Dominicis communicarent: postmodum, facti remissiores, ter in anno. *Nunc autem.* [s] Semel in anno. *Quid multa?* [t] Quod de priuatis missis conqueruntur Protestantes, non est absque ratione, vbi priuatarum missarum nomine eas intelligimus, vbi solus Sacerdos confecta Sacramenta participat. Nec vlla mysteriorum distributio, quæ apertiore nomine Solitariæ missæ vocantur, quæ VETERIBVS IMPROBATAE fuisse videntur: absurdum enim est vt solus Sacerdos dicat Dominus VOBISCVM, aut Gratias AGAMVS Deo,

[m] *Greg. Valent. Ies. lib. de legit. vsu Sacram. cap. 10.*

[n] *Costerus Ies. Enchir. cap. 10.*

[o] *Cardinal. Cusanus. in Epist. 2. ad Bohemos.*

[p] *Bell. lib. 2 de Missa. cap. 9. §.* Tertio probatur.

[q] *Eras. Epist. de concord. Eccles.*

[r] *Maldonat. Ies. in Summula. qu. 24.*

[s] *Idem supra cap. 64.*

[t] *Caussander lib. consult. art. 24.*

aut ſurſum CORDA ATTOLLIMVS. De his ſcribit Oddo Camerenſis (in Canonem ANTIQVITVS) in vſu Eccleſiæ eas NON FVISSE. *Quid enim?* [a] RIDICVLVM eſt paricubus inſuſurrare, quæ ad populum pertinent. *Ad effectum deuenimus. Aduerſarius.* [b] Dogma tranſubſtantiationis eſt de fide tenendum. *De antiqua fide quærimus. Aduocatus.* [c] Tranſubſtantiationem Eccleſia SERO definiuit. *Diem eius natalem designate.* [d] Ante annos trecentos in Concilio Lateranenſi ad rei iſtius admirabilis clariorem explicationem vſurpatum eſt NOMEN Tranſubſtantiationis, vt intelligerent Chriſtiani Subſtantiam vini, & ſubſtantiam panis in ſubſtantiam ſanguinis, & corporis Chriſti VI verborum transferri. *De nomine vero minimè laboramus, dogma examinemus: an ſit Antiquitati repugnans.* I. [e] Scotus, & Cameracenſis docent non extare locum in Scripturis tam expreſſum, vt ſine Eccleſiæ determinatione, euidenter cogat Tranſubſtantiationem admittere, atque id non eſt omnino improbabile: *addo.* Nam etiamſi Scriptura adeo clara eſt, vt cogere poſsit hominem non proterunm. Tamen aperta ſit (*inquit*) meritò dubitari poſsit, cum homines doctiſsimi & acutiſsimi, qualis imprimis Scotus fuit, contrarium ſentiant. *Addunt.* *Si doctiſſimus & acutiſſimus myſterium veſtrum Tranſubſtantiationis videre nequibat, profectò proterunus non eſt cenſendus qui ſe id videre poſſe negat. ſed pergis.* Vnum addit Scotus ante Concilium Lateranenſe (*non nomen modo, ſed & dogma nouum eſt*) non fuiſſe DOGMA Tranſubſtantiationis. *Reſponde.* Hoc dixit Scotus cum non adhuc legerat concenſum Patrum, quem duximus. *Subelet ſentio, id enim voluiſti dicere.* Scotus (*Lector*) erat vir doctiſsimus, & acutiſsimus, *Sed minus verſatus in Patribus quam ego, ego doctiſſimo Doctior. quæſtionem hanc ex Patribus diſcutere eſt a propoſito noſtro alienum, vnum tamen Patrum patrem (id enim nomen Papæ ſibi vult) antiquiſſimum proferam.* [f] Gelaſius Papa dixit Subſtantiam panis & vini in Euchariſtia naturam ſuam non amittere. *Reſponde.* Hoc dixit tanquam priuatus

[a] *Rhegino ex Con. Namtenſi*
[b] *Bell. lib. 3. Euchariſt. cap. 23.*
[c] *Eraſ. annot. in 1. Cor. 7.*
[d] *Coſterus Iſ. Enchirid. ca 8. Effectus conſecrationis nouus & commentitius.*
[e] *Bell. lib. 3. de Euchar. cap. 23.*
[f] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 2. de Idol. cap. 5.*

priuatus Doctor. *Quod tu respondes tanquam ne doctus quidem, vt locus proprius in Tomo. 2. docebit, illud interim est in confesso.* [c] Transubstantiatio tum nomine tum EFFECTV NOVA est *Quod nouum dogma alia dogmata plurima, in Resp. Christianam noua ac plane portentosa, inuexit.*

[c] *Cassander lib Consult. art. de hoc supr. 117.*

CAPVT. LXXIX.

Quæstio 4. De Ecclesia Romana, eiusque Hierarchia institutitur. & (vt olim ἐν ἀρχῇ ἀπχὴ) sic in principio de Principe omnium Romano Pontifice agendum. 1. In genere.

De Ecclesiæ, huius opinio. 1. noua est,

ADuersarius. [a] Ecclesia Romana est mater omnium Ecclesiarum. [b] Laus, quam Apostolus tribuit Ecclesiæ Romanæ. Rom. 1. & 16. est etiam atque etiam à nobis considerauda. *Quasi aut illa antiqua, & Sancta Roma Mater omnium, aut hæc illius filia fuerit. de vtroque nota proxima nobis satis abunde faciet. Vbi quoad primum. Aduocatus.* [c] Ecclesia apostolica possit à Romana transferri. *Hic vero ad locum Scripturæ, quem nobis importune obtrudis.* [d] Vt aliquem fructum habeam ex vobis, inquit Apostolus, SICVT in CAETERIS gentibus. Perpende *(perpendite Rhemenses.)* Euangelij indifferentiam; quamuis enim Romani inter cæteras gentes eminerent, & primatum tenerent, tamen in prædicatione Euangelij, & salutis NEGOTIO *(etiam atque etiam attendite)* PARES EOS facit. *Deficere posse vides; non posse etiam non deficere subsequens Nota explicabit. progrediamur.*

[a] *Bell. lib. 1. de notis Eccles.*
[b] *Colleg. Anglo-Rhem. in arg. ante Epist. ad Romanos in fine.*
[c] *Romanæ Ecclesiæ noua prærogatiua.*
[d] *Cardinalis Cusanus & alij infra. Nota 7.*
[e] *Tollet. Instr. comm. in Rom. 1. 13.*

CAPVT. LXXX.

Quæstio quinta, de Pontifice Romano, quoad duplicem eius potestatem: Ordinis & Iurisdictionis: in priore Protestantes factam Mutationem triplicem, in Electione, Dignitate, Munere præcipuo, conqueruntur.

Prima.

[a] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 16. §. Est autem. Electionis Pontificiæ nouitas.*
[b] *Francis. de vict. Relect. 2. 2. prop. 11. & 12.*
[c] *Bell quo supr.*

ADuersarius. [a] Officium quod Cardinales exercent in eligendo Pontifice, est officium antiquissimum, & ab ipso tempore Apostolorum inchoatum: & hic ordo eligendi omnium optimus. *Sic tu dixti, tunc spe, nunc re Cardinalis, sed quo iure? Aduocatus.* [b] Ratio hæc eligendi Pontificem est ex constitutione Ecclesiæ, & minorum Pontificum: NON EX IVRE DIVINO. [c] NON est Iure diuino. *Iccirco munoris eorum autoritas, hac Confessione labefactata, corruat, necesse est. nunc Antiquitatem rimemur.*

Secunda.

[d] *Polyd. Virg. Inuent. lib. 4. cap. 9. Ordinis Cardinalatus, qui nunc Dominatur, nouitas.*
[e] *Ibidem.*

[d] Marcellinus Pontifex quinq; diocœseis Romæ constituit, ad vsum Baptismi, & Sepulturæ; eisdem totidem Presbyteros præfecerat, vt baptizandi Infantes, & humandi mortuos curam sustinerent: & HAEC VERA CARDINALIVM ORIGO fuit. *Eheu! curam tam vilem? non honos, sed onus: quod homines delicati tam diu excusserunt. quid præterea?* [e] Verum cum Bonifacius tertius ab Imperatore Phoca impetrasset, vt in omnes Episcopos prærogatiuam haberet, omniumque Caput perpetuo foret; IAM TVM R. Pontifex, cum suo vrbano senatu, multo quam ante, cunctis autoritate præstare cœpit; & simul isti Presbyteri, quibus Christianorum animas curandi munus delatum

latum fuerat, in administranda Rep. Christiana Pontifici præsto aderant, & paulatim inter contentiones Imperatorum, & cleri Romani de Pontifice elegendo ortas, prærogatiuam, iusque creandi Pontificem nacti sunt. *nec hæc Confessio à veritate quicquam abhorruit. nam.* [i] Olim fateor Episcopos quoscunque prælatos fuisse non Episcopis, POSTEA tamen MVTATVS est ordo POSTEAQVAM enim ad Cardinales deuoluta est Summi Pontificis electio, cœpit Cardinalium dignitas pluris fieri, quam antea: nam primis OCTINGENTIS ANNIS Cardinales vel soli, vel primarij Pontificis Consiliarij non erant, his POSTREMIS annis SEXCENTIS vel Septuagintis cœperunt omitti Concilia Episcopalia, & res tota redigi ad senatum Cardinalium. [ii] Qui ordo non est ex iure diuino. *Hæc quid aliud demonstrant, quam Pontificis electionem nouam, adeoq; Pontificatum nouum esse introductum? Ordo tamen, optimone tua,* [iii] Optimus. *Ne tu præclarus es Antiquitatis assertor, cui ordo nouissimus optimus videtur? optimus sez. de quo Theologis vester non potuit non queri.* [iv] Non equidem video quonam consilio nunc apud nostros hoc fiat. faxit Deus vt Theologi grauissimo tribunali adiungantur. *In quorum numerum ascribi Episcopus celeberrimus plane horruit.* [v] Paulus Quartus Pontifex maximus cum de me in Sacerdotum suorum collegium cooptando, se cogitare serio dixerat, (nihil hic fingo) Immortali Deo gratias immortales egi, quod mihi tantum mali non permisit Christus. Quid facerem Romæ mentiri nescio? *Deinde honor qui nunc tribuitur Pontifici qui quidem duplex est: tituli & personæ.*

[i] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 16.*

[ii] *Francis. de Vict. relect. 2. conclus. 7.*

[iii] * *Supra. Cardinalatus ordinis eulogium.*

[iv] *Canus loc. Theolog lib. 8. cap. 7.*

[v] *Episc. Espens. in Epist. ante sex. tract. ad Cardinalem Castillionæum pag. 12.*

Pontificiæ dignitatis nouitas duplex.

Tertia.

Aduersarius. [vi] Mortuis Apostolis summa potestas in sola successione Petri Romano Pontifice remansit. [vii] Qui est Christi vicarius & totius Ecclesiæ pastor vniuersalis: & caput. *Atqui certum est, hanc Prærogatiuam nec a Maioribus magnitam antiquitus fuisse, nec a Posteris vnquam excogitari*

[vi] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9.*

[vii] *Stapl. de doct. princ. li. 10. ca. 11. & Ies. vniuersi.*

[m] *Greg. pont. in vi debuisse. primum. Aduocatus.* [m] Nemo prædicessorum meorum hoc profano vocabulo vniuersalis Episcopi vsus est vnquam. *Sic quidem Gregorius Pontifex palam testatur.* [n] Hoc inquit Gregorius, temerarium nomen Episcopi vniuersalis nullus Romanus Pontifex sibi arripuit. De quo titulo in Concilio Africano cautum est. [o] Vniuersalis autem Episcopus nec Romanus Episcopus dicatur. *Quid ni possit?* [p] Ecclesia, quæ eadem est, formam eandem omni tempore tenere debet. *At.* [q] In primordijs Ecclesiæ potestas summa Omnibus Apostolis concedebatur. [r] Omnes vtramque potestatem eandem ordinis & Iurisdictionis exercebant per Totum terrarum orbem, ad Omnes actus quos Petrus habuit, vt ex actis Apostolorum patet. [s] Eadem potestate Pastorali instructi &c. [t] Eodem tempore Apostoli omnes claros Ecclesiæ acceperunt. *Ergo Episcopi Successores Apostolorum prædicti sunt pari consortio ordinis, & Iurisdictionis. Iul et tandem huius splendidi tituli Infantiam perlustrare.* Bonifacius tertius Pontifex Romanus qui fuit secundus a Gregorio, magna contentione à Phoca obtinuit vt Roma caput Ecclesiarum diceretur. quem locum Iohannes Constantinopolitanus sibi vendicabat. *Hæc de nominis titulo: Personæ vero esset reuerentiam vix quidem humanam homines præstant.*

Titulus nouitas.

[n] *Card. Cusan. li. 2 de concord. Ecclesiæ c. 34.*

[o] *Gratian. disc. de Greg.*

[p] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12. rat. 2.*

[q] *Bell. ibid li. 1. cap. 9.*

[r] *Francisc. de Victoria relect. 2. qu. 2 concl. 3.*

[s] *Toll. Iesc. com. in Ioh. 21.*

[t] *Ferus in Math. 16. & glossa Ord.*

[u] *Platina in vita Bonifacij. 3. Idem testatur Cuspinianus Polydorus, Cation. sed Index expurgatorius integras sententias hac sua lima eraſit* Deleatur. *Index pag. 1069. & 1071.*

Quarta.

Aduersarius. [x] Prophetia Esaiæ 61. In faciem terræ adorabunt, & puluerem pedum tuorum lingent: Vbi hoc nisi in deosculatione pedum Episcopi Romani, vt iam exitus probat? *Aduocatus.* [y] In *Act. 10. Cecidit Cornelius osculaturus pedes Petri: tum dixit Petrus, Surge, &c. ô vocem memorabilem. Surge o homo! o si imperiosissimi nostri Domini Sacerdotes, ita se homines esse perpenderent: Vt Pontificum pedes exoscularentur a Romanis Pontificibus institutum esse dixerim. [z] Masculus senior nunquam ad pedum suorum osculationem quenquam

[x] *Turrian. Iesu. lib contra Sadaeum pag. 14. Persone in osculo pedum.*

[y] *Polyd. Virg. Inuent. l. 4. c. 12*

[z] *Act. 10. 5.*

[z] *Eraſ Apoth. lib. 6.*

quam admiſit. Abſit, inquam vt quiſquam pedibus meis oſcula figat. Vbi ſunt igitur, qui non modo ingenuos, verum etiam ſummos Monarchas ad oſcula, non pedum, Sed Calceorvm, non dico admittunt, ſed inuitant & quodammodo cogunt? *Vt nona, ſic nobilitata eſt hæc iſtorum ſuperbia, qui vtinam tam à Deo ſibi impoſiti oneris, quam humani honoris ſtudioſi fuiſſent. in munere enim inualuit profana mutatio. Aduocatus.* [a] Div eſt quod deſierint Pontifices concionari. [b] At fuerunt ante hæc tempora Sanctiſsimi Patres qui ſingulis Dominicis ad populum homilias declamitarunt. *De hac perfidia* (nam [c] fidelis, & prudens diſpenſator eſt &c.) [d] *ſupra.*

[a] *Bell. ſupra.*
[b] *Epiſc. Koſſenſ. art. 33.*
[c] *Luc. 12. 42.*
[d] *Vide ſupra. cap. 20.*

Caput. LXXXI.

Iuriſdictionis poteſtas duplex Pontifici tribui ſolet, Spiritualis vna, altera Ciuilis. Spiritualis Capita varia aſſignantur. Primum, ſuper Epiſcopos vniuerſos ſupremum dominium.

Mutatio Prima.

Aduerſarius. [a] Pontifex R. habet in omnes Paſtores poteſtatem ſupremam. *Aduocatus.* [b] Quia ab illa poteſtate ligandi & ſoluendi, quæ eſt immediate à Chriſto, eſt diuinæ Iuriſdictionis poteſtas, patet omnes Epiſcopos, & forte etiam Presbyteros Æqvalis Potestatis quoad Iuriſdictionem eſſe. [c] Vſque ad tempora Conſtantini nemo Epiſcoporum in alios Iuriſdictionem exercuit. *De hoc* [d] *infra.*

[a] *Bell. Tract. de Pontifice.*
[b] *Card. Cuſanus lib. 2. de Concord. Eccleſ. cap. 13. & 14. Dominium nouum.*
[c] *Marſilius Tom. 2. ca. 16.*
[d] *Vide nota 7.*

Secunda eſt Appellationis.

Aduerſarius. [a] Ad poteſtatem Papæ omnes veteres Patres confugiebant, poteſtas Papæ igitur ex appellatio-

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pontif. ca. 21. & li. de notis Eccleſ. c. 10.*

nibus probatur. *Aduocatus.* [a] Ex Epistola Augustini ad Gloriam, & ex antiquorum Pontificum confessionibus contrarium ostenditur. [b] Non aliter Romanam sedem in dubijs consuluerunt, quam sicut Episcopus Aurelianensis olim vniuersitatem Parisiensem. Cui tamen non erat aliqua Iurisdictione subiecta. [c] Ante Concilium Nicænum ad Romanam Ecclesiam non magnus respectus habebatur. [d] Quod Appellationis ius Concil. Africani Patres Romano Pontifici denegarunt.

[a] *Cusanus quo supra cap. 17. Appellationis ius nouum.*
[b] *Marsilius quo supra. cap. 16.*
[c] *Aeneas Syluius de gest. Concil. Basil. de Cont. Affric.*
[d] *Lib. Concilior.*

Tertiam, Concilijs congregandis præpotens Auctoritas.

Aduersarius. [e] Est proprium Pontificis munus Concilium generale conuocare & hoc est Christi nomine congregari. [f] Sine cuius consensu Concilium non est: sed conciliabulum erroris. *atqui. Aduocatus.* [g] Per trecentos annos Concilium generale nullum fuit. [h] Et ex illo tempore quo Imperatores Christiani esse cœperant, ex illorum nutu pendere visa sunt negotia Ecclesiæ, atque adeo maxima Concilia ex eorum sententia conuocabantur. vt ex [i] Eusebio, [k] Socrate, [l] Sozom. [m] Nicephoro patet. [n] Octo prima Concilia, generalia ab Imperatoribus erant collecta, & Pontifex Romanus adiutar aliorum Patriarcharum diuales sacras iussiones pro conueniendo, aut mittendo ad Cõcilia recepit. [o] Concilium Constantiense, & Meliuitanum à nullo Romano Pontifice congregata erant, & tamen illud Martinus, hoc Cœlestinus, & Innocentius approbant. *Aduersarius.* [p] Concilium legitimum non est, in quo non præsidet Pontifex, aut alius eius nomine.

[e] *Bell. lib. 1. de Concil cap. 17.*
[f] *Canus loc. Theolog. Concilij congregandi ius nouũ.*
[g] *Bell. lib. 1. de Concil. cap. 10.*
[h] *Cusanus lib. 2. Concord Eccles. cap. 25.*
[i] *Lib. 3 hist. & 4.*
[k] *Lib. 4. in Proœm.*
[l] *Lib. 1. cap 16.*
[m] *Lib. 8. cap. 14*
[n] *Card. Cusanus quo supra.*
[o] *Canus loc. theolog. l. 5. c. 3.*
[p] *Bell. lib. 1. de concil. cap. 4. Ius præsidendi in Concilio nouum.*

Quarta, in Præsidendo.

Aduocatus. [q] In secundo Concilio generali non omnino interfuit Pontifex, nec per se nec per alium. [r] In octo Concilijs prioribus Papa nullus præfuit. [s] In nullis Concilijs

[q] *Idem ibid. cap. 5.*
[r] *Card. Turrecremata lib. 3. de Eccles. cap. 11.*
[s] *Bell. lib. 1. de Concil. cap. 19.*

cilijs Orientalibus interfuit. [t] In Calcedonensi ne per Legatos quidem.

Quinta, in Suffragatoribus.

Aduersarius. [u] In Concilijs soli Episcopi vocem decisiuam habent. *quando. Aduocat.* [x] Quid prohibet exemplum Apostolicum imitari? in Concilio Nicæno primo Athanasius PRESBYTER, vel solus argumẽtationes Arianorũ disturbabat, & Constantiensi Synodo, vidi Presbyteros ad decisionem rerum admitti arduatum, idem obseruari in Pisano & Lateranensi nemini ambiguum est. [y] Vt soli Episcopi Iudices sint, factum est his POSTREMIS Seculis. [z] In PRAETERITIS temporibus aliter factitatum vidimus. *Postquam vero Episcoporum calculis aliquid Decretum fuerit, ecqua autoritas id possit dissoluere?*

Sexta, in Concilijs moderandis.

Aduersarius. [a] Pontifex est absolute supra Concilium. [b] Qui contrarium sentiunt pugnant reuera cum primatu Pontificis. [c] Quod minime tolerandum censuimus. *Aduocatus.* [d] Papam non esse supra Ecclesiam ex Augustino, Cypriano, & Gregorio Papa: etiam ex Ambrosio, & confessione Pontificum constat. [e] Papam esse infra Concilium, Cardinalis Cameracensis, Almain, Gerson, Nicol. Campanus, Panormitanus Cardinalis, Florentinus, & Patres in Concilio Basiliensi censuerunt. [f] Et qui Papæ autoritatem autoritati Concilij anteponeret, hæreticum esse statuerunt. [g] Posse quoque congregari Concilium contra voluntatem Papæ expresse tenet Cardinalis Turrecremata, & Syluester idem, & est vera sententia. [h] TEMPORE ANTIQVORVM Conciliorum Pontifices Conciliorum acta, tanquam diuina oracula obseruabant, & Papa Damasus negabat sui muneris esse in causis à Concilio definitis manum suam apponere. [i] Si

[t] *Idem lib. 2. de Rom. Pontif. cap. 17.*
[u] *Bell. Staplet. de Conc.*
[x] *Card. Arelatens. vt refert Aeneas Syl. in gest. Conc. Basil. In Conc. suffragijs nouitas.*
[y] *Episc. Espenseus Comman. Lim.*
[z] *Card. Turrecremata in classe huic causæ propria.*
[a] *Bell. lib. 2. de Conc. cap. 17.*
[b] *Valent. Ies. Analys. lib. 8. cap. 7.*
[c] *Index Expurgator. pag. 165. Nouitatum omnium monstrum nouissimum.*
[d] *Card. Cusanus li. 2. de concord. Cath. ca. 17. & 18 & 2.*
[e] *Bell. lib. 2. de concil. cap. 14. An papa supra Concilium.*
[f] *Aeneas Syluius de gestis Conc. Basil.*
[g] *Franciscus de Vict. Relect. 4. prop. 23.*
[h] *Aeneas Syluius quo supra.*
[i] *Franc. de Vict. Relect. 4.*

bene reuoluantur hiſtoriæ tempora ANTIQVORVM CONCILIORVM, reperiemus Pontifices ſimiles fuiſſe Conciliorum Patribus, nec præſumpſiſſe decreta Conciliorum TAM facile diſpenſare, ſed tanquam diuina Oracula obſeruare. IAM verò nec mala noſtra, nec remedia ferre poſſumus. [b] In Act. 15. Cum magna inquiſitio eſſet: vide quam prudenter Apoſtoli agunt, non præcipitant ſententiam in rebus fidei, non ſatis eſt dicere VOLVMVS, & MANDAMVS. quid mirum, ſi in hoc Concilio fuerit Spiritus Sanctus. NOS AVTEM aliter conuenimus cum magna pompa, pollicemur nobis quidnis licere de plenitudine poteſtatis. quomodo Spiritus Sanctus huiuſmodi conuentus probare poſſit? *Præterea in condonandis peccatoribus, atque etiam canonizandis Sanctis ius ſingulare ſibi vendicat.*

[b] *Iohan. Ferus com. in Act. 15. Lulla pontif. vanitatem iuxta & nouitatem ebullit.*

Septima.

Aduerſarius. [1] Sufficit ad Indulgentias, & Bullas defendendas Eccleſiæ autoritas, quæ non tam conſtanter indulgentias prædicaret, & in Concil. Oecumenicis approbaret, niſi diuinitus ſibi traditam eſſe huiuſmodi poteſtatem non ignoraret. *Inertis eſt Poetæ (inquit Comicus) cum argumenti exitum inuenire non poſſit, confugere ad Deos. tu cum certum principium harum fraudum inſcienter ignoras, aut potius callide diſſimulas, eas diuinitus traditas eſſe ſomnias, at aliquam ſaltem antiquitatis vmbram ſectari videamini, ſed ne vmbram quidem.* [m] Indulgentiarum origo eruitur ex Cypriani ætate, more apud Catholicas Eccleſias peruulgato. [a] Veteres Remiſſas vocarunt, quas nos Indulgentias, nemini igitur harum origo poſſit eſſe incognita. *Lindanus ait neminem ignorare indulgentiarum originem, Bellarminus verò neminem non ignorare. Satis nobis eſſe debet, quod Indulgentias iſtas ignorauit vera Antiquitas. Aduocatus.* [o] Quis iam mirari poteſt, quod in PRINCIPIO naſcentis Eccleſiæ, NVLLVS fuit INDVLGENTIARVM VSVS.

[1] *Bell. lib. 2. de Indulg. & Iubileo cap. 10. Indulgentiarum profana nouitas.*

[m] *Lindanus Panopl. lib. 3. cap. vlt.*
[a] *Ibid. lib. 4. cap. 37.*

[o] *Epiſt. Roffenſ. art. 18. contra Iuib.*

VSVS. [p] De Indulgentijs nihil habemus, nec in Scripturis, nec ex dictis antiquorum Doctorum. *Imo etiam tam noua, vt vix eam ipsa nouitas viderit.* [q] Obijci posſit, Gratianum & Lombardum, qui ante annos 400. vixerunt, de Indulgentijs nihil meminisſe. Reſpondeo, TVNC CVM VIXERVNT VSVS ERAT SEVERIORIS pœnitentiæ, qua POST deferuescente, Indulgentiarum vſus increbuit. [r] ERANT CATHOLICI quidam ANTE LVTHERVM, quorum opinionem * Thomas refert, qui Indulgentias pias fraudes eſſe duxerunt. *Verius eas impius & omnis impietatis matres indulgentiſſimas & plane lenocinia dicerent. De hoc mox * infra.*

[p] *Antonius 4. part Summæ. tit. 11. cap. 7.*

[q] *Greg. Valent. Ieſ. li. de Indul. cap. 2.*

[r] *Greg. Valent. Ieſ lib. 5. de Indulgent.*

* *Part. 3. qu. 25. art. 5.*

* *Infra nota 8.*

Octaua.

Aduoc. [t] Bonifacius 8. Primus fuit qui conceſsit plenarias Indulgentias, & Iubilæũ Romam viſitantibus ob reuerentiã ſedis. [u] Hic primus *(en antiquitatem!)* ann. Dom. 1300. Iubilæum ordinauit, atque hoc ſolenne repeti voluit anno quoque centeſimo. Clemens 6. ſanxiit eum celebrari anno quinquageſimo. Sixtus Quintus eum ad vigeſimum quintum, quemque annum reduxit. [x] Bonifacius 8. primus inſtituit Iubilæum, & Indulgentiarum nundinas, primus in purgatorium extendit indulgentias. *Quoſque verò?* [y] Clemens Papa in Bulla, quæ hodiæ Viennæ, & alibi in priuilegiorum ſcrinijs ſeruata eſt, præcepit Angelis de cœlo, vt animam peregrinantis Romam, & morientis, à purgatorio abſolutam ad gaudia perpetua introducant: Inquiens. Nolumus vt pœna Inferni ſibi aliquatenus infligatur. quam intolerabilem temeritatem (ne dicam hæreſin) Schola Pariſienſis palam deteſtata eſt. *De hoc plura * infra. Ad Sanctos venio. Aduerſarius.* [z] Canonizatio Sanctorũ ad iudicium Pontificis pertinet. *Hæc nouitas 9. eſt.*

[t] *Tolyd. Virg. lib. 8. inuent. ca 1 quam partem ſententiæ Cenſores Pont. in Iudice expurg. expunctis reliquis approbarunt. idem quoque Platina narrat in vitis horum Pont.*

[u] *Agrippa de vanit. Scient. cap 61.*

[x] *Indulgentias ad purgatorium extendere noua præſumptio.*

[y] *Ibid cap. 92.*

* *Infr nota 8.*

[z] *Bell. lib. 1. de Beat. Sanctor. cap. 8.*

Nona.

Aduocatus. [a] Primus Pontifex (ni fortè fallor) qui Sanctos legitur canonizaſſe, fuit Leo 3. (* Id eſt, anno 786.) forſan alij ante cum id fuerunt, ſed hoc mihi non

[a] *Bell. ibid.*

[a] *Coſterus Ieſ. in Indice ante Enchirid. Canonizatio Sanctorum noua, & non neceſſaria facultas.*

conſtat. *Ex quo tamen ſatis nobis conſtat Antiquitatis de hoc merum altumque ſilentium: quamuis hæc munera omnia, quæ fraus cudit, ſuperbia obtrudit, & ſtupor ipſe approbat, tanta ſunt, vt mortalis nullus ſufficere tanto oneri poſſit. Duo tamen alia reſtant, quorum, alterum in Rep. Chriſtiana incredibile, alterum intolerabile videtur. Primum eſt, Papam, quicquid tandem vt Papa decreuerit non poſſe errare. Alterũ, ſi forte errauerit, non poſſe vlla autoritate iudicari aut condemnari. in priore.*

Decima.

De iudicio Papæ præiudicium nouum atque hæreticum.

Greg. Valent. Ieſ. Analyſ. li. 8. cap. 2.

Catharinus comm. in Galat. 2.

Lyranus in Matth 16

Canus loc. theolog. l. 6. c. 8.

Alphonſus de Caſtro lib. 1. hæreſ. fol. 7.

Bell. lib. 4. de Rom. pont. ca. 2. § 2. Opinio. Immunitas ſe ſtulentiſſima.

Bell. lib 2. de Rom Pontif. cap. 16

Johannes Petrus in hunc. locum.

Act. 11. 5.

Aduerſarius. [b] Papa, vt papa, id eſt quoad publicam perſonam, hæreticus eſſe nequit. *Aduocatus.* Fallum etiamſi Novitii Scriptores anſi ſunt oppoſitum defendere. [d] Legimus multos Pontifices apoſtatâſſe à fide. Honorium Concilijs duobus & tribus Papam damnatum. [f] Cœleſtinum & alios. [g] Quam ſententiam tenuerunt Doctores Pariſienſes, vt Gerſon, Almain, nec non Papa Adrianus ſextus. *Sic viri Sanctiſſimi, & antiquitatis ſtudioſiſſimi, non Pontificij modo ſed & ſummi Pontifices de Pontificis arbitrio iudicarunt. Quid ſi forte papa hæreticus euaſerit? erumpat nunc vox noua, & omnium non admiratione ſolum verum & execratione digniſſima.*

Vndecima.

Aduerſarius. [h] Pontifex Romanus non poteſt ab vllo Principe ſeculari, ſiue Eccleſiaſtico iudicari in terris neque ab omnibus ſimul in Concilio congregatis *Aduocatus.* [i] In Act 11. Cur cum incircumciſis comediſti? Petrus reſpondebat, & omnia narrabat: poſſit igitur Eccleſia a Miniſtris non modo exigere rationem, ſed etiam deponere, & repudiare poſſit: [k] non ſi autem noſtri Pontifices, quaſi Domini ſint non Miniſtri, ab Eccleſia quidem argui, & in ordinem cogi nolunt. *Exemplis antiquis antiquitas illuſtratur.*

Iuſtratur. [a] Celebratum erat Concilium Synuſsianum in cauſa Pontificis * Marcellini, ad eum deponendum, ſi hæreticus inueniretur. [b] Eccleſia Romana ex ſuſpicione hæreſeos * Liberio Pontifici Pontificatum abrogabat. Conſtantinopolitana Synodus Sexta, item Septima depoſuit Iulium. *De huius æquitate & neceſſitate * infra plenius.*

[a] *Bell. lib. 1. de Conc. cap. 9. §. 4. Cauſa.*
* *Anno Chriſti 295.*
[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9. §. Poſt biennium.*
* *Anno Dom. 351.*
* *Nota 7.*

CAPVT. LXXXII.

Quæſtio quinta de Iuriſdictione eius Ciuili: plane nonum eſſe Spiritualis cum Ciuili coniugium.

A*Duerſarius.* [a] Non pugnat cum verbo Dei, vt vnus homo ſit Princeps Eccleſiaſticus, & Politicus ſimul: poſsit vnus homo regere Epiſcopatum & principatum. [b] Et ſi abſolute forte præſtaret, Pontifices tractare ſolum ſpiritualia, Reges temporalia, tamen, propter malitiam temporis experientia clamat vtiliter temporales aliquos principatus Pontifici eſſe donatos. *Hu verbis non obſcure ſa eris poteſtatis ſpiritualis & ciuilis conſortium a priſtina, & abſoluta integritate ſua plurimum deflexiſſe:at* vtiliter, *inquis.* vt experientia docet. *Experient.a Stultorum magiſtra prudent appellatur, hanc nos minime aſpernabimur. Aduocatus.* [c] NOS (PROH DOLOR!) ex Pacificis in litigioſos DEGENERAVIMVS, eaque eſt HODIERNA Eccleſiæ praxis, vt quæri SERIO ſoleat, Theologusne, an Canoniſta ſit ad Epiſcopum aptior. &c. Dicunt quidam PRISCIS quidem Epiſcopis magis Theologiam conueniſſe, cuius gladio Catholicis contra hæreticos procedere opus ſit, HODIE VERO CONTRA, Iuriſperitiam magis congruere, quia plures accidunt quæſtiones ad ius, quam ad fidem ſpectantes. SED longe aberrant, quia Epiſcopi non minus hodie, quam antea, prædicare tenentur, qui non MINVS NVNC, QVAM TVNC, in conſecratione prædicandi

[a] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 9.*
[b] *Ibid. §. Denique.*
[c] *Epiſ. Eſpenſæus in 1. Tim. 3. quæſt. lib. 2. cap. 9.*

dicandi officium imponitur, prædicationis autem materia est diuina Scriptura, hanc igitur docere magis tenetur quam Canones, quos non immediate Dominus, sed Sancti Dei homines ediderunt. [d] MVLTA (*o tempora, o mores!*) quidem TEMPVS secum affert, & immutat; vtinam in melius. [e] Quam non expediat homines Episcopos Cancellariatu fungi? *Quò facit illa similitudo.* [f] Si cætera membra corporis ad multa officia conueniant, vt lingua ad gustum, & loquutionem; OCVLVS tamen VNICVM OFFICIVM habet. [g] Regimen animarum est ars artium: ergo NON possit VNVS & idem VTRVMQVE MVNVS implere, administrandi secularem, & Ecclesiasticam POTESTATEM. *Pugnat itaq; cum verbo Dei Pontificum mos inueteratus. (de quo * supra) sed in hac quæstione illud*, Quatenus, *etiam atq; etiam explorandum est.* [h] Tempore Augustini (vt * ipse docet) Episcopi litibus Christianorum vacare solebant: non ita tamen litibus vacabant discernendis; vt interim a prædicatione, & Episcopi munere vacarent. Quod NVNC Episcopi causis incumbunt ciuilibus, CONSVETVDINE Ecclesiæ intro-ductum est: (*addit, vtinam vere omnino!*) vt peccata cauerentur. *Ex his patet, vt temporum ita sæpe morum mutationem inualuisse.*

[d] *Ibid. cap. 10.*
[e] *Ibid. cap. 11.*
[f] *Peraldus Episc. Tom. 2. tract. de Auaritia.*
[g] *Franciscus de Vict. Relect. 1. qu. 1.*
* *Supra.*
[h] *Salmeron Ies. tract. 18. in Parab. Hominis diuitis. Luc. 16. num. 1.*
* *Lib. de oper. Monach. cap. 29. Tom 3.*

CAPVT. LXXXIII.

Quæstio sexta, de Ciuili Pontificis Dominio.

Cuius quæstionis tria sunt membra. Primum, An Iurisdictionem habeat in vniuersum orbem terrarum.

Aduersarius. [a] Clementi Octauo Pontifici Opt. Maximo. Franciscus Bozius. &c.

[a] *Bozius in Epist. nuncup. ante lib. de Temp. Eccles. Monarch.*

DIcendum est, Petrum Christi vices suscepisse, non solum in Sacerdotio, sed etiam in regno, (Beatissime Pontifex) cui operæ-pretium est, vt hæc dicantur, tanquam Supremo

Supremo Pastori totius Ecclesiæ : cuius honoris gratia hi libri conscripti sunt. *Operæ, inquis, pretium erit. ne dubites (mi Bozi) quin tibi, præsertim iam Pontifici Monarchiam promittenti : non enim tibi viam magis facilem ad Cardinalatum, aut compendiariam munire potuisti. age vero & Spartam quam nactus es, orna.* [b] Etiam Ethnici, quoad temporalia, Ecclesiæ, adeoque eius Pastori vniuersali, Romano Pontifici subijciuntur, vt docent Innocentius, Ioh. Andræas, Hostiensis, Syluester, S. Antonius, & cæteri Doctores Canonistæ; cosque puniri posse affirmant, si delinquunt contra lumen rationis, non quidem pœna spirituali, sed tamen corporali & pecuniaria. *In hac quæstione hic Bozius libros quinque consumpsit, in quibus, ab initio vsque ad finem, inuenies solum vnum miserum argumentum, a fine desumptum, quod tamen verbis sane locupletissimis persequitur. at hos multos sophistas duo doctissimi Theologi testimonijs suis ingulant.*

[b] *Ibid.*

Aduocatus. Hoc quod isti dicunt, ego puto MERVM esse COMMENTVM, in assentationem Pontificum. Quod Cordatiores sentiunt esse ludibrio dignum. *Inter Cordatiores istos iure Bellarminum ponimus. quia.* [c] Tria probabimus : primum, Papam NON esse Dominum totius orbis terrarum : quia de Infidelibus dicit Apostolus, [d] Quid ad me de his, qui foris sunt, iudicare?

[c] *Franciscus de vict. Relect. 1. §. 6 Prop. 2.*

[c] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 2.*

[d] *1. Cor. 5.*

Secundum Membrum. An Pontifex sit Monarcha orbis Christiani.

Aduersarius. [d] Affirmant hoc Aluarez, Hostiensis, Syluester, & alij multi. *Ex multis, Bozium, a Bellarmino præterm issum esse, miror : præsertim cum hic iam Romæ viguit, & In quinque suis libris recens edutis, non tam multum, quam multa, de hoc argumento : hoc vnum agens strenuè, scripsit.* [e] Pontificem esse caput totius Ecclesiæ, & potestatem habere circa omnia temporalia, quæ cadunt in vsum humanum, ostendam ex Patribus, Theologis, Canonistis. *Aduocatus.* [f] Papam NON esse Dominum totius orbis

[d] *Bell. quo supra.*

[e] *Bozius quo supra.*

[f] *Bell. quo supra cap. 3.*

Christiani, probatur: primum quia si res ita se haberet, & quidem iure diuino, vt volunt, deberet id constare, ex Scripturis, aut certe ex Apostolorum traditione; ex istis *(en nostros Aduersarios aduersarius noster suos habet)* Aduersarij testimonia multa proferunt.

CAPVT LXXXIIII.

Tertium Membrum. An habeat Potestatem temporalem vel indirecte.

[a] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 1. & 6.*

[b] *Libellus Collegij Wisbich. in 80 Resp. ad Ord. Iesuit. Patrocinium generosum pag. 15.*

[c] *Tolosanus li. 26. de rep. cap. 7. §. 10.*

[d] *Bell. li. 5. Rom. pont. cap. 7. §. Quod si.*

[e] *Tolossanus quo iam supra.*

[f] *Episc. Espenæus Com. in Titum 3. diuis. 10.*

Aduersarius. [a] Altera sententia in altero extremo posita est, Pontificem non habere potestatem aliquam temporalem iure diuino; nec posse vllo modo imperare *(temporaliter)* Principibus secularibus, nedum eos regno & principatu priuare; etiamsi illi priuari alioqui mereantur. non habet summam hanc potestatem directe, sed tamen indirecte in ordine ad bonum spirituale. hoc modo potest Reges deponere, Regna transferre, & vni auferre, alteri conterre, tanquam summus Pontifex spiritualis. *Hæc est hodierna Iesuitarum omnium nouissima & pestilentissima defensio. Aduocatus.* [b] Christus NVNQVAM hanc potestatem Petro delegabat, vt traderet Gentem in Gentem. [PONE GLADIVM IN VAGINAM.] Christus Petro præcipit. [c] A Christo passo per interuallum ducentorum annorum NVSQVAM legitur Christianos contra Imperatores, iam sæuientes in eos, & plurimos necantes, contra rempublicam quicquam fuisse, molitos *Aduersarius.* [d] Id fuerat quia deerant vires temporales Christianis. *Minimè vero. Aduocatus.* [e] Etiam cum Christiani Patres viribus & numero fuerunt, imò in hoc religionem suam anteferri alijs omnibus, seque ab eo Christianos dixerunt appellari, cuius sit hoc pissimum dogma, vt MAGISTRATIBVS PAREANT. [f] Apostolus docet credentes omnes mundi potestatibus debere esse subiectos: sed Turbulenti quidam, mota inter regnum & Sacerdotium

tium controuersiâ, mirum est, quot, quantasque turbas dederint. Tot, ANTE hanc Camerinam annorum centurijs, Chrysostomus nihil tale vnquam futurum suspicans ex Apostolo. [Omnis anima potestatibus subdita sit] omnis, inquit, siue Apostolus, siue Propheta, siue Euangelista, siue Episcopus SVBDITVS sit. Sequuntur Chrysostomum. Theod. Oecum. Theophylact. & qui non Græci? idem * Gregorius magnus ingenuè agnoscebat. Imperatoribus, inquit, concessum esse SACERDOTIBVS DOMINARI. Et * Bernardus idem colligit. Si OMNIS anima *(inquit)* tum vestra, quis vos excipit ex vniuersitate? si quis tentat excipere, tentat decipere. [g] Pontifices ipsi in suis decretis fatentur se Imperatoribus subiectos esse. *Hæc omnia de Episcopis vestris vester Episcopus libere & constanter docuit.* [h] Gregorius 7. Pontifex, cui nomen erat Hildebrandus, exemplo suo NOVO, & omnis bibliothecæ veteris inuento nouello schismate regnum, & sacerdotium scindens, * primus Sacerdotalem lancem contra Imperij diadema eleuans, se suoque exemplo Pontifices alios contra Principes, & excommunicatos, gladio accinxit; belloque, quasi hæreditario, insurrexit, vt iuxta Prophetam. [* Dentibus mordentes pacem prædicarent.] Vtinam Petrum in feriendo imitati, Petrum in RECONDENDO GLADIO imitarentur. [i] Lego, & relego Regum, & Imperatorum res gestas, & NVSQVAM inuenio quenquam eorum, * ANTE HVNC Henricum Imperatorem, quem Hildebrandus deposuit, à summo Pontifice regno priuatum. [k] Angliæ Rex Henricus 8. minis & fulminibus Clementis 7. factus irritatior, ad VETVS illius regni exemplum, vt regnum a iure Pontificis Rom. assereret, & vtriusque status supremam potestatem sibi vendicaret. *Aduersarius.* [l] Ratio hæc esse potest: non licet Christianis tolerare regem Infidelem, aut hæreticum, aut conantem Catholicos ad suam falsam religionem pertrahere. *Possum ego hanc proditionis laruam argumentis firmissimis vultiu vestro detrahere, si esset hoc in loco de huius*

* *Epist. 42.*

* *Ad Archiepis. Senosensem.*

[g] *Gratianus dist. 63. can.* in Synod. *& can.* Si competenter.

[h] *Espensæus com. in Tim. lib. 2. diuersis. & pag. 275.*

* *Anno Dom.* 1013.

* *Mich. 2.*

[i] *Otto Frigens. Chron. lib. 6. cap. 35. vt refert Tolossanus lib. 26. de Rep. cap. 5.*

* *Idest ante ann.* 1013.

[k] *Courinus Nucerius de morte Tho. Mori & Episc. Roffens.*

[l] *Bell. lib. 5. de Rom. pont. ca. 7.* §. Tertia ratio.

rei æquitate, & non tantum de antiquitate, disputandum. in præsentia satis erit clauum vestrum vestro clauo depellere; de-
[m] *Azorius Inst. lib. 5. ca. 14.* *mus igitur hanc, quam finxistis, veram esse rationem.*[m] Quid si ipse Pontifex Romanus leges, canones, iura Regum negligat? *Respondeo!* Respondeo, Pontificem à nullo nisi à Deo iudicari posse. *Aut concessit mortalibus Deus potestatem se ex omni tyrannide redimendi, aut non: si hoc, cur Regem inuadutis? sin illud, cur Papam defenditis? aut igitur*
Dilemma. *impij Pontificis tyrannis tollenda est, aut impij Principis toleranda. Quanquam à Principibus pijs Pontifices impios deponi, non autem à Pontificibus pijs Principes impios deponi iure posse, ex omnis Antiquitatis confessione liquidissima constare possit: Primum, paulo post Nota septima, secundum etiam octaua demonstrat. Hic, quandoquidem de antiquitate disseritur, duo proferam pro Principum priuilegio, duplex Antiquitatis patrocinium. Patronus.* [*] *Eusebius lib. 7 hist. cap. 6.* Cum Nicomediæ proponeretur edictum Maximiliani, & Diocletiani crudele contra Christianos, vt Scripturæ comburerentur, & eorum delubra solo æquarentur, ac Christiani cruciarentur: vnus Christianus, huius rei indignitate motus, auulsis est edictum discerpere; in quem cum extremo supplicio fuisset animadversum, tamen reliqui Christiani cum IVRE CAESVM esse pronunciarunt. *Qualem illi viri post hominum memoriam Christianissimi, licet bonâ (quod dicitur) conscientiâ, Tyrannorum iura violantem, læsæ maiestatis reum meritò damnarunt: tales (proh!) multos non modo dilucerantes Principum chartas, sed eorum corpora & corda dilaniantes iam vestri Pontifices legitimos martyres Sanctorum canone, quasi cœlesti ciuitate, donarunt. Hoc quidem exemplum illustre admodum est, sed quod sequitur longè appositissimum ex Ambrosio.* [*] *Ambrosius com. in Psal. 124.* Iuliano Imperatori SERVIEBANT milites CHRISTIANI: quando dicebat ducite ACIEM contra illam gentem, obtemperabant; sed cum iubebat IDOLA colere, NON agnoscebant autoritatem. *Antiqui Christiani cum Imperatore Apostata nequissimo arma sumpserunt: nostri Neocatholici subditis, ad Principes confodiendos arma porrigunt,*

gunt, & necem Regibus, quam manibus aliorum non poſſunt, ſapè ſuis machinari conantur.

Caput. LXXXV.

Quæſtio 7. de reliquis Eccleſiæ Pontificiæ membris, tam ſecularibus, quam Regularibus in priore genere nouitas. 1. in voto Cœlibatus.

Aduerſarius. * Cœlibatus Sacerdotalis ex traditione antiquiſſima manauit. *Aduocatus.* * Non eſt ex jure diuino. * Cuius conſuetudo contraria Diu poſt Apoſtolos obtinuit. * Centenarijs multis. * vt In exemplo priſcæ Eccleſiæ. * Exempla priſca multa oſtendunt.

* *Debis ſupra cap. 73.*

Secunda in iure Electionis.

Aduerſarius. [a] Contendit Caluinus ius eligendi Epiſcopum partim ad populum pertinere, in qua electione, ſi quæ ſunt incommoda, cur veteres (inquit) parcebantur? Reſpondeo. Hæc ratio eligendi Epiſcopum per ſuffragia populi paulatim irrepſit, Apoſtolicis temporibus inſciente populo eligebantur. *Quod quam non veriſimile ſit, patet: quia. Aduocatus.* [b] Vt Clerus, & Populus Epiſcopum eligeret, hic modus fuit in vſu tempore Chryſoſtomi, Ambroſij, Auguſtini, Leonis, Gregorij.

[a] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 7. § At inquit. Populi ius in eligendis epiſcopis.*

[b] *Idem ibid. ca. 9. § Tertius modus.*

Tertia in munere Diaconatus.

Aduerſarius. [c] Diaconos oblationibus colligendis, & opibus Eccleſiæ adminiſtrandis præpoſitos fuiſſe inter Catholicos, & Proteſtantes conſtat: Sed præter hoc officium Diaconorum, erat officium Sacerdoti ſacrificanti aſſiſtere, & miniſtrare, & populo diſtribuere euchariſtiam, quod munus Proteſtantes non agnoſcunt. [d] Tota antiqui-

[c] *Bell. lib. 1. de Clericis cap. 13. § 6. Ordo idem habet Collegiũ. Munus Diaconatus.*

[d] *Collect. Anglo-Rhem. annot. in Act. 6. 3.*

tas probat principale officium Diaconorum fuiſſe conſumptum circa altare. *Adnocatus.* [a] Diacoui non fuerunt Miniſtri ſacri altaris. *At huic Cardinali forte obeſt tota Antiquitas.* [b] Ego quidem rem diligentius perſcrutatus inuenio omnes ferè Græcos PATRES pro Caietano facere. Apoſtoli Diaconos creabant, NON iuxta gradum, qui NVNC eſt in Eccleſia, ſed διάκονος, id eſt, Miniſtros qui bona diſtribuerunt viduis, ſimul & Orphanis, ea quæ ad alimentum repoſita erant, latini Patres autem putant Diaconorum munus eſſe inſeruire altari. *Quidni Græcis, id eſt, antiquioribus, aſſentiamur? cum præſertim iſti ſacris Scripturis, id eſt ipſi antiquitati aperte ſuffragati ſunt? quarta.* [c] Ad minores ordines quod attinet, qui olim quinque ſe ordine conſequentes memorare cõſueuerunt, hi ſane PRÆSENTE TEMPESTATE, neglecta omni diſciplina, & politia Eccleſiaſtica, prorſus confuſi ſunt, & eorum officia prope-modum cõclarunt. *Hæc in re, licet non magni momenti, tamen magna eſt nouitas.*

[a] *Caietanus com. in Act. 6.*
[b] *Sixtus Senenſ. Bibl. lib. 6. annot. 225.*
[c] *Caſſander lib. Conſult. art. 14. Minorum ordinum.*

CAPVT. LXXXVI.

De Regularibus.

Aduerſarius. [a] Nunc de Religioſis: Religio eſt ſtatus hominis ad perfectionem Chriſtianam per paupertatis, continentiæ, & obedientiæ vota tendentium. [b] Monachi dicuntur, quorum duo ſunt genera. Eremitæ, & cœnobitæ. [c] Proteſtantes de horum origine tria docent: Primum, Religiones incepiſſe demum 4. ſeculo, id eſt, poſt annum Chriſti 300 primoſque Autores fuiſſe Antonium, & Macharium, & ſimiles. Secundum, Eremitas alios caſu factos, propter perſecutiones. Tertium fuiſſe apud veteres, quarti & quinti ſeculi aliques Monachos, ſed eos qui nunc ſunt nihil cum ijs commune habere: ideoque Monachatum, vt nunc eſt, rem eſſe nouam. [d] Dicunt tempore Auguſtini Monaſteria fuiſſe libera collegia, non aſtricta vllis votis

[a] *Bell. libr. 2. de Monachis cap. 2. in prin.*
[b] *Ibid. cap 3. §. Quod autem.*
[c] *Ibid. cap. 5. in princ.*
[d] *Ibid. cap. 20. §. Philippus.*

votis obedientiæ, continentiæ paupertatis. *Duo hoc in loco expedienda ſunt: primum ordinem Monaſticum vera antiquitate carere. Secundum ipſos Monachos, quos antiquitas probauit, a Pontificijs Monachis, vt ſeculis, ita regulis & moribus diſſentire. Primum. Aduocatus.* [c] Sunt adhuc in Eccleſia diuerſarum Sectarum populi, MONACHI, & fratres Anachoritæ, quibus vetus lex omnino caruit. caruit etiam Eccleſia, eo tempore quo fuit optima, nec tot ceremoniarum ritibus implicita. [l] Antonius vere princeps Eremitarum fuit, quippe qui, nec ab alio didicit, & ipſe docuit omnes: & Athanaſius docet ante Antonium non fuiſſe Eremitas. Qui floruit initio QVARTI ſeculi. [g] Quidam altius repetentes, Eliam, & Ioannem Baptiſtam eius rei autores faciunt: ſed vt is pluſquam Propheta, ita ille pluſquam Monachus cenſeri debet: alij Antonio aſsignant; alij cuidam Paulo Thebæo. ſed Antonio huius rei initium iure optimo acceptum referri debet, qui, etſi non ante omnes fuit, primus tamen Monachorum dogma inſtituit: is vixit anno ſalutis humanæ 361. *nec caret hic ordo periculo inconſtantiæ:* [*] Dæmon meridianus eſt, quoties (verbi cauſa) maioris boni imaginem tentans ad malum, bene proficiſce nobis in cœnobijs inuidens obtentu quaſi maioris puritatis, EREMVM petere perſuaſit: & cognouerunt miſeri tandem quam verus ſit ſermo, quem truſtra legerant: VAE SOLI. Eccleſ. 4. quoniam ſi ceciderit, non habet Subleuantem Deinde. [h] Si Abbates, qui tamen ordines NON erant, a Chriſto inſtituti. &c. *Vota Monaſtica quam non neceſſaria fuerint* [*] *ſupra diximus: nunc eorum originis rationem rimemur.* [i] Vota tria Monaſtica OLIM non valebant. [k] Baſilius circiter annum Domini 385. primus omnium Monachos nouis legibus obligauit, vt vouerent, multæ familiæ quæ Hieronymi, Auguſtini, Benedicti, & quorumlibet diuorum regulas (ſicut perhibent) profitentur, quas tamen tantum abfuit vt ipſi inſtituiſſent, vt etiam ne tale quidquam vnquam cogitaſſent futurum. *Aduerſarius.* [l] Dicunt Proteſtantes præterea Monaſteria fuiſſe ſcholas ſacrarum literarum,

[c] *Cornel. Agrippa de Vanit. Scient. cap. 62.*

Eremitarum ortus non vere antiquus.

[l] *Eli. quo iam ſupra cap. 5. §. Veniamus, & §. Nunc quod.*

[g] *Polyd. Virg. lib. 7. Inuent. cap. 1.*

[*] *Bernard. in Cant. ſerm. 33.*

Abbates.

[h] *Card. Arelatenſis refert Antonius Sylu. de geſtis Conc. Baſil.*

[*] *Supra cap. 48.*

[i] *Erasmus vt patet Ind. Expurg. pag. 49.*

[k] *Polyd. Virg. lib. 7. Inuent. cap. 2.*

Monachiſmus Pontificius nouus.

rarum, & aliarum disciplinarum; at Basilius, Hieronymus, Augustinus, aliique veteres, dum describunt instituta Monachorum, meminerunt orationis, ieiunij, psalmodiæ, de scholis literarum ne verbum quidem. Cum ergo dicunt olim pios homines qui Monachi fiebant, nihil aliud intendisse quam vt se per disciplinam Monasticam ad Ecclesiæ gubernationem præpararent, est mendacium contumeliosissimum in omnes sanctos, qui ex Monasterijs inuiti ad Episcopatus eligebantur. *Quamuis de Monachis ijs, qui tempore persequutionis in Cryptis, & desertis sese abdiderunt verum sit quod* [m] Monachorum cœtus initio ex illiteratis tantum ferè constabat. *At postquam pax Christianis affulsisset. Aduocatus.* [n] Mox cœperunt studia non solum diuinarum literarum, sed etiam liberalium artium exerceri, sic vt ibi Adolescentes in liberalibus artibus, & potissimum pietatis studijs imbuerentur: ac tandem ex ijs Ecclesiæ MINISTRI, & PASTORES assumerentur. Ita de Gelasio 2. legimus eum in Monasterio institutum fuisse: & Seuerus in vita Martini testatur ex eius Monasterio EPISCOPOS & SACERDOTES accitos fuisse, & PELAGIVS Pontifex optat, vt qui in monasterijs nutriuntur, vt prouecta ætate, & vita probata AD SACERDOTIVM valeant promoueri. [o] Erant OLIM cœnobia, COLLEGIA, & ἀσκητήρια, id est exercitationes in quibus orationi lectio, lectioni succedebat oratio, vt est apud Hieronymum, ac proinde EPISCOPORVM SEMINARIA vindicamus Monachismum VETEREM ab Imperitiæ nota, quem vtinam propius sequatur RECENTIOR: vix nunc vicesimum quodque cœnobium literatorium inuenies; hodierno tempore malunt hæc euersa penitus quam ad ORIGINEM reuersa. [p] Hos enim, qui ventri obedientes sunt, animalium loco numeremus an hominum? Imò quosdam nè animalium quidem, sed mortuorũ, viuit enim qui se vtitur, & multis viui est, qui vero latiant, & torpent, sic in cellula sunt, quomodo in conditiuo, otium enim sine literis, mors est, & viui

[m] *Cassander lib. Consult. art. 25.*

[n] *Ibid.*

[o] *Episc. Estiensis com. in Tim. dicit. lib. 3. cap. 12.*

[p] *Ibid. ad finem capitis.*

viui hominis sepultura. [q] Oportebat Ioannem antequam ad populum docendum accederet, vt ipse sese in solitudine, veluti in monasterio doceret. Notum enim est illud apud Augustinum prouerbium, qui non est bonus MONACHVS, non erit bonus CLERICVS. [r] Tempore Hilarionis, & Basilij nullo adhuc certo viuendi ritu Monachi vtebantur, sed ID TEMPORIS vitæ genus simplex, ac LIBERVM erat, & istis ceremonijs minimè obstrictum, quas hodiè Monachi obseruant; nullũ votorum vinculũ, ita vt si quem huiusmodi instituti pœnituisset, etiam potestas esset ad pristinam redeundi viam, non absque tamen inconstantiæ nota. Quod si deinceps per NOVAS hominum leges inuiolatum permanere licuisset: longè sanctissimos omni tempore Monachos habuissemus. In principio Monachi precibus, vigilijs ieiunijs, LITERARVM studijs dediti fuerunt. *Quare verò hoc in Sanctos contumeliosum videri possit? Aduersarius.* [s] Qui constat eos omnes inuitos ex Monachis Episcopos factos, vehementer episcopatum fugisse, vt perpetuo in Monasterio viuerent. *Augustinus, Chrysostomus, Basilius, qui singuli tamen Episcopi fuerunt; Primus Hipponensis, secundus Constantinopolitanus, Cæsariensis tertius, sed facillos tam vehementer episcopatum refugisse, quam tu Cardinalatum (ordinem extraordinem ab hominibus recens inuentum) ardenter expetiuisti, illorum, quod alios sibi proponendos censuerint, modestiam, quod nulla fraude ad tantum honorem obrepserint, probitatem laudamus, ita tamen ne fidem eorum & industriam obliuiscamur. Hanc quà in Monasterijs (omni genere literarum excultissimi) ad verbi ministerium suscipiendum habiles, alteram, quæ ad illud obeundum faciles, & constantes euaserint, tam in discendo Conchæ, quã in docendo Canales, nam oblatum sibi à Christo talentum non accepisse, obstinati, & impudentis animi fuisset, acceptum non in vsuram Domini exposuisse perfidi, & impotentis: quo nihil aut in Sanctos magis contumeliosum aut Christo iniuriosum, aut Ecclesiæ denique perniciosum esse possit. probo. Aduocatus.* [t] Qui Prædicatoris officio

[q] *Maldonat. Ies. comm. in Math. 3. 3.*

[r] *Polyd. Virg. quo supra.*

[s] *Bell. quo supr.*

[t] *Peraldus Episc. sum. Virt. cap. 12.*

idonei esse possunt, & eligunt sibi solum viuere, licet bona intentione faciunt, vt scilicet cum puriori conscientia Deo seruiant: tamen multum timendum videtur, eo quod seruus is, qui talentum abscondidit in Sudario vocatur à Domino Seruus nequam: &, vt Gregorius dicit, qui scientia, & virtute præditi, secessum speculationis appetunt, tot animarum rei sunt, quot animabus prædicando prodesse potuerunt. [u] Frumentum periclitatur, dum fossis subterraneis absconditur, quod Dæmones præstare solent, dum perfectis hominibus persuadent, vt in Eremum, aut quendam secretum locum se abdant: vt populum verbo Dei, aut vitæ exemplo non pascant. *Huius Iesuitæ testimonio tam liquido contenti esse possimus. Quin etiam cœlibatus lex vestra dignissimos ab hoc munere deterret.* [x] Thomas Morus ad pietatem totum animum appulit, vigilijs, ieiunijs, precationibus Sacerdotum meditans, neque quicquam obstabat, quo minus sese huic vitæ generi addiceret, NISI quod vxoris desiderium non possit excutere: MALVIT itaque esse maritus castus, quam Sacerdos impurus. [y] Quam longe Monachatus HODIE à prima sua origene DEGENERAVIT, & quantis abusibus contaminatus, & deformatus sit, satis per se manifestum. nam paulatim religio vera, & solida, in superstitionem & inanem speciem religionis conuersa est, & accrescentibus opibus decreuit pietas, & in eius locum laruæ ceremoniarum successerunt, in quibus, veræ pietatis operibus neglectis, summa totius religionis constituta sit. Si Monachatus in eâ forma perstitisset, quæ describitur ab Athanasio, & Patribus, nunquam tam graues reprehensiones incurrisset. Manent adhuc vestigia communis, & Canonicæ vitæ, sed in ædificijs ac nominibus tantum. Alij absurdo & monstroso nomine Canonici Seculares dicuntur, hoc est, regulares irregulares dici cœperunt: quare haud iniuria Albertus Cramzius, Canonicum Secularem vocat MONSTRVM SINE EXEMPLO, regularem SINE REGVLA, Canonicum SINE CANONE. [z] Sunt quos vel

[u] *Salmeron Iest. tract. 7 in parab. Seminis iacti, &c. Marc. 4.*

[x] *Erasmus de Thomæ Mori vita.*

[y] *Cassander lib. Consult. art. 25.*

Monachatus hodiernus tam nouus quam nequam.

[z] *Episc. Espensæus quo supra.*

vel desperatio, vel certè magna animi anxietas, ex regibus, Cæsaribus, nedum ex Episcopis Monachos effecit. Duo olim Monachismum gloriosum reddiderunt, vitæ meritū, & ERVDITIO SCRIPTVRARVM: Verum Monachomastix Monacho imperitiorē prouerbialitèr dixit, vtinam hoc in loco vanus, & mentitus. Nec scio qua ratione isti Monachi, qui vulgo mendicantes vocantur, qui solum precarium quæstum faciunt, vnde sese sustinent, debeant semper in mendicando HAERERE, quando satis constat APOSTOLOS NON ociosos expectasse ab alijs victum. Monachi in Ægypto, teste Chrysostomo, exercuerunt se manibus operando. [a] Concionator celebris Franciscani instituti, hac nostrâ ætate scriptum reliquit: hoc inquit, cauendum est nè ponatur iustitia, id est, salus in huiusmodi obseruationibus, id est, nè quis putet se promereri iustitiam, & remissionem peccatorum. *Cui accedit alia noua superstitio à nobis explodenda.* [b] Sic deuotioni vacandum est, vt quæ sunt officij non negligas, vt qui filios habet educat, atque prospiciat, nec omnia in templis extruendis insumat; hoc voluntatis est, illud necessitatis: hoc Consilij, illud præcepti: hoc est fundamentum vitæ, nè opera iustitiæ, propter ea quæ sunt gratiæ, omittamus. Sic Scriptura: melior est obedientia, quam victima: illud officium vocat, ad quod præceptis obligari sumus, hoc victimam, quicquid ex deuotione, & voluntate proficiscitur: sed homines plerumque in contrariam sententiam PRAECIPITES sunt, vt quæ ipsi excogitarunt, quæque proprio animi motu assumunt magis curent, quam quæ sunt illis imposita. [c] Dominus Luc. 9. sic præcipit: Tolle: crucem TVAM. at multæ coniugatæ omittentes curam domus suæ, obsequium quod viris suis debent (quæ est cura ipsorum) abijciunt, & suscipiunt monialium crucem. *Dum igitur horum ordinem quærimus, ordo Monachorum nouus, Anachoritarum seu Eremitarum nouus, Abbatum nouus, Canonicorum omnium nouus esse deprehenditur, dum institutum, examinamus, quantum ocij domicilia a literarum gymnasijs, quantum*

[a] *Cassander lib. Consult. art. 25.*

[b] *Granatens. de Communione. part. 4. cap. 9. Regula ad cauendam superstitionem aprimè necessaria.*

[c] *Stella in Luc. 9. Errores superstitiosi.*

tum a votorum laqueis libertas Christiana: quantum in Ministro Dei fides à perfidia. 4. quantum à pietate superstitio. 5. quantum à merito gratia. quantum denique voluntatis humanæ consilium a præcepto diuino, tantum hæc monastica nouitas ab illa Antiquitate, deflexit.

CAPVT. LXXXVII.

Quæstio Octaua, instituitur de ijs quæ ad externum Dei cultum proprius spectare videntur: vtpote de Sanctis beatis. per quos, *de Sanctis miseris in Purgatorio* pro quibus *de Imaginibus* coram quibus, *de Ceremonijs* cum quibus *Deum inuocare & colere, solitis.*

Prima.

ADuersarius. [a] Inuocationem Sanctorum defunctorum vniuersa antiquitas docuit. *Aduocatus.* Sanctos veteris Testamenti inuocare Populus non solebat. [c] Nec hoc licuit in primordio Ecclesiæ in nouo TESTAMENTO, ne Gentiles recens conuersi, se iterum ad Idololatriam induci paterentur. *De hoc* [a] *supra.*

Secunda, Pro quibus.

Aduersarius. [d] Orationem pro defunctis omnis antiquitas probauit. [e] Suffragia viuorum prosunt defunctis, qui sunt in purgatorio. [f] Confessio autem Purgatorij ad fidem Catholicam pertinet. [g] Purgatorium esse Patres Græci, & Latini asseruerunt. [h] Purgatorium esse, veteres Patres vno ore statuunt. *Aduocatus.* Legat qui velit Græcorum Patrum commentarios, & NVLLAM, quantum opinor, aut rarissimam Purgatorij mentionem inueniet: sed neque Latini simul omnes huius rei veritatem conceperunt, neque tam necessaria fuit PRIMITIVAE Ecclesiæ Purgatorij fides, *(addit)* atque nunc est: ex qua pendet omnis

[a] *Bell. lib. 1. de Eccles. triumph.*
[b] *Bell. ibid. ca. 6.*
[c] *Ecchius Enchirid. sub finem loci de* Venerat. Sanctorum. *Inuocat. Sanctorum.*
[a] *Supr. cap. 38.*
[d] *Bell. lib. 2. de Purgatorio.*
[e] *Ibid. l. 2. c. 15.*
[f] *Ibid. li. 1. c. 11.*
[g] *Lib. 1. ca. 6.*
[h] *Lindanus panopl. lib. 4. pag. 314.*
[a] *Episc. Roffens. art. 18. aduersus Lutherum Purgatorium antiquitas ignorauit.*

omnis Indulgentiarum existimatio, his enim, si nullum fuerit Purgatorium, nihil indigebimus. Contemplantes igitur ALIQVANDIV Purgatorium INCOGNITVM fuisse, deinde quibusdam pedetentim, partim ex reuelationibus, partim ex Scripturis creditum fuisse, & tam SERO cognitum, & receptum Ecclesiæ vniuersæ. Quis &c. *Tu aliud quæris, ego vero, Quis tam excors est, qui Confessionem Purgatorij ad fidem Catholicum pertinere, possit credere? cum præsertim.* [k] Vsque ad hodiernum diem NVNCQVAM in Ecclesia statutum fuit, quomodo nostræ preces defunctorum animis prodesse possint: sed fuisse MERVM testimonium charitatis nostræ erga Defunctos, & articuli immortalitatis animæ, & corporum resurrectionis futuræ. *Huius luculentum testimonium esse possit illud Augustini orantis pro Matre sua Monacha defuncta:* [*] Credo quod IAM feceris quæ rogo, sed voluntaria oris mei approba Domine. *Magis affectionis, quam rationis oratio.*

[k] *Cassander lib. Consult. in art. de Missa.*

[*] *Confess. lib. 9. cap. 13.*

Tertia. coram quibus.

Aduersarius. [l] Quod ad veterem Ecclesiam pertinet, certum est imagines Christi, & Sanctorum non sine cultu, & veneratione, in vsu fuisse. *Non iam igitur de historico vsu imaginum, sed religioso, id est de ipso cultu disputamus, atque hac in parte. Aduocatus.* [m] Certum est initio prædicati Euangelij, & aliquanto tempore post, Imaginum vsum NON fuisse, vt ex Clemente Alexandrino, & Arnobio patet, [n] VSQVE ad TEMPORA HIERONYMI probatæ religionis viri fuerunt, qui nullam facibeant imaginem, ne ipsius quidem Christi. [o] Quæ fuerit mens Romanæ Ecclesiæ TEMPORE GREGORII ex eius scriptis colligitur, habeti nimirum picturas NON VT COLERENTVR, sed vt per eas Imperiti rerum gestarum admonerentur: [p] Iudæi, qui erant Dei populus nihil magis horrebant, inquit Iosephus, quam symulachra. Ipsi Ethnici cum ad Christi religionem conuersi erant, in Ecclesiam nostram symulachra,

[l] *Costerus Enchirid. de Imaginibus §.* Quod ad. *Cultus Imaginum.*

[m] *Cassander lib. Consult. art. 21. Cultus Imaginum*

[n] *Eras. in Catechesi lib. 2.*

[o] *Cassander quo supra.*

[p] *Agrippa lib. de vanit. Scient. cap. 57.*

chra, & multas ſteriles cæremonias introducebant, quarum omnino NIHIL eſt APVD PRIMOS illos, & VERE CHRISTIANOS. [g] OMNES veteres Patres, teſte Hieronymo, ſymulachrorum cultum damnabant. *Hic videtis quam non antiquus hic cultus ſit: quanto ſit inſuper iniquus, & impius* [*] *ſuperior Tractatus demonſtrauit.*

[g] *Polyd. Virgil. lib. 6. Inuent. cap. 13.*
[*] *Supra cap. 47.*

Quarto, Ritus, cum quibus in Romana Eccleſia Deus coli ſolet, in iis quæ ſenſus humanos demulcere aliqua ratione poſſint. Primo Tactum.

Aduerſarius. [a] Aqua luſtralis, qua populo bene dicimus, merito dicitur Apoſtolica traditio. [b] Hac venialia peccata delentur, ex opere operato, hac etiam dæmones fugantur. *Aduocatus.* [c] Eſt tantum ex iure poſitiuo. *Quando primum hanc lucem aſpexit?* [d] Alexander. 1. Romanus Pontifex inſtituit vt aquam, quam Sanctam appellamus, interpoſitis ſacris Orationibus, ſale admixto, in templis, atq; cubiculis ad fugandos Dæmones, retineremus. *Secundò, guſtum.* *Aduocatus.* [e] Mihi purioris Chriſtianiſmi videtur, magiſq; conſentaneum Euangelicæ, & apoſtolicæ doctrinæ, ſi nullum certũ cibi genus, in ieiunio, præſcribat. *de hoc* [*] *ſupra.* *Tertiò auditum veſtrum duo præcipuè delinire ſolent, orationis ignotæ, & inſtrumenti muſici ſonus. de priore. Aduerſarius.* [f] Populus Chriſtianus antiquæ ſuæ conſuetudini parere debet, & latinis precibus vti, potius quam vulgatis. [g] Doctrina Lutheri, quæ linguam cognitam in precibus exigit, Diaboli calliditatem ſapit. *Imo potius Apoſtolicam prudentiam. Aduocatus.* [h] Tempore Apoſtolorum omnes Chriſtiani ſimul pſallebant, in diuinis officijs, & preces intelligebant. [i] Omnia in Eccleſia primitiua lingua vulgari fiebant. *Aduerſarius.* [k] Sic quidem tempore Apoſtolorum, ſed Creſcente populo Chriſtiano, vſus ille ceſſabat. *Siccine? imo* *Aduocatus.* [l] LONGO tempore poſt in Occidente, & in Oriente, vt ex Chryſoſtomo, & Cypriano conſtat, populus in

[a] *Bell. lib. 4. de verbo Dei ca. 3.*
[b] *Azorius Ieſ. Inſtit. li. 4 c. 11.*
[c] *Franciſcus de Vict. relect. 11. quæſt. 1.*
[d] *Platina de vita Alexandri 1. & Polydorus Virg. lib. 5. Inuent. cap. 8. Aqua benedicta.*
[e] *Eraſm. in 1. Cor. 8.*
[*] *Supra cap 35. Preces ignotæ.*
[f] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in 1. Cor. 14. pag. 462.*
[g] *Ambroſ. Compſæ Epiſc. vt refert Senenſ. Bell. lib. 2. de verb. Dei ca. 16.*
[h] *Lyran. com. in 1. Cor. 14.*
[i] *Bell. quo ſupra §. At obijcies.*
[k] *Bell. ibi. §. Idem etiam.*
[l] *Bell. ibi. §. Idem etiam.*

in diuinis reſpondebat, Amen. [f] Hac in re mirum eſt quo-modo MVTATA eſt Eccleſiæ conſuetudo. *Ergo.* [g] Optandum videtur, vt, iuxta Apoſtolicum mandatum, & PRISCVM Eccleſiæ morem in lingua vulgari preces peragerentur. *At mandatum recens Pontificale præualuit.* [h] Vitalianus primus omnia in Latino ſermone in Eccleſijs fieri imperauit. *Adungam huic nouitatem aliam ſuperſtitionis plenam.* [i] Eſt modus orandi poſtremò inuentus per calculos, quos vulgo preculas vocant, modo Pater-noſtros: ij numero quinquaginta quinque ita ordine diſtinguũtur, vt per denos ſinguli manuſculi affigantur filo, ſunt enim perforati: hoc circiter ANNVM ſalutis 1090. inuentum. Hodie tantus honor huiuſmodi calculis acceſsit, vt non modo ex ligno, ſuccino, corallo, ſed EX ARGENTO, & auro fiant. *De muſica: nec tamen ipſam muſicam ſed eius modum depranatum notamus. Aduocatus.* [k] Fatemur vſum inſtrumentorum non ita conuenire perfectis, atque imperfectis: & ideo in Eccleſiam SERO admitti cœpiſſe, circa annum Domini 660. Si Platinæ credimus. Sin fidem habere Ainomio volumus, ducentos annos poſt. [l] Quis HVIVS AETATIS muſicam cum illla PRISCA componat? quæ nunc cantantur omnia non tam ad populi intelligentiam erudiendam, quod PRISCOS vbique ſpectâſſe indubitatum eſt. *Quid tandem?* [m] Poſsit illud modulatæ muſicæ genus citra pietatis iacturam omitti, ſi placet: curandum eſt vt illa muſica ſit templo Dei neceſſaria, &c.

5. Quæ oculos oblectare videntur, præter alia, & fere præ aliis, ſunt duo, Miſſæ ſacrificium, & feſtorum dierum ſolennitas. De priore. Adu rſarius. [n] Si quis dixerit miſſæ ſacrificium eſſe nudam commemorationem Sacrificij in cruce peracti, non eſſe propitiatorium, Anathema ſit. *Hoc anathema omnes antiquos Patres neceſſario perſtringit. Aduocatus.* [o] Hoc breuiter dici poteſt: illud quod offertur, & conſecratur a Sacerdote vocari ſacrificium, & oblationem, quia eſt MEMORIA veri Sacrificij, & ſanctæ immolationis in ara crucis. In Sacramento eſt RECORDATIO illius quod factum eſt

[f] *Eraſ. in 1. Cor. 14.*
[g] *Defenſor libelli contra Calixtinum.*
[h] *Platina de vita Vitaliani.*
[i] *Polyd. Virg. li. 5. Inuent. ca. 9. Oratio per calculos.*
[k] *Bell. lib. de bonis operib. c. 17. Genus Muſices.*
[l] *Lindanus panopl. li 4. ca. 78.*
[m] *Eraſ. de Amab. concord. Eccl.*
[n] *Concil. Trid. Seſſ. 6. can. 31.*
[o] *Magiſter ſententiarum lib. 4 diſt. 12. f. Miſſa Sacrificij ratio nona & Idolom. nutrix.*

est semel, vt docet Augustinus, & Ambrosius. *Nec mirum.*

[p] *Cassander lib. consult. art. 24. Tacita murmuratio.*

[p] Oblatio Christi semel facta sufficit ad delenda omnia peccata: quorsum igitur Sacramentum altaris quotidiè offertur in Ecclesia? Dicendum, quod non est ibi sacrificij crucis renouatio, sed illius quotidiana commemoratio, propter quod dicit. Matth. 26. hoc facite in meam COMMEMORATIONEM, atque ab hac ratione quatenus (*non sua virtute*) Sacerdotis per applicationem peragitur, non modo Eucharisticum, sed etiam propitiatorium dici potest, NON quidem vt EFFICIENS propitiationem, quod Sacrificio CRUCIS PROPRIUM est, sed vt eam iam factam inperās, quomodo oratio cuius hoc sacrificium species propitiatoria dici potest. *Proprie igitur propitiatorium sacrificium esse nequit. Deinde in consecratione, nescio qua, murmuratione tam tacita vtinam, vt ausim dicere, Antiquos illam nunquam audire potuisse. Aduocatus.* [q] Hoc CONTRARIUM est VETERI vsui orientalis, & occidentalis Ecclesiæ, in quibus verba consecrationis ALTA voce pronunciabantur. *Postremo odoratio hostia idolomaniam nefandam inuexit. Aduocatus.* [r] Tempore VETERIS Ecclesiæ populus non curiosabat ad videndum id quod Sacerdos ostendit, &c. *Quæ sequuntur* [s] *supra explicantur. Missum hoc in loco tantum attingere libuit, quam crassissimarum nouitatum verè Cloacam iure dicere possimus. breuitati studeo.*

[q] *Durandus lib. 4. cap. 35.*

[r] *Eras. tract. de Amab. Eccles. concordia.*

[s] *Supra cap. 37.*

Quæstio. 9. De Liturgia Romana: quam ferè totam vel vnica sua nouitas damnat. Canonizatio Sanctorum.

[t] *Bell. lib. de Beat. Sanct. ca. 10.*

[u] *Ibid. cap. 8. §. Secundo modo.*

[x] *Rossensis art. 37. §. Et licet.*

Quæ & nouorum Sanctorum inuocatio, & pro defunctis oratio maximè nituntur. Aduersarius. [t] Canonizatio est publicum Ecclesiæ iudicium de vera gloria hominis defuncti. [u] Quod minus est pontifici Romano proprium: in quo certum est Ecclesiam errare non posse. *Item.* [x] Hæreticus sic habendus, qui Thomam Aquinatem Sanctum esse

eſſe pertinaciter negauerit. [x] Quod ſi enim Pontifex in hoc errat, certè non erit abſurdum. *(Conſequentia erudita)* Diuorum cultum omnem ab Eccleſia explodere: intelligo eos, qui poſt Clementem conſecrati ſunt. *At Adnocatus.* [y] Aliqui Catholici (*& tamen Catholici?*) probant NON eſſe CERTVM ſecundum fidem, Sanctos quos colimus, eſſe colendos, quia non eſt ex fide eos eſſe Sanctos. *En Sanctos Catholici veſtri ſine fide colunt, imo etiam contra fidem. quod ipſius Canonizationis veſtræ cum ortus nouus, ac fanaticus; tum exitus eius vanus & profanus oſtendet: illud, quia.* [z] Primus Pontifex qui legitur Sanctos canonizâſſe, fuit (ni fallor) Leo tertius. *Hoc, quia* [a] Boſſarius Cardinalis dixit, videre ſe Romæ inter Diuos referri quam-plurimos, quorum vitam improbarat. *Quod quam veriſimile ſit ex eo conſtat.* [b] Adrianus Papa, deceptus à Synecdo, ſic dicebat Prædeceſſorem ſuum Honorium fuiſſe Hæreticum. [c] Anaſtaſius Papa Acatium in hæreſi defunctum, & excommunicatum abſoluit. *Diſputo. Papa Adrianus, Papam Honorium Hæreticum fuiſſe definiens, vel non erat, vel erat deceptus: ſi non, en Papam Honorium Hæreticum; ſin deceptus, ſequitur Papam in Sanctis damnandis fuiſſe, adeoque in Impijs canonizandis poſſe eſſe deceptum. ex quo illud Cani veſtri erit conſectarium.* [d] Abſurdum non erit omnem illum Diuorum cultum explodere, niſi fortè nihil refert vtrum quis hominem aliquem condemnatum colat.

[x] *Melchior Canus loc. Theolog. cap. 5. & 6. concluſ. 3.*
[y] *Vaſquez Ieſ. lib. 1. Ador. diſp. 5. cap. 3. num. 166.*
[z] *Bell. quo ſupra cap. 8. §. Dices.*
[a] *Bodinus Meth. hiſt. 4.*
[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 11. §. Ad Quartum.*
[c] *Ibid. cap. 10. §. Decimus nonus. Dilemma.*
[d] *Canus quo ſupra.*

CAPVT. LXXXVIII.

Queſtio 10. De temporibus Cultus, non nouis modò ſed & nobiliter fucatis.

Primum

FEſtum Conceptionis B. Mariæ, in quo nouo feſto error nouus celebratur. Aduerſarius. [a] Eſt hoc priuilegium B. Virginis ſpeciale, in prima ſua Conceptione immunem à

[a] *Suarez Ieſ. in Thom. part. 3. qu. 27. art. 1. & 2. Feſtum conceptionis B. Virg.*

peccato fuisse. Antiqui Patres parca de hoc priuilegio loquuti sunt, tum quia Spiritus Sanctus Ecclesiam paulatim instruit, tum etiam quia illi in alijs grauioribus mysterijs explicandis distinebantur: POSTQVAM vero ante Quingentos annos veritas hæc COEPIT CLARIVS doceri, ita incendit fidelium animos, creuitque paulatim eius fides, vt iam ferè omnium consensione recepta sit, & præsertim ABHINC DVCENTIS ANNIS Ecclesiastici Scriptores omnes, vniuersæ Academiæ, huic sententiæ subscripserunt, adeò vt in Academijs, nulli ad doctoratus gradum aditus patebat, qui prius, sub iuramento, non promiserit nunquam se veritatem hanc oppugnaturum; non est autem credibile Spiritum Sanctum permissurum fuisse vniuersam Ecclesiam in re tanti momenti grauiter errare. Huc accedit, quod ab Ecclesia festum conceptionis apud Græcos ante mille annos, ANTE QVINGENTOS apud Latinos ferè omnes celebrari COEPIT. dicetur fortasse non celebrari hoc festū cōceptionis quod illa sancta est, sed quia est magnū Dei beneficiū, initium; maiorum. Sed hoc nulla ratione probandum est, quia Ecclesia non celebrat hoc festum tantum in gratiarum actione, respectu Dei; sed etiam in honorē virginis: non est autē virgo digna honore propter conceptionem, nisi illa Sancta fuisset: tertium fundamentum huius ex *Patrum autoritate petendum est. *Hoc in loco non agitur de B. Mariæ Conceptione, qua Dominū Iesum concepit, sed qua ipsa a Matre concepta fuit: illam omni-modo immaculatam fuisse nemo nisi Infidelis negat: hanc vero non fuisse Originalis vitio impuram, nemo nisi superstitiosus affirmat, quia. Aduocatus.* [b] B. Virginem fuisse a peccato liberam, è sacris literis, iuxta germanum literæ sensum, nusquam habetur: quinimo lex generalis in ijs traditur quæ ex Adæ carnali sciz: propagatione creatos, sine vlla exceptione cōplectitur: Nec vero dici potest, Apostolorum tempore id in Ecclesiam descendisse, nam constat PRISCOS Scriptores non id a maioribus suis accepisse. Imo Sancti OMNES, qui in huius rei mentionem inciderunt.

Nouus articulus fidei.

Conceptio Sanctiss. Virg.
Damascenus, August. Bernard. Cyprianus, Hieron. Origines, Anselmus, Theodorus, Cyrillus, Irenæus, Greg. Neocæs. Gregor. Nazianzenus.
[b] *Melchior Canus locis Theolog. lib. 7. cap. 1. primarie Cathedræ in Academia Salmanticensi olim præfecti.*

VNO

VNO ORE asseueraruntbeatam virginem IN PECCATO ORIGINALI CONCEPTAM FVISSE. *Nec tamen Iesuitam puduit omnium Patrum autoritate destitutum, autoritatem Patrum omnium nobis obtrudere: at ego opponam ipsum sibi, ait enim* Patres antiquos pauca *de hoc priuilegio loquutos: imo paucos quoq; illud tenuisse, quia* Paulatim *inquit, creuit huius fides,* præsertim, *inquit,* abhinc ducentis annis, *id est, non ante annos mille quadringentos obtinuit in Ecclesia: & sane per istos 200 vix centesimus quisque id defendebat. nunc autem hunc sensum, quasi fidei oraculum, ipsa nouitas cudit, quid multa?* [c] Festum conceptionis celebrandum non est, sicut in multis locis: & ratio est, quia B. virgo peccatis concepta fuit, vt cæteri.

[c] *Gratian. dist. 3. cap.* Promanandum.

Secundum, festum Assumptionis.

Aduersarius. [d] Beatæ Mariæ corpus assumptum fuisse in cœlum ex antiqua historia verissimum esse constat. *Aduocatus.* [e] Nihil huiusmodi (inquit Augustinus) inuenitur apud Latinos Patres: est hoc Apocryphum dogma, inquit Hieronymus, & istam historiam Beda refellit, vt Euangelistæ contradicentem.

[d] *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in Act. 1. 14.*
[e] *Sixtus Senensis Bibl. lib. 2 Tit.* Mariæ transitus.

Tertium, est festum Corporis Christi.

Aduocatus. [f] Consuetudo qua panis Eucharistiæ in publicâ pompa circumfertur, præter veterem morem, ac mentem, haud longo tempore inducta, ac recepta videtur. illi enim tanta veneratione habuerunt istud Sacramentum, vt non modo ad eius perceptionem, sed ne ad suspectionem admitterent, nisi fideles, quos tanti mysterij perceptione dignos existimarunt. quare hic CIRCVM-GESTATIONIS VSVS cum Ecclesiæ lucro omitti possit. tum quia RECENS est, & DIV sine eâ suus Eucharistiæ honos constiterit. *Quando vero hoc Monstrum primum lucem aspexit?* [g] VRBANVS quartus Pontifex instituit quidem

Festum Assumptionis beatæ Virginis.
[f] *Cassander lib. Consult. art. 22. Festum corporis Christi. Processionum abominanda nouitas*
[g] *Bell. lib 4. Eucharist. cap. vlt.*

festum corporis Dominici, & sublimen illam PROCESSIONEM. *At quamdiu luce dignum?* [h] Albertus Cranzius Nicolaum Cusanum Legatum per Germaniam laudat, quod abusum Eucharistiæ in Circum-gestatione, nimis frequenti SVSTVLERIT: quia (inquit Cranzius) eius Sacramenti vsus a cœlesti Magistro ad VSVM, NON AD OSTENTATIONEM institutus est.

[h] *Cassander quo supra.*

Quadragesimæ stricta Obseruatio.

Vnum aliam de Quadragesima attexam: quia de huius Antiquitate nondum fortasse vobis satisfecimus. Huc me vbo. Aduersarius. [i] Ieiunium Quadragenarium, quod proxime ante pascha obseruatur, & colitur, quidam Iuniores censent esse iure diuino sancitum, quia Ecclesiæ Patres aliqui sic videntur docuisse. [*] Ambrosius vocans illud indictum a Christo Ieiunium rursus in hoc legem Dei homo prandendo rescindit. similiter Augustinus & alij. *Aduocatus.* [k] At Communis Theologorum opinio est, Ieiunium Quadragesimum non iure diuino institutum fuisse. *Aduers.* [l] Sed tamen traditione Apostolica, & iure Canonico, & generali Ecclesiæ consuetudine celebratur. *Si Ieiunium ante Paschavultis, non inficiamur, sin integrum Quadragenarium, Consuetudinis Ecclesiæ multiplex diuersitas vobis reclamabit. Aduocatus.* [m] De Ieiunij Quadragenarij numero magna fuit olim apud Christianos varietas. quam etiam Irenæus significat, Quidam* inquit, se vnum diem ieiunare existimant, alij duos, non pauci plures, multi quadraginta, atque diurnis, ac nocturnis horis diem suum metiuntur: quæ varietas ac discrepatia non nostra modo ætate, cœpta est, verum etiam longe ante Maiores nostros &c. si quæras quomodo tempus Ieiunij Quadragesimam vocauerint, cum alij octo, alij septem, alij sex, alij tres, alij duas, alij vnam duntaxat hebdomadam ante pascha ieiunio consecrauerint, vt Sozomenes, & Nicephorus tradiderunt;

[i] *Azorius. Inst. Mor. lib. 7. cap. 25.*

[*] *Serm 2 & 2 Serm. 26.*

[k] *Azorius quo supra.*

[l] *Idem Ibid. & Maldonatus in sum.*

[m] *Azorius quo iam supra.*

[*] *Irenæus lib. 5. cap. 25.*

runt; Reſpondeo. *Reſpondes tuum fundens Oraculum.* [a] Apoſtolos quadraginta dies proxime ante paſcha ieiunio deputaſſe: deinde varias conſuetudines intro-ductas eſſe, cum alij pleno, alij ſemipleno Ieiunio dies iſtos celebrabant. *Aduocatus.* [b] Græci in tempore Quadrageſimæ, in honorem Reſurrectionis, nefas eſſe dixerunt in Sabbato Ieiunare. Latini contra, in memoriam luctus Apoſtolorum Ieiunium in Sabbato obſeruarunt. *Vtrique opinione veſtra,* benè. *aut Apoſtolos igitur legis Quadrageſſimalis Ieiunij non autores, aut Catholicos iamdiu eius Violatores fuiſſe.*

[a] *Idem Ieſ. quo ſupra cap. 26.*

[b] *Ibidem.*

CAPVT LXXXIX.

Quæſtio vltima circa Ceremoniarum farraginem verſatur, nam Eccleſiæ Romanæ multæ iſtæ Ceremoniæ Antiquitati repugnant, non modo quia iſtæ, ſed quia multæ: multitudo enim ipſa -- & copia nocet.

Aduocatus. [a] Ætas Hieronymi, præter diem Dominicum, pauca numerat feſta, NVNC feriarum neque finis, NEQVE MODVS EST. [b] Quarum ANTIQVITVS mira paucitas. [c] Turbam feſtorum dierum quos vel Epiſcopi multitudinis indulgentes affectibus, vel Romani Pontifices CAVSIS NON NECESSARIIS inſtituebant, facile paterentur abrogari, quale eſt illud Conceptionis, & Natiuitatis Virginis. [d] Nobis Chriſtianis diuerſis temporibus, Pontifices diuerſi, diuerſos mores præſcripſerunt, circa ceremonias, cultum, cibos, ieiunium, veſtitum, Pompas, mitras, & huiuſmodi, ſed VNVM admirabilium VINCIT ADMIRATIONEM, quod illi his ambitioſis moribus ſe cœlum aſcendere poſſe putant: & tamen iſtæ religionum leges nullo alio fundamento nituntur, præterquam ſuis placitis, nec aliam iuſuper regulã, præter credulitatẽ habent. *Hoccine verum eſt? exemplum vnum exhibebo.* [e] Non poſſum non ſtomachari eos, qui vt ſuum inſtitutum laudent, non verentur coram populo iactare, & dicere eum,

[a] *Eraſm. annot. in Matt. 11.*

[b] *Ceremoniarum contra nouas & importabiles.*

[c] *B. Rhenanus in arg. in Tert. de Corona militis.*

[d] *Eraſmus de Amab. Eccl. concord.*

[e] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 56. Stupenda ſuperſtitio.*

[e] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. Hæreſ. cap. 9.*

eum, qui ſemel habitum iſtius ordinis ſuſceperit, non poſſe in fide errare, aut deficere: nonne hæc aperta eſt BLASPHEMIA? eſt ne forte potentior panis, quam Dei gratia, aut fides? *De aliis.* [f] Fatendum eſt NOVELLAS eſſe TRADITIONES in quibus ab æquitate, & mente Eccleſiæ, ab Imperitis, & ſuperſtitioſis Eccleſiarum præfectis RECESSVM eſt, vt de nimis ſeuera exactione ieiuniorum, & ciborum delectu, item celibatu eorum quo nimis temerè ſeſe ad cœlibatum aſtrixerunt, de votis Monachorum, & reliquis id genus. Aſſentimur Auguſtanæ (*Proſtantium*) Confeſsioni cum ait: Si Epiſcopi hos abuſus præcipuè, qui miſſam, & alias partes diuini cultus inaſerunt, correxiſſent, minùs nunc eſſet diſſentionum: neque tantum monendos, & rogandos putamus, vt abuſus corrigant; verum etiam vt antiquos aliquot Eccleſiæ RITVS, & mores per progreſsionem & inclinationem temporis OBSOLETOS, & IMMVTATOS reuocari ſtudeant. [g] *Imò, quod magis dolendum eſt,* Bona pars Ceremoniarum, teſte Euſebio, ab Ethnicis in noſtram Religionem migrauit; plus HODIE onerantur Chriſtiani, quam olim Iudæi, creſcentibus Ceremoniarum legibus. *Nec hoc ſolum, ſed* [h] Sylua quædam Iudaicarum, & Gentilium ceremoniarum agrum Domini occupauit. *qualia?* Onera, quæ Miniſtri imponunt humeris hominum ſunt importabilia, NON onus Chriſti. *Hactenus de Ceremoniis veſtris, quæ, dum earum numerum ſpectamus, nimij; dum vſum, nullius ſunt ponderis. Ad exitum iam perducta eſt quæſtio.*

[f] *Caſſand. lib. Conſult. art. 25.*

[g] *Agrippa quo ſupra. cap. 6.*

[h] *Polyd. Virg. Inuent. lib 4.*

[i] *Caietan. com. in Matth. 11.*

CAPVT. LXXXX.

Concluſio tres difficultates expedit.

Prima difficultas.

QVod ſi forte *Maiores noſtri, in antiquis erroribus implicati,* Caput autem Chriſtum tenentes, *fatis conceſſe-*

rint,

rint nec veritatis lucem aſpicere potuerunt; vel ſi qui in viuis fuerint qui explora'os errores nolunt deponere: quid eſt nobis de vtroq; genere ſentiendum? Hunc nodum Sanctus Cyprianus Patronus noſter piè iamdudum ſcitéque diſſoluit. * Ideò frater ſi quis de Anteceſſoribus noſtris, vel ignoranter, vel ſimplicitèr hoc non obſeruauit, quod nos facere Dominus exemplo, & magiſterio ſuo docuit; poteſt ſimplicitati eius, de indulgentia Domini, venia concedi: NOBIS verò NON poterit IGNOSCI, qui nunc à Domino admoniti, & inſtructi ſumus. *Quia Conſuetudinem veritati præſtare anteponere, quid eſt aliud, quam Ethnicus ille ſtupor? Aduocatus.* [a] Hæc Indos odioſiſsima cogitatio, vel maximè à Dei cultu reuocabat, quod ex noſtra doctrina didicerant Majores ſuos, ſalutaris veritatis huius cognitione deſtitutos, *(abſit tamen hæc à nobis impietas, vt ita de Majoribus noſtris ſtatuamus)* ad interitum ruiſſe ſempiternum.

* *Cyprian. epiſt. 3. ad Cæcilium.*

[a] *Xauerius. Ieſ. lib. 4. Epiſt. 1.*

Secunda.

Quinam profeſſores, Pontificij nè an Proteſtantes, antiquitatem magis venerentur? procul-dubio ij, qui Antiquitatis Teſtimonijs libentius acquieſcunt: hoc punctatim iam ſupra præſtiti, nunc exemplo vnico illuſtrabo. Aduerſarius. [b] Priſtinam Eccleſiæ faciem hiſtoria priſca detegit: huc prouoco; antiquiores Hiſtorici ſunt Euſebius, Damaſus, Hieronymus, Ruffinus, Socrates, Sozomenes, Theodoretus, Marianus Scotus, Sigebertus, Nicephorus; quid narrant? Noſtrorum laudes, progreſſus, hoſtes. *De omni genere teſtium vah quam confidenter Hic Rhetor? ſed Rhetoricè omnino (per hyperbolen) nè dicam poeticè: nam hos Autores Proteſtantes ſtudioſè peruoluunt, ex his Antiquitatis lucem eliciunt, horum ſuffragia ſibi vendicant; quæ teſtimonia, quoties Pontificij ſuæ nouitati aduerſari perſentiſcunt, non modo non approbant, verum etiam in teſtes ipſos ſæpè procacitèr inuehuntur. verbi cauſa.* * Sic quidem Euſebius, ſed erat hæreticis addictus. *Rurſus.* Non multum me mouet Pontificalis Damaſi. [d] Erat Hieronymus

[b] *Campianus Ieſ. Rat. 7.*

* *Bellar. lib. de Rom. Pontif.*

[d] *Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 10.*

ronymus in ea sententia, non est autem Hieronymus regula fidei nostræ. [e] Idem habet Ruffinus, sed Ruffinus, pace Lectoris dixerim, traditionem Patrum ignorabat. [f] Socrates Hæreticus fuit Nouatianus: ergo judicium eius in dogmatibus stabiliendis nullius est momenti. [g] Non ignoramus Sozomenem multa alioqui mentitum esse. [h] Theodoretus de alio errore damnatus est. [i] Nicephorus mihi semper audacior est visus. [k] Marianum Scotum contemnimus. [l] Sigebertus in hoc est fide indignus. [m] Nihil de Beato Rhenano laboramus, apud nos minimè Beato. *Instantiam vnam addam, quæ vos vehementèr exercuit: Ecclesiastici Scriptores referunt Nectarium Constantinopolitanum Episcopum Confessionis ritum sustulisse. Aduers.* [n] Duo simul falsa Caluinus scribit, cum addit: Nectarius vir eruditione clarus confitendi ritum abrogauit. nam non est credibile Episcopum Nectarium iam senem, & nondũ baptizatum, clarũ eruditione fuisse. *Aduoc.* [o] Non satisfaciet, qui dixerit Nectarium in rebus Ecclesiasticis non admodum eruditum fuisse, vtpotè nuper baptizatum, & vrbis factum Patriarcham: at CREDIBILE NON est, rem adeò grauem absque consilio Sapientum attentâsse, tum etiam quia ILLVM IMITATATI sunt alij EPISCOPI Orientales. *Aduersarius.* Respondent alij non esse fidem adhibendam huic historiæ, quia Sozomenes multa mentitur, & Socrates hæreticus Nouatianus fuit. [q] Nectarium fuisse à Nouatianis hæreticis deceptum affirmare OPORTET. Sed esto, non fuerit deceptus, at mendacissimè Socrates, &c. *Aduoc.* [r] Sic quidem respondet Baronius: at non facilè potuisset mendacium confingi in re tam publica, & manifesta, si non fuisset in re aliqua fundamentum. [s] Non facilè adduci possum, vt credam historiam confictam fuisse. *Nec putandum Nectarium factum senem vsque-adeò delirâsse, vt Nouatianorum Hæreticorum consilio esset seductus. quia.* [t] Chrysostomus Nectarij Successor EANDEM consuetudinem retinuit. *Quinetiam vos nihilo humanis aut verecundius Patres ipsos tractare soletis, quoties vestris*

[e] *Ibidem.*
[f] *Bell. lib. 3. de cultu Sanct. ca. 10.*
[g] *Valent. Ies. lib. de cœlidatu. Cap. 6. pag. 869.*
[h] *Idem lib. de Eucharist.*
[i] *Mald. Ies. in præf. in Luc.*
[k] *Bellar. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 5. §. Quocirca.*
[l] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 13. §. Habemus.*
[m] *Greg. Valent. Ies. lib. de Eucharist.*
[n] *Bell. lib. 3. de Pœnit. cap. 14.*
[o] *Suarez Ies. Tom. 4. disp. 17. Sect. 2. num. 30.*
[p] *Suarez quo suprà.*
[q] *Baronius Tom. 1. Anno Christi. 56. pag. 440. Baronius Ies. Cardinalis ostentatiæ notatur & præiudicij.*
[r] *Suarez quo sup. §. De hac.*
[s] *Bell. quo sup. cap. 14 in fine.*
[t] *Suarez, ibid.*

veſtris placitis reluctari, ac refragari videntur. Hoc (Deo his cœptis fauente) tot veſtris teſtimonijs, tamq; luculentis efficiam atq; præſtabo, vt nemo ſit ex Schola veſtra tam effrons, qui poſtea audeat Antiquorum Patrum contemptum Proſtantibus obijcere. Interea veſtrum erit, poſt hominum memoriam nefandam, ſed ſtyli non gladij lanienam vobis ob oculos proponere. [a] Tu Beatiſsime Pontifex expurgari feciſti omnium Autorum Catholicorum, & præcipuè VETERVM PATRVM Scripta. *Verbi gratiâ.* [x] Vbicunque hæc verba in Patribus reperiuntur, SCRIPTVRAE SVNT OMNIBVS NECESSARIAE, deleantur. *Philoſophus, vbi fortè aſpexerat filium Parentum ſuorum agrum ſepulchralem aratro proſcindentem, Hoc eſt verè, inquit, colere monumenta Majorum. De facto veſtrorum non diſſimili, ſimiliter dixerim, hoc eſt verè ſcripta Patrum conterere, atquè euoluere.*

[a] *Sixtus Senenſis in Epiſt. nuncup. ad Pium. 5. Pontificem.*

[x] *Index Expurg. ex Autorit. Conc. Trident. Pag. 27.*

Tertiæ Difficultatis Solutio.

Quoties de Antiquitate certatur, & pars altera longæuam quidem, ſed minimè primæuam Antiquitatem oſtentat; altera verò primã, ſed iam hominis vitio antiquatam, vendicat: toties (exemplo Chriſti) primæuam ſuccedenti, tanquam Meretricis fucato ſplendori natiuam Matronæ faciem; aut tanquam filium legitimum ſpurio, anteponere debemus. Chriſtus taxat & corrigit diuortij conſuetudinem, bis mille annorum tritam. Aduocatus. [y] In * Matth. 19. [Non ſic fuit ab initio.] Cum Phariſæi propoſuiſſent conſtitutionem Moſis, qua, ob duritiem cordium ipſorum, nitebatur diuortij conſuetudo: Chriſtus antiquiorem Dei, circa propoſitam quæſtionem, conſtitutionem: cui tum ob antiquitatem, tum quod Dei eſſet, non Moſis, conſtitutio meritò cedere deberet. *Ne igitur Eccleſia Cæremoniarum multitudine grauetur.* [z] Auguſtinus ſcribit NIMIAM illam conſuetudinem, oblata occaſione, RESECANDAM ESSE, etiam-ſi fidei non videntur aduerſari; quia Religionem, quam Chriſtus libe-

[y] *Ianſenius Concord. in * Matth. 19.*

[z] *Caſſander lib. Conſult. Art. 7.*

ram esse voluit, seruilibus oneribus premunt. *Ne insuper superstitione corrumpatur.* [a] Quisquis, ait [a] Augustinus, verus Christianus est, in sacris SVPERSTITIOSA REPVDIAT; nec VLLA ratione placet, (inquit [a] Bernardus) contra Ecclesiæ & Patrum ritum NOVITAS, temeritatis mater, soror Superstitionis, filia leuitatis. *Quid multa?* Apostolus in [a] Rom. 16. [Obsecro vos fratres, vt obseruetis eos, qui diuisiones faciunt, PRAETER doctrinam, quam à nobis didicistis, & declinetis ab ijs, qui per BENEDICTIONEM fallunt corda simplicium.] [b] Sic hortatur Apostolus Romanos, & in Romanis nos: vide autem nè HAC TEMPESTATE sint NONNVLLI stultã opinionem populo, præter Christi doctrinam, inducentes, magis fortasis superstitiosam quam Religiosam. Hæreamus igitur SOLI CHRISTO, & APOSTOLICAE DOCTRINAE. *Et rursus* [a] *Apostolus.* [ô Timothee profanas vocum NOVITATES deuita.] [c] Vocum, id est, Dogmatum; si vitanda nouitas, tum sacrata & tenenda est Antiquitas: quas nouitates sectari nunquam Catholicorum, semper verò HAERETICORVM fuit. *Qua Antiquitatis nota diligenter pensitata, nemini dubium esse possit, vtrum Protestantium an Pontificiorum Religioni potius adhæreat; cum præsertim hi veritatem cuiuscunque Consuetudinis, illi Consuetudinem solius veritatis affectant, & consectantur.*

[a] *Episc. Espens. in 2. Tim. 4.*
[a] *Lib. 2. de Doctr. Christi cap. 18.*
[a] *Epist. 174.*
[a] *Rom. 16.*

[b] *Faber Stapulensis in eum locum.*

[a] *Tim. 6.*
[c] *Episc. Espensæus Comm. in hunc locum.*

Gloria trin-uni Deo in secula,
Amen.

Apologiæ Catholicæ Liber
Secundus Notas alias ſuo quaſq; ordine pertractans.

Caput. I.

Nota ſeptima Vnitas obijcitur, in ſpecies duas diſſoluitur, quarum

1. [a] Eſt vnio membrorum cum capite.
2. Membrorum inter ſe. Hæ duæ vnitates faciunt Eccleſiam vnam.

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10.*

Quæſtio prima, quæ eſt Vnionis Membrorum cum Capite, ex Theſi & Hypotheſi breuiter, dilucideq; pro inſtituti noſtri ratione, euentilanda eſt.

THESIS.

Duerſarius. [b] Hæc vnio cum capite Pontifice Romano fuit ſemper Nota Eccleſiæ Catholicæ. [c] Per quam excluduntur Schiſmatici omnes qui habent fidem, & Sacramenta; ſed non ſubduntur Romano Pontifici. [d] Qui, licet fidem Catholicam profitentur, non ſunt tamen Catholici, quia non profitentur in Eccleſia Catholica. [e] Catholica enim non eſt, niſi quatenus cum Romano Pontifice coniuncta eſt: Extra quam Eccleſiam non eſt ſalus. [f] Subeſſe enim Romano Pontifici definimus eſſe de neceſſitate

[b] *Idem ibidem.*
[c] *Bell. ibid. lib. 3. cap. 2. §. Atque hoc.*
[d] *Bell ibid. cap. 5. §. At obijciunt.*
[e] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 84.*
[f] *Greg. de Valent. Ieſ. Analyſ. lib. 6. cap. 5. & Vaſquez Ieſ. Tom. 1. diſp. 21. Num. 2.*

[g] *Tolletus Inſtr. Sacerd. lib.1 cap.19.*

[h] *Stapl. Promp. Fer.4 Hebd.4. Quadrageſſ.*

[*] *Com. in Ioh.9.*

[i] *Conc. Baſilien. Patres vt refert Aeneas Sylvius de geſtis Conc. Baſil.*

ſitate ſalutis. [g] Schiſma autem eſt rebellis ſeparatio a Romano Pontifice. *Quid ad hæc Proteſtantes? Aduocatus.* [h] Axioma noſtrum eſt, inquit * Caluinus, non audiendos eſſe qui ab Eccleſia diſceſsionem faciunt, & abrumpunt fidei vnitatem; hoc Papiſtis libenter concedimus: ſed quod diſcutiendum erat, mille locis dilucidè expoſuimus, Papam cum ſua caterua nihil minus quam Eccleſiam eſſe. *Et ſanè hæc Capitis prærogatiua iam-diù corpori ſuo, viz. Concilio Baſilienſi, hæretica eſſe videbatur. Aduocatus.* [i] Quæ maior ſuperbia eſt, inquit Bernardus quam quod vnus homo toti Eccleſiæ ſuum præferat iudicium, quaſi ſolus Spiritum Sanctum habeat?

Theſis Ieſuitarum. Primò, Argumentis; Secundò, Exemplis Antiquitatis refellitur. Argumenta duo perſequemur.

Primum.

[k] *Bell. lib.1. de Rom. Pont. ca.23.*

[l] *Franciſcus de Vict. Relect.2. qu.2.*

[m] *Greg. Valent. Ieſuit. lib 7. Analyſ. cap.2. pag.52.*

[n] *Idem lib.2. de Euchariſt. pag. 82.*

Aduocatus. [k] Niſi Petrus alios Apoſtolos vel per ſe vel per alios Epiſcopos ordinâſſet, nulla ratio eſt, cur Romam Eccleſiarum omnium Matrem eſſe dicamus. *At.* [l] Vtrum Petrus eos ordinâſſet eſt incertum. Sententia, quæ NEGAT Petrum alios ordinâſſe, magis eſt COMMVNIS. *Imò.* [m] Apoſtoli à CHRISTO IESV in tempore cœnæ Sacerdotalem poteſtatem ACCEPERVNT. *Vis huius argumenti eſt huiuſmodi: Si Petrus non alios Apoſtolos, Epiſcopos ordinabat, tum (vt ait Ieſuita) Romana Eccleſiarum Mater dici non debet; at, ſecundùm communem Theologorum ſententiam Petrus (inquit Ieſuita) NON ordinabat Epiſcopos: Ergo, (ſic enim ex Ieſuitis contra Ieſuitas licet concludere) Romana Eccleſia Matris prærogatiuam non accepit, ſed arrogauit.*

Argumentum Secundum.

[*] *Bell. lib.4. de Eccleſ. Milit.*

Aduerſarius. [*] Eccleſia Romana non poſsit deficere:

[p] Ego

[p] Ego prorſus exiſtimo Eccleſiam Romanam a Chriſto domino accepiſſe primatum, non ex Eccleſiæ autoritate. *Aduocatus.* [q] Alioqui intelligi nequit, quomodò deficere non poſsit. [r] NISI enim Papalis autoritas à CHRISTO immediata fuerit, à tota Eccleſia inſtitui non poterat. *At.* [s] Vt Epiſcopus Romanus potius Petro ſuccederet, quam Antiochenus, NON EX INSTITVTO CHRISTI FVIT. [t] Sed erat TANTVM ex IVRE ECCLESIASTICO. [u] Et SIC quidem putabant Concilij Baſilienſis Patres. *Etiam* [x] Rectè Driedo dicit, NEQVE TRADITIO NEQVE SCRIPTVRA habet, ſedem Apoſtolicam à Romana non poſſe transferri. [y] Imò (ſi Eccleſiæ viſum eſt ita ſtatuere) Treuerenſis Epiſcopus Epiſcopo Romano præeſſe poſsit. *Huius etiam Argumenti connexio (diſputantibus leſuitis) talis eſt: Si Eccleſia Romana non accepit autoritatem ſuam immediatè à Chriſto, tum poteſt a fide deficere: at nec Scriptura (inquiunt) nec Traditio antiqua docet Eccleſiam Romanam poteſtatem eam à Chriſto accepiſſe, vt transmutari non poſſit: Ergo antiquitus acceptum non eſt, eam eſſe Matrem illam* Extra quam nulla eſt ſalus. *His argumentis Cathedræ Romanæ fundamenta labefactata corruant neceſſe eſt. quod Exempla priſca conuincunt.*

[p] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 7. Analyſ. cap. 12.*
[q] *Ibidem.*
[r] *Gerſon de Poteſt. Eccleſ.*
[s] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12.*
[t] *Soto vt refert. Valent. Analyſ. li. 7. cap. 12.*
[u] *Staplet. de Doct. Prim. lib. 13. cap. 15.*
[x] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 4.*
[y] *Card. Cuſanus lib. 2. de Concord. Cath. cap. 13. & 14.*

CAPVT. II.

2. *Theſis ſuperior Exemplis multis, nec occultis enertitur.*

Aduerſarius. [a] Hæc vnitas probatur, quia ad Cathedram Romanam omnes veteres Patres confugerunt. Quorum teſtimonia habemus, quibus hujus Cathedræ vnitas commendatur: Irenæi, Tertulliani, Cypriani, Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij. *Et nos ad horum Patrum teſtimonia in hac cauſa confugimus. Aduocatus.* [b] Majus eſt Teſtimonium quod factis, quam quod verbis confirma-

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10.*
[b] *Glorianus lib. de Schiſmate pag. 182.*

tur. *Rectè: quid enim verba audiam, cum facta videam? primùm igitur in genere accipite de Capite veſtro ex veſtro Capite præclarum acroama.* [c] Ante Concilium Nicænum ad Romanam Eccleſiam NON MAGNVS RESPECTVS habebatur. *Nunc ſigillatim ſingulos Patres conſulamus.*

[c] *Aeneas Sylvius poſtea pontifex Pius 2. in geſt. Conc. Baſil.*

1. *Irenæum.*

Aduocat. [d] A Victore PONTIFICE Romano, vt refert * Euſebius, OMNES Eccleſiæ Aſiæ EXCOMMVNICATAE erant. *Benè habet. Irenæum apud ipſum Euſebium loquentem audi.* * Fecit Victor (inquit Irenæus) abſcindi tantas Eccleſias, quæ morem ſibi antiquitùs traditum cuſtodiebant, quibuſcum Prædeceſſores communionem habuerant, NEC POTVIT Anacletus EPISCOPVS ROMANVS POLYCARPO PERSVADERE vt ſuum Paſcha obſeruandi MOREM AB Eccleſia ROMANA DIVERSVM deponeret. *Hæc Patronus noſter Pater Irenæus. porrò. Aduocatus.* [e] Victor PONTIFEX OMNES ſimul ORIENTALES, & AVSTRALES Eccleſias à COMMVNIONE AMPVTABAT: cui tunc, inter cæteros excellentiſsimos viros, reſtitit Polycrates Aſiæ Epiſcopus: & IRENAEVS Victorem PONTIFICEM, tanquam pacis TVRBATOREM acritèr OBIVRGABAT. *Hi Pontificis Aduerſarij Irenæus, Polycarpus, Polycrates, reliquique Aſiæ Epiſcopi qui quantique fuerunt?* [f] Irenæus, PRESBYTER Eccleſiæ Lugdunenſis, ad componendum illud diſsidium, Romam mittitur, MARTYRVM literis mirificè commendatus, qui MAGNA libertate Victorem REPREHENDEBAT. *Veteris Catholiciſmi libertatem agnoſcite.* Romanum Epiſcopum tanquam in Eccleſia (*Ieſuitæ dixiſſent Monarcham, & moderatorem*) pacis Turbatorem libere acritérque objurgabat. *Cuius Excommunicationis fulmen plumbeum Sancti Chriſti Martyres prorſus contempſerunt. Aut igitur vnionis veſtræ dogma deſerendum eſt, aut de Sanctorum Martyrum, & majoris partis Eccleſiæ*

[d] *Bell. lib. 3. de verbo Dei. ca. 6. § Secundo ſeculo.*
* *Hiſt. lib. 5. cap. 23.*
* *Euſebius ibid.*
[e] *Agrippa lib. de Vanit. Scient. ca. 59.*
[f] *Eraſm præf. ante lib. Irenæi.*
Irenæus noſter eſt.
Dilemma.

eleſia tum Orientalis, quam Auſtralis ſalute penitùs deſperandum.

2. *Tertullianum.*

Aduerſarius. [s] Tertullianus, Euoluant, * inquit, Hæretici origines Eccleſiarum ſuarum, &c. Hoc enim modo Clementem in Eccleſia Romana à Petro ordinatum refert. *Aduocatus.* [h] Docet quidem Tertullianus in Præſcript. Vnam eſſe aliquam Eccleſiam, ex qua reliquæ; hanc autem NVLLI LOCO AFFIGIT; quanquam honorifico laudis elogio Romanam exornat Eccleſiam, NON tamen TANTAM illam facit, QVANTAM HODIE fieri videmus: nam inter Apoſtolicas Eccleſias illam enumerat, NON SOLVM FACIT APOSTOLICAM, hoc eſt, ſummatim eam facit, NON SVMMAM, vt patet ex 4. ejus libro aduerſus Marcionem: Videamus, inquit, quod lac à Paulo Corinthij hauſerint, &c. Porrò, SI HODIE ſupereſſet Tertullianus non iſtud impunè diceret, nam quas tragœdias vidimus excitatas ob ſimilem cauſam? *Sic de ſuo tempore Rhenanus veſter grauiter queritur: quanto grauiùs ſi hodiernum papiſmum cerneret? quinetiam in libro præſcrip.* [i] Non ex perſonis fides probanda eſt, ſed potius ex fide perſona, inquit Tertullianus. *Hanc præſcriptionem Tertulliani agnoſcite, &, de Pontificu veſtri perſona publica, veſtrum dogma mera eſt profectò circumſcriptio.*

[s] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Triumph. cap. 8.*
* *In Præſcript.*
[h] *B. Rhenanus arg. in Tert. de præſcript.*
Tertullianus noſter eſt.
[i] *Rhenanus quo ſupra.*

3. *Athanaſium.*

Adquem Anathematizandum Pontifex Romanus cum Arianis Hæreticis nequiter conſpirauit. Nam. * Cum Arianus quidam cum Liberio Romano Pontifice contra Athanaſium diſputabat dicens, Quis tu es qui pacem orbis diſſoluis? *Hæreticum cum Athanaſio diſputantem audimus, Pontificem Athanaſium damnantem audiamus. Adnoc.* [h] Liberius Pontifex interpretatiue conſenſit in damnationem Athanaſij,

* *Theod. lib. 2. hiſt. cap. 16.*
[h] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 9. §. Dicet aliquis.*

Athanasij, eumque damnari permisit, quem sciebat causa fidei persecutionem pati. *Quid audio? Damnationem Athanasij?* [l] Erat Athanasius sanctitatis & eruditionis eximiæ, acerrimus Catholicæ fidei Propugnator, pro cuius defensione multas Hæreticorum perpessus est insidias. [m] Qui fuit tanquam columna Ecclesiæ, aduersus omnes Hæreticos. [n] Qui fere solus Hæreticorum argumentationes disturbabat. *Et tamen Liberius Papa, etiam cum hoc sensit (ô caput!) cum Hæreticis* consensit in damnationem Athanasij. *Hoc exemplum in ipsius causæ visceribus altissimè inhæret: neq; enim iam facti, sed fidei quæstio instituebatur: causam totam illustris Cardinalis vester scitè delineauit.* [o] Liberius sententiæ, ADVERSVS ATHANASIVM latæ, subscripsit, & decreta FIDEI in Sirmiensi Synodo scripta suscepit. Epistola ipsius Liberij idem significat, est autem huiusmodi: Dilectissimis Fratribus & Episcopis Orientalibus. S. Ego Athanasium NON defendo. *paulò post.* Itaque, amoto Athanasio, dico me cum omnibus vobis, & cum vniuersis Orientalibus vnitatem habere: FIDEM ego Sirmij expositam atque susceptam lubenti animo suscepi, in nullo contradicens. Hucusque Liberij literæ ad Orientales Episcopos, qui Sirmij ad Synodum ([p] Quæ erat conuenticulum Satanæ) cōuenere: Inter quos fuerunt *(viri Hæreticissimi)* Vrsacius & Valens, ad quos in alia epistola sic scribit Liberius. Cognoscat prudentia vestra Athanasium, ab Ecclesiæ Romanæ communione separatum esse; quicumque autem se separatum esse a nostra concordia senserit, sciat se separatum esse a nostra communione, præuaricatori Anathema vna cum Arianis a me dictum. [q] Iustè Liberius defendi non possit, quod injustè contra S. Athanasium subscripserat. Tanti enim momenti existimabatur Athanasij causa, vt qui in eum subscriberent, in Nicænam pariter fidem ferre calculum viderentur. *Hactenus Historiographus, apud vos fere αὐτόπτης, Cardinalis vester Baronius. Nunc ad oppositum, Athanasius iam a Pontifice Romano, ceu Anathema, excommunicatus, vel necesse habuit communionem cum Pontifice*

[l] *Sixtus Senens. Biblioth. lib 4. Tit.* Athanasius *pag. 206.*

[m] *Possiuinus Ies. in Apparatu. Tit.* Athanasius.

[n] *Episcopus Arelaten. in Concil. Basil. vt refert Aeneas Sylvius.*

[o] *Baronius Ies. & Card. Annal. Tom. 3. anno Christi 357. pag. 709.*

[p] *Ibid. pa. 669.*

Athanasius noster est.

[q] *Pag. 712.*

tifice conciliare, vel non: si sic, tum fides Christi deserenda fuit: nam. [r] Athanasius ob fidei Catholicæ defensionem iniustè damnabatur: *si non, tum Communio cum Romano Pontifice non est de necessitate salutis. Et profectò hæc* Columna Ecclesiæ, *hoc* fidei Catholicæ propugnaculum, *hic* Hæreticorum malleus *Athanasius, dum Christo adhæreat, Pontificis excommunicationem contemnit. hoc suo facto palam docet, ac profitetur, interdum a Ministeriali Capite Pontifice Romano discessionem necessariò faciendam esse, vt cum Principali Capite Christo Iesu salutificam vnionem tueri, ac conseruare possimus.*

Dilemma.
[r] *Iesuita iam supra.*

CAPVT. III.

4. *Cyprianum.*

A*Duersarius.* [a] Romanum Episcopum succedere Petro in Monarchia Ecclesiæ probatur ex Cypriano, in lib. de vnitate Eccl. vbi docet omnes hæreses inde nasci, quod hæretici non quærunt Caput Ecclesiæ, & quidem à Christo diuersum; quod ostendit fuisse Petrum; & docet Ecclesiam esse vnam in capite vno: quod idem conuenire Romano Pontifici docet in * Epist. ad Cornelium Pontificem. non aliunde hæreses natas esse, quam quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, ne vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos & Iudex vice Christi cogitetur. Et ad plebem vniuersam, Vna est, * *inquit*, Ecclesia super Petrum voce Domini fundata; aliud altare constitui non potest. Et Rursus Schismatici isti, [b] inquit, Petri Cathedram atque Ecclesiam principalem, vnde vnitas Sacerdotalis exorta est, non respiciunt; nec cogitant eos esse Romanos, ad quos perfidia non potest habere accessum. *Hæc testimonia quoq; * Costerus, * Turrianus, * Duræus, & Iesuitæ plerique omnes lectorum animis passim satis importune inculcant. Quibus Cypriani sententijs nullius negotij erit ex ipso Cypriano satisfacere. Primò, quia per vnum Episcopum, non vnicum, sed, in eodem*

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12 & cap. 16. Princ.*
* *Cyprianus lib. 1. Epist. 3. & lib. 2. Epist. 10. ad Cornelium.*
* *Lib. 1. Epist. 8.*
[b] *Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 10.*
* *Lib. 1. Epist. 4.*
* *In Encheridio.*
* *In disp. contra Sadaëlem.*
* *Contra Whittakerum.*

iure Episcopatus, Episcopum vnum quemque significat. * Omnes Episcopi sunt Vnus Episcopatus. Quilibet Episcopus vice Christi ad tempus Iudex. *Ita vt nullus Episcopus sit alterius Episcopi imperio subiectus.* *Episcopatus vnus est, cuius a Singulis in solidum pars tenetur. *Secundo, per vnum Episcopum seipsum sæpe intelligit.* * Episcopum vice Christi, &c. *Tertio primatum, quem Pontifex sibi arrogauit, Cyprianus ex Concilij decreto profligauit.* ' Neq; quisquam nostrum se Episcopum Episcoporum esse constituit. &c. *Quæ omnia Cypriani iudicium orthodoxum satis explicant, vestrum præiudicium coarguunt: sed vos iam estis testimonijs vestris obruendi. Aduocatus.* ' Primas, inter Orthodoxos Patres, Cypriano tribuit Papa* Gelasius. *Quid vero Cornelius?* ' Cornelius Pontifex Romæ Concilio habito decreuit, non esse baptizandos, qui ab hæreticis baptizati essent, vt refert* Eusebius: idem postea Stephanus Papa præcepit. *Quid adhæc Cyprianus?* ' Cyprianus in Conc. 80. Episcoporū decreuit hæreticos Esse rebaptizandos, Pvtavit enim Pontificem pernicio-se errasse. & Stephano Papae seriò Praecipienti Cyprianus Parere nolvit, sed verba contumelioſa * protulit Contra Pontificem, vocans eum superbum, imperitum, cæcæ & praue mentis. *Quid multa?* ' Cyprianus, qui semper est habitus in numero Catholicorum, Romano Pontifici, contra errorem suum in Concilio particulari definienti, aduersabatur. *Bene habet. Gelasius Pontifex Cyprianum laudat: & tamen Cypriani Cornelij Pontificis autoritatem conculcat, etiam literas suas Episcopi Romani literis, Concilium Concilio, Cathedram Cathedræ, & Præsidi Pontifici, tanquam perritioſè erranti, seipsum præsidem opposuit: & tamen ex Cypriano, inquitis, probamus eum non esse Ecclesiæ Catholicæ membrum, qui non subijcitur Romano Pontifici. Miror quenquam adeò laborare, vt putet Cyprianum verbis patrocinari Pontificis primatui, cui factis acerrimè repugnabat: adeone Cyprianum deliràsse existimemus, vt confessionem ederet, in damnationem*

* *Cypr. lib. 4. Epist. 9.*
* *Lib. de Vnit. Eccles.*
* *Lib. 4. Ep. 9.*
* *Epist. ad Quintum.*
* *Eras. præf. in lib. Cypriani.*
* *In Decret. dist. Can. S Romana.*
* *Bell. lib. 3. de verbo Dei c. 6. §. Tertia Secula.*
* *Hist. lib. 7. cap 2.*
* *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 7. §. Tertia ratio.*
* *In Epist. ad Pompeium.*
* *Bell. lib. 2. de Conc. cap. 5.*

Cyprianus noster est.

onem ſui? nam Aduerſarius. [g] Subeſſe Romano Pontifici eſt de neceſsitate ſalutis. [h] Huic vni Eccleſia Catholica adhæret, extra quam non eſt ſalus. *Hoc etiam probari ex Cypriano conſeruatis, & tamen. Aduocatus.* [i] Cyprianus, cum Stephanus a ſua COMMVNIONE eum REPELLERET, & Epiſcopos ab illo ex Africa legatos, nec ad ſermonem communis colloquij admitteret, & præciperet vniuerſæ fraternitati, ne quis eos in domum ſuam reciperet, vt venientibus non ſolum pax & COMMVNIO, ſed & tectum & hoſpitium NEGARETVR, Cyprianum quoque pſeudochriſtum, & doloſum operarium diceret. &c. *Viden'? Communionem cum Pontifice nihilifecit Cyprianus, & tamen* [k] Cyprianus in illo diſsidio, pacis & vnitatis vinculum conſtantiſsimè retinebat mente pacificus. *Eſſe igitur poteſt vnitas Catholica extra, imò contra Pontificis vnionem: ecquid habes, Coſtere, quod opponas? Aduerſarius.* [l] Non habet Deum Patrem, inquit Cyprianus, qui non habet Eccleſiam matrem. *Patronus.* [m] MVLTA Stephanus contra Eccleſiam Dei, aſſerere conatur, at quomodò habere poteſt Deum Patrem, qui non habet Eccleſiam matrem? *Quibus verbis Cyprianus in Pontificem, tanquam in ſchiſmaticum, inuehitur: ea tu (quâ conſcientiâ ipſe videris) tanquam pro Pontificis vnione dicta obijcis: Cyprianus quantus fuit nôſti:* [n] Cyprianus ſemper eſt habitus in numero Catholicorum. [o] Martyrio poſtea coronatus. [p] Nec retractatio eius vnquam inuenitur. *Qui tamen certò credidit ſchiſma impium nullo poſſe Martyrij igne expiari.* [q] Etſi quis occiſus (*inquit*) propter nomen Chriſti, poſtmodum fuerit extra Eccleſiam conſtitutus, & ab vnitate & charitate diuiſus coronari in morte non poterit. *Non poteſtne igitur Pontificis primatum ex Cypriano aſſerere, niſi velitis etiam Cypriano Martyrij ſui coronam detrahere: neque profectò rectè a vobis definitur Eccleſiæ vnio, ſi Sanctus Cyprianus de Eccleſia vnus fuit.*

[g] *Valent. Ieſ. ſupra cap. 1. lit. f.*
[h] *Lindanus ſupra.*
[i] *Caſſander lib. Conſult. art. 7.*
[k] *Idem ibid.*
[l] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. ante præf.*
[m] *Cyprianus Epiſt. ad Pompeium.*
[n] *Bell. ſupr.*
[o] *Caſſander quo ſupra.*
[p] *Bell. quo ſupra.*
[q] *Cypr. lib. 4. Epiſt. 2. pag. 114.*

Caput. IIII.

5. *Augustinum, & Totam Ecclesiam Africanam.*

Aduersarius. [a] Etiam [*] Augustinus: Me (*inquit*) tenet in Ecclesia, in sede Petri, cui Christus oues suas commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum. [b] Rursus aduersus Donatistas. Venite fratres (*inquit*) si vultis vt interamini vite, numerate Sacerdotes ab ipsa sede Petri; ipsa est Petra, quam non vincent superbæ Inferorum portæ. *His Augustini testimonijs ex Augustini verbis sæpe fuit ab alijs responsum: nunc ex Augustini factis Consequentiam vestram diluemus. Aduocatus.* [c] Erat Conc. Carthaginense Ann. Dom. 419. in causa Apiarij Presbyteri. [d] Huic Concilio Augustinus interfuit. [e] Sub quo Episcopo hæc causa Apiarij incidit, qui Episcopus Apiarius Concilij Africani decreto Episcopatu suo Siccensi dejectus, ad Episcopum Romanæ sedis appellat; Pontifex eum absoluendum & restituendum suæ Ecclesiæ judicat, quod factum suum (*vt Pontifex fingebat*) Canone Concil. Nicæni nitebatur: Africani ad Patriarchales sedes Alexandrinam, Constantinopolitanam, Antiochenam nuncios destinant, qui exemplaria ex illarum armarijs Africam deferant, sed in quibus NON ERAT CANON ille de appellando ad Romanum Pontificem comprehensus. [f] Itius Concilij Africani seu Carthaginensis ducenti tres tribus Papis Sozimo, Bonifacio, Cœlestino restiterunt, Canonem Nicæni Cõcilij ab ipsis Pontificibus, in defensionem primatus sui, FALSVM esse deprehendunt. Cõcludunt tandem nemini licere ad Romanum Pontificem prouocare; nisi fortè (inquiunt) credat quispiam VNI cuilibet posse Deum examinis inspirare justitiam, & innumerabilibus in Concilio congregatis denegare. *Hæc etiam causa vnionis vestræ ingulum petit. An igitur*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 8.*
[*] *Contra Epist. Iuuad. cap. 4.*
[b] *Bell. abid. cap. 10.*
[*] *In Psal. contra partem Donati.*
[c] *Possidius Ies. in Apparatu sacro Tit.* Carthag.
[d] *Cocterus Ies. Enchirid. tract. de Sacra Scriptura.*
[e] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 89.*
[f] *Liber Conciliorum de actis Conc. Africani.*

igitur tot Orthodoxorum Epiſcoporum decretum tam graue conſtanſque licebit admittere? Aduerſarius. [g] Non tenemur credere quicquid iſti Epiſcopi ſtatuerint. *Quamobrem verò?* [h] Quia erant ex ignorantia decepti. *Quatenus, obſecro, decepti?* [i] Diabolico ſpiritu inſtigati fuerunt, omneſque illi anteceſſores Eulalij priuilegia Romanæ ſedis conabantur infringere. *Quamdiu tandem à Romana ſede vi excommunicationis diſtracti permanſerint?* [k] Cum Deus poſt ANNOS circiter CENTVM Africanæ Eccleſiæ benignus miſereri conſtituiſſet, & Eulalium donauit Archiepiſcopum, qui pœnitentiæ libellum Eccleſiæ Romanæ Epiſcopo Bonifacio. 2. ſolenni ex more conſcriptum offert, vt videre eſt ex Bonifacij 2. Epiſtola ad Eulalium Theſſalonicenſem Epiſcopum. [l] Poſtquam Afri per centum annos in ſchiſmate perſeuerâſſent, tandem excitauit Deus Eulalium qui eam Eccleſiam domum reduxit. *Hæc fortè non eſt genuina epiſtola Bonifacij Aduerſarius.* [m] Reſpondeo valdè mihi epiſtolas eas Bonifacij eſſe ſuſpectas. *Aduocatus.* [n] Cæterum hanc eſſe genuinam Bonifacij epiſtolam & minimè ſuppoſititiam, ſatis ſuperque arguit, quod ante annos 500. talis indubitatò credebatur, ex qua Gratianus capitulum citat non exiguum: & Antonius Florentinus, veterum rerum ſtudioſus perueſtigator, nobis atteſtatur, hanc rem longè veriſsimam: quam qui confictam rideat, quid, quæſo, relinquet nobis ſaluum ex omni antiquitatis hiſtoria, quo res in Eccleſiæ negotijs geſtas noſtri ſeculi Academicis probent, atque corroborent? *Hoc dato, quid erit indè Conſectarium?* [o] Sequitur falſum eſſe, quod dicimus de conjunctione Auguſtini, Eugenij, Fulgentij, & aliorum Africanorū cum Romana Eccleſia. *Si igitur Concilium Africanum conſulimus, Pontifices veſtrius appellationis non diuino conſilio, ſed humano, ſed nè humano quidem, nec fide antiquitatis, ſed ambitionis fraude arripuerunt: ſin vobis credimus, B. Auguſtinus, Fulgentius, alique celeberrimi Concilij iſtius ſanctiſſimi Patres vniuerſi (in illo Schiſmate mortui) nec tunc ſancti, nec nunc beati haberi*

[g] *Bell. lib. 4. de Conc. cap. 7.*
[h] *Idem lib. 2. de Rom. Pont. cap. 25. § Alterum.*
[i] *Epiſtola Decretalis Bonifacij 2. ad Eulalium.*
[k] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 89.*
[l] *Epiſtola ipſa Bonifacij.*
[m] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 25. §. Sed contra.*
[n] *Lindanus Panopl. lib. 4. cap. 89. ad finem capitis.*
[o] *Bell. quo ſupra. Auguſtinus noſter eſt. Dilemma.*

[p] Turrianus Ieſ. contra Sodaelem. pag. 256.

poſſint; etenim non iſti, inquitis. [p] Sed Succeſſores eorum peccatum illud correxerunt.

6. *Hieronymum.*

[q] Bell. lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 10. & lib. 2. de Rom. Pont. cap. 16. etiam in lib. de Concilijs.

[r] Hieron. epiſt. ad Damaſum.

Aduerſarius. [q] Etiam [r] Hieronymus ad Damaſum Pontificem: A te Paſtore (inquit) præſidium ouis peto, ego Cathedræ Petri communione conſocior; ſuper illam Petram ædificatam Eccleſiam ſcio, Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſto; Si quis in archa Noë non fuerit, peribit regnante diluuio: & de nomine hypoſtaſeos ad eundem Damaſum: Tu, inquit, ſi juſſeris me dicere tres hypoſtaſes eſſe, dicam. *Primùm poſteriori in duobus ſatisfactum: vnum eſt, Hieronymum non de dogmatis alicuius ſenſu vero, ſed de vocabuli vnius vſu idoneo dubitâſſe.*

[s] Melchior Canus loc. Theol. lib. 12. cap. 8. ad Arg. 3.

Aduocatus. [s] Ab Arianis trium hypoſtaſeon (inquit [r] Hieronymus) NOVELIVM à me nomen exigitur: interrogamus quid per tres hypoſtaſes intelligant; Tres ſubſiſtentes perſonas, aiunt: reſpondemus nos ita credere: non ſufficit ſenſus: NOMEN ipſum efflagitant, EGO QVIA, &c. Ex quibus verbis intelligimus Hieronymum nihil ſibi in recta & ſana intelligentia à c imine hæreſeos timuiſſe, ſed VOCIS venenum formidâſſe.

[t] Greg. Valent. Ieſ. lib. 1. de Trinit. cap. 7. idem quoq; Ribera Ieſ. Comm. in Heb. 1.

Quomodo? [t] Nomen HYPOSTASIS, eò quod non pro perſona, ſed pro eſſentia ſoleret vſurpari; atque adeo periculoſum eſſet dicere, tres eſſe in Diuinitate hypoſtaſeis, præterea IN ea VOCE aliquid veneni latere putauit Hieronymus; NEC tamen omninò RECVSAVIT DICERE tres hypoſtaſeis, imò vt ita liceret LOQVI à Damaſo poſtulauit. *Cum in hac voce ea inuoluta eſſet ambiguitas vtrum ea & ab Orthodoxis ſenſu verus, & falſus ab Hæreticis ſen ſus poſſet. nihil mouenti affert ad priuatum Pontificis ſubſcriptionem, ſi vir Sanctus iuſſu Damaſi eo nomine vti voluit, quod forſan ſine ullo periculo, certe quidem ſine vllo vſu impio poterant. Alterum eſt, cum in aſſertione hac cauſæ eum Damaſus Pontifex Hieronymi ipſius*

sius iudicio exactissimo nitebatur. 1. In alijs. Aduocatus.
[t] Ante annos plurimos, inquit [*] Hieronymus, cum in causis Ecclesiasticis IVVAREM DAMASVM Romanæ vrbis Episcopum, & Orientis atque Occidentis Synodicis Consultationibus responderem. *Deinde etiam in hac ipsa causa.* [u] HIERONYMVS Damasum Papam consuluit, IMO DAMASO CONSVLVIT, vocem hypostasis non esse recipiendam, quia sub melle venenum latebat. *Ita vt, si* Damasum consuluisse *Damasi iudicium infallibile innuit, tum* Consuluisse Damaso *eius iudicij imbecillitatem pariter euincat. iam ad testimonium primum reuertor, & Patronum Hieronymum appello.* [*] Si autoritas quæratur, ORBIS maior est VRBE, vbicunque Episcopus est, siuè Romæ, siuè Tanais, siuè Eugubini, eiusdem est meriti, eiusdem Sacerdotij: quid mihi profers *(significat Romanam)* VRBIS consuetudinem? quid mihi obijcis paucitatem, de qua ortum est supercilium? *Hoc testimonium Pontificiorum iudicium torsit maximè, causam Pontificiam planè iugulat: nam cum Pontificij vrbis, seu Ecclesiæ Romanæ autoritatem ostentant, Hieronymus maiorem* Orbis *opponit: Illi Iurisdictionem supremam vendicant, ille in hoc* arrogantiam *&* supercilium *taxat: Illi denique super Episcopos autoritatem, Ille inter Episcopos æqualitatem asserit. quod ne quis a me fingi potius, quam ab Aduersarijs nostris affirmari arbitretur. Aduocatus.* [a] Hieronymus ÆQVALITATEM docuit. *Itaque non minus cuiuis liberum esse debet a Pontificibus hæreticis, & nimis imperiosis dominis dissentire, quam cum Orthodoxis conentire necessarium.*

[t] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 16.*
[*] *In Epist. ad Agentiam.*
[u] *Episc. Esspensæus in fine Com. in 2. Tim. 4.*
Dilemma.
[*] *Hieron.*
Hieronymus noster est.
[a] *Medina lib. 1. Orig. cap. 5.*

7. *Ambrosium.*

Aduersarius. [t] Etiam [*] Ambrosius, In omnibus cupio, *inquit*, sequi Romanam Ecclesiam. *quid omnino in omnibus? Aduocatus.* [b] Cum Consuetudo Romanæ Ecclesiæ de non lauando pedes recèns Baptizatorum Ambrosio obijceretur, respondit, [*] Sed TAMEN, *(inquit)* Nos homines sensum

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 16.*
[*] *Lib. 3. de Sacr.*
[b] *Bell. quo iam supra.*
[*] *Ambrosius in Ioh. 13. 10.*

Ambroſius noſter eſt.

ſum habemus, id quod Alibi rectivs ſeruatur, & Nos recte cuſtodimus. *Si Eccleſiam Romanam, tunc Sanctam & Orthodoxam Ambroſius non vt dominam, ſed vt ſociam veneraba tur, & liberè ab ea diſcederet, quoties illam a veritate deflectere putabat, tantum igitur inter hodiernam, atque antiquam Romanam Iuriſdictionem, quantum inter libertatem auream, & ferream tyrannidem intereſſe videatur.*

8. *Græcam Eccleſiam.*

[c] *Cenſores Pontificij in Indice Expurg. p. 190. Tota antiqua Græcia noſtra.*

[d] *Maldonatus Ieſ. Comm. in Matth. 16.*

[e] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 12.*

Aduerſarius. [c] Romanos accepimus, & eorum Pontifices maximè longo tempore cum Græcis in Chriſtianæ religionis articulis concertâſſe. hæc verba Laonici Delcantur. *Sed & reſtituantur oportet: Aduocatus.* [d] Græci Epiſcopi maxime Semper Romano Pontifici hanc poteſtatem inuiderunt. [e] A Romana Eccleſia Iamdiv eſt quod receſsit Græcia. Nec nunc patitur noſtrum Pontificem apud ſe autoritatem aliquam exercere. *A Theſi iam ad Hypotheſin tranſeamus.*

Caput. V.

Hypotheſis prima de Eccleſia Romana. Probandum eſt vnionem cum Epiſcopo Romano non eſſe Eccleſiæ Romanæ notam. Quod ratione & Exemplo confirmatur.

[a] *Bell. ſupra.*

[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14.*

[c] *Stapletonus infra.*

[d] *Canus, Alphonſus, Gerſon, Adrianus Papa, & alij teſtes complures ſupra.*

Aduocatus. [a] Nota debet eſſe notior re quam notat. *At de Capite Eccleſiæ Romanæ certum eſt, quod* [b] Erant ſimul tres Papæ, Nec quis erat legitimus Constabat. [c] Schiſma circa Pōtifices per centum annos Eccleſiam Romanam vexabat. *Ergo hac nota ſatisfit ignotius. Ratio ſecunda, ſi ex Capite emergit aliquod Corporis indicium, cum* [d] Multi Pontifices olim Hæretici fuerunt; *Sequitur ex hac vnione Eccleſiam Romanam, vt Catholicam, ita interdum etiam Hæreticam eſſe demonſtrari. Quod ad exempla attinet.*

Sunt

Sunt nobis in promptu quam plurima Romanæ Eccleſiæ membra nobiliſſima, quæ ab iſto Capite ſe, conſcientiæ cauſa, ſeparârunt. Aduerſarius. [a] Eccleſia Romana particularis errare in fide non poſſit. *Eſto. at Aduocatus.* [b] Otho primus Imperator pius Pontificem Iohannem 12. depoſuit. nec mirum, cum præſertim MVLTI doctiores ita ſenſerint. [c] Suadente CLERO ROMANO. [d] Imò per CONCILIVM ROMANVM erat depoſitus. [e] ROMANVS CLERVS, abrogata Liberij Pontificia dignitate, ſe contulit ad Felicem. [f] Anaſtaſium Pontificem ROMANA ECCLESIA repudiabat. [g] Leoni. 8. CLERVS POPVLVSQVE ROMANVS pontificarum abrogabant. [h] Gregorium 7. SYNODVS Moguntina, SYNODVS Brixienſis, SYNODVS Woormatenſis exautorabant. [i] Iohannem 23. SYNODVS Conſtantienſis è Pontificatu, Eugenium SYNODVS Baſilienſis eiecit. *Denique* [k] Imperator dat Liberio poteſtatem reuertendi Romam, & vnà cum Fœlice ſedem Apoſtolicam adminiſtrandi: apud Romanos exiſtimatus eſt Liberius, ob manifeſtam excommunicationem ſuam, cum hæreticis à communione Catholicorum prorſus extorris, & ex eo ipſo neceſſariò videbatur excluſus à communione Catholica, atque ob id etiam à Pontificatus communione penitùs alienus. Hinc magna Romæ turbatio facta eſt, & maxima perſequutio in eos, qui Liberij reſtitutioni reſtiterunt, maximè in Clero, ita vt inter Eccleſiam Presbyteri, & Clerici plures necarentur, & MARTYRIO coronarentur. *Ex his facile erit hunc nodum conſtringere, quem vos nec digitis nec dentibus poſſitis vnquam diſſoluere. Multi pij Imperatores Romani, multa Concilia, ſæpe etiam Clerus populuſque Romanus Pontifices multos vt rebelles & Hæreticos depoſuerunt. Ergo aut vnio cum quouis Pontifice Romano Eccleſiæ Catholicæ nota non eſt, aut Eccleſia Romana multotiès non erat Catholica.*

[a] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 4. in princ.*
[b] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29.*
[c] *Eccleſia Romana antiqua, in hac parte, planè noſtra.*
[d] *Platina in vita Iohannis.*
[e] *Franciſcus de victoria.*
[f] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 4.*
[g] *Alphonſus de Caſtro. Tit. Pontifex.*
[h] *Platina in vita Leonis.*
[i] *Anthonius.*
[k] *Aeneas Sylvius de geſt. Conc. Baſil.*
[l] *Baronius Ieſ. Cardinalis Annal. Tom. 3. ad Ann. Dom. 357. pag. 713. Dilemma.*

Hypotheſis ſecunda in qua video à Pontificijs notam Schiſmatis Proteſtantibus eſſe inuſtam, quam multiplici Reſponſo facile poſſimus exculpere. Primum, Fieri poteſt vt Excommunicatus à Pontifice veram vnionem cum Chriſto colat atque conſeruet.

Aduerſarius. [p] Proteſtantes à Romano Pontifice excommunicantur. *Si tamen iniuſtè. Aduocatus.* [q] Aduerte ſententiam excommunicationis injuſtam nullam, nec quoad Deum, nec quoad Eccleſiam ligare. *Rectè. Nam verè Excommunicatum (ſicut martyrem) non pœna, ſed cauſa facit.* [r] Qui illicitè alium excommunicat, SEIPSVM, non alium, condemnat. *Aduerſarius.* [s] At non eſt quod Proteſtantes dicant ſe cum Chriſto capite, adeóque cum Eccleſia triumphante communicare, nam Chriſtus eſt Caput per internum influxum, Papa vero per exteriorem; nec quis Chriſto ſubeſt, qui non ſubeſt Pontifici. *Eſt hoc ingeniòſum, ſed & inſidiòſum figmentum, ab vtriuſque Teſtamenti autoritate diſertè reiectum. 1. Veteris.* * Ioh. 9. [Cæcum, quem Ieſus curabat, EIICIEBANT foras.] [t] Eum EXCOMMVNICANT, & à Synagoga, & conſortio Iudæorum, qui TVNC FIDELES habebantur, ſeparant; at FOELIX Cæcus, qui pro nomine Chriſti ABSQVE SYNAGOGIS factus eſt: maluit eijci è Synagoga, quam à Chriſti Confeſsione recedere. [u] Phariſæi omnes credentes in Chriſtum Seductos, & HAERETICOS iudicabant. [x] Chriſtus autem cum dixit, [EGO SVM OSTIVM] docet Phariſæos potius EXTRA VERAM SYNAGOGAM & Eccleſiam fuiſſe. *Ergo Pontifices iniuſtè excommunicando ipſe excommunicantur. 2. Superius deliramentum ex nouo Teſtamento refellitur.* [y] In * Ioh. 9. [Et cognoſcent me (inquit Chriſtus) oues meæ.] Oues quidem Chriſti cognoſcere Chriſtum, hæc nota eſt vnius illius Paſtoris. NEMO enim hominum, etiam eorum qui boni Paſtores ſunt, HOC HABET; fieri enim poteſt vt Oues

[p] *B. II lib. 4. de Notis Eccleſ.*
[q] *Tolletus Inſt. l. 1 de Inſtruct. Sacerd. cap. 10.*
[r] *Rubric. C. 24. qu. 3. cap.* Comperimus.
[s] *Bell. lib. 3. de Eccl. Milit. cap. 5. vbi in obiectione miſerè implicatur.* §. Ad Confirmationem.
[t] *Tolletus Inſt. Comm. in* * *Ioh. 9.*
[u] *Idem Comm. in Ioh. 10. Annot. 1.*
[x] *Ibid. annot. 8.*
[y] *Tolletus Inſt. Comm. in* * *Ioh. 9.*

Oues NON COGNOSCANT eos, non enim neceſſarium eſt ad ſalutem HVNC aut ILLVM cognoſcere; CHRISTVM AVTEM cognoſcere eſt neceſſarium. *Quo teſtimonio Ieſuitæ, & Cardinalis te Bellarmine Ieſuitam & Cardinalem in duobus diſertè refutauit. Tu vnionem cum hoc aut illo Pontifice notam hominis Catholici propriam facis; Ille,* Nemo, vel bonus Paſtor hoc habet: *tu,* neceſſarium eſſe ad ſalutem eum vt externum Caput agnoſcere, vt Chriſti capitis quis particeps eſſe queat. *Ille,* NON eſt NECESSARIVM HVNC aut ILLVM *externum* Paſtorem cognoſcere, agnoſcere autem Chriſtum eſt neceſſarium. *Quamquam addit.* [2] Etſi quis non hunc Pontificem, tamen ejus Succeſſorem aliquem agnoſcere tenetur. *Inſcitè omninò, quia prædeceſſoris Pontificis, & Succeſſoris, præſertim apud Pontificios, eadem eſt ratio.*

[2] *Idem ibid.*

2. *Reſponſum. Licebit etiam vobis (quoties cauſa fert) Capiti veſtro reſiſtere.*

Aduocatus. [a] Licet reſiſtere Papæ inuadenti corpus, vel (*audiant hoc Principes Papo-maſtiges, & de hoc ius ſuum ſibi gratulentur*) turbanti remp. ita multò magis ſi Eccleſiam deſtruere conetur: licet (inquam) reſiſtere ei, NON faciendo quod jubet, & VOLVNTATEM ejus IMPEDIENDO. *Viden' (Bellarmine) quantum tu capiti veſtro plagam inflixeris? corporalem Papæ tyrannidem licet nobis excutere, Spiritualem non licebit?* [b] Imo neceſſarium eſt, vt docet Hieronymus, cum loquitur de Prælato fatuo, Sal, inquit, infatuatus nulli vſui inſeruit, niſi vt mittatur foras. *Huc etiam exempla ſuperioria faciunt, vt Irenæi.* [c] Qui Victorem Pontificem Romanum, tanquam pacis Chriſtianæ PERTVRBATOREM liberè objurgabat.

[a] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29. §. Reſpondeo negando.*

[b] *Concil. Baſil. Patres vt refert Aeneas Syluius de geſt. eius Conc.*

[c] *Agrippa ſupra cap. 2.*

3. *Responsum. Protestantes in hoc cum Pontifice dissidio, non intulisse schisma, sed pertulisse videri.*

[a] *Tolletus Iesuita supra ca. 1. lit. g.* [c] *Cassander lib. consult art 7.*

Aduersarius. [a] Schisma est rebellis separatio à Romano Pontifice. *Aduocatus.* [c] Etiamsi Protestantes secluſi ab Ecclesia viderentur, & in aliquo per tempus errore versarentur, NON putarem tamen AB INTERNA illa, quam animo & voluntate colerent, alienos esse habendos. non negarem multos initio pio studio ad acriorem reprehensionem quorundam manifestorum abusuum impulsos fuisse, & præcipuam CAVSAM huius calamitatis, & distractionis Ecclesiæ ILLIS ASSIGNANDAM, qui, inani quodam FASTV Ecclesiasticæ potestatis inflati, rectè & modestè admonentes, superbè & superstitiosè contempserunt, & repulerunt. quare nullam Ecclesiæ firmam pacem sperandam puto, nisi ab ijs, initium fiat, QVI distractionis CAVSAM DEDERVNT, hoc est, vtij. QVI Ecclesiasticæ gubernationi PRAESVNT, de nimio illo rigore aliquid remittant, & Ecclesiæ pacis aliquid concedant, & multorum piorum votis, ac monitis obsequentes, manifestos abusus ad regulam diuinarum literarum, & veteris Ecclesiæ, à qua defluxerunt, corrigant. NEQVE VNQVAM, credo, CONTROVERSIA apud nos DE VNITATE externa EXTITISSET, NISI PONTIFICES ROMANI hac autoritate, ad dominationis quandam speciem, ABVSI fuissent, eamque EXTRA FINES à Christo & Ecclesia veteri præscriptos ambitionis & cupiditatis causâ extulissent. *Ex quo discere quis possit, aliud esse pati Schisma, aliud verò facere, & hoc* [a] *Donatistis, ac Pontificibus, illud Protestantibus conuenire.*

Ibidem.

[a] *Supra.*

CAPVT.

CAPVT. VI.

4. *Responsum. Pontifex ipse in Concilio generali nefandi Schismatis reus esse conuincitur.*

A*Duersarius.* [a] Respondeo, Basiliense Concilium initio quidem fuisse legitimum, nam Legatus Pontificis aderat, at, quo tempore Eugenium Papam deposuit, non fuit Concilium, sed conciliabulum Schismaticum. *Huius Concilij autoritatem à schismatis, sententiam quoque ab hæresis suspicione facilè vindicabimus. illud, quia Aduocatus.* [b] Conc. Basil. quàm celebre fuit, quàm sanctum, quàm in Iesu Christo congregatum, qui ignorat, totius Academiæ Parisiensis nunquam satis laudatæ, CONTRA LEONEM decimum, appellationem legat, is procul dubio sentiet, quanti illud fecerint doctissimi illius Vniuersitatis viri: vel si etiam legeris Iuliani Cardinalis LEGATI Pontificis literas ad Eugenium quartum. *Alterum verò, quia* [c] Concilium Basiliense Ecclesiam liberabat à pestifera doctrina, quæ statuebat (*quod statutum Iesuitæ omnes hodiè gnauitèr affectant*) Papam esse supra Concilium, aut Concilio parem. *At verò* [d] Necesse est, vt Pontifex Concilio subijciatur: In Hieronymi sententia, tanquam in agro fertilissimo versor, vbi dicit, Autoritas Orbis maior est vrbe: magna Papæ autoritas, qui Romanæ præest Ecclesiæ; maior est autoritas vniuersalis Ecclesiæ. quæ si Mater est omnium, filium habet Romanum Pontificem; aliâs verò, vt ait Augustinus, non habet Deum Patrem, qui non habet Ecclesiam Matrem. *Quinetiam.* [e] Concilium Constantiense solenni decreto declarauit, omnes homines cuiuscunque conditionis, ETIAMSI PAPATVS existerent, statutis, & ordinationibus Concilij generalis OBEDIRE teneri. *Horum duorum Conciliorum hæc vna fuit, ex vnanimi omnium consensu profecta, sententia:* Pontifex, nisi subijciatur autoritati

[a] *Bell lib. 3. de Eccl. Milit. ca. 16. §. Ad sextum.*

[b] *Othunius Graius in epist. quæ affigitur volumini de fasciculo rerum expetendarum.*

[c] *Gerson. tract. de potest. Eccles.*

[d] *Aeneas Syl. lib 1. de gest. Conc. Basil. fol. 5.*

[e] *Ibid. lib. 2. cap. 17.*

toritati Concilij, non eſt filius *Matris Eccleſiæ: at* [f] Nos *(inquis)* defendimus, Summum Pontificem ſimpliciter & abſolutè Esse Svpra Eccleſiam vniuerſam, & ſupra Concilium generale; ita vt nullum in terris ſupra ſe Iudicem agnoſcat. *Vos itaque Pontificem Patrem talem Eccleſiæ præficiendo, veram Matrem, Eccleſiam ipſam, iamdiù non deſeruiſtis modo, ſed & prædiſtis: ita vt illa fictitij Capitis veſtri vnio nobis neceſſariò derelinquenda ſit, vt Chriſti Corporis myſtici communionem veram participare poſſimus, cum præſertim* [g] Papa poſsit eſſe hæreticus, & tum vnuſquiſq; Laicus tenetur Se ab illo ſeparare, & per ipſam ſeparationē illi dicit Anathema. *Sic pro Concordia Cardinalis veſter contendit, cuius ſententiæ etiam veſter Pontifex iam olim patrocinatus eſt.* [h] Pontificem vt Pontificem hæreticum eſſe poſſe, tenent Alphonſus de Caſtro. &c. Etiam Adrianus ſextus Papa tenuit. [i] Qui hoc dicunt pugnant reuera cum primatu Pontificis. *hæc etiam ſica** Beſtiæ *ipſius Papiſmi penitus infixa inhæreſcit: nam cum hic ſit iam fidei Pontificiæ articulus ferè primarius, ac peculiaris,* Pontificem *(quamuis eſſe poſſit)* non poſſe eſſe Hæreticum, *veſtra cum Capite vnio eſt profectò quouis Schiſmate peſtilentior. Ex quo ſequitur*

[f] *Bell. lib. 2. Rom. cap. 17. in Princip.*

[g] *Card. Cuſanus lib. 2. de Concord. Cath. cap. 17.*

[h] *Bell. lib 4 de Rom. Pont. cap. 2. §. Secunda opinio.*

[i] *Greg Valent. Analyſ. lib. 8. cap. 7.*

* *Apoc. 3.*

Reſponſum vltimum. Leuiorem excommunicationem Pontificij inferunt, in grauiorem incurrunt; qui alios nominatim excommunicantes, ipſi re excommunicati ſunt.

[j] *Gal. 1.*

[k] *Aquinas, & Caietanus in hunc locum.*

*Aduocatus.** [Si vel nos vel Angelus de cœlo prædicauerit vobis, præter id quod accepiſtis, Anathema eſto.] [k] Anathema, id eſt, Excommunicatus. Doctrinæ Euangelicæ autoritas habet, vt quicunque Doctor contra eam pugnet, reijciendus ſit: at par, inquies, habet autoritatem in parem, non in ſuperiorem; Reſpondebit Apoſtolus, ipſum Euangelium Chriſti hanc autoritatem diuinam habere. *Iam verò Proteſtantes in omni controuerſia veſtrum*

Praeter

PRAETER ID *ex Scripturis oppugnant. cum itaque verbo autoritatis excommunicatis, ipſi autoritate verbi excommunicati eſtis.*

Concluſio.

Multæ Orthodoxæ Eccleſiæ, multorum Martyrum conſignatæ ſanguine, Carthaginenſis, & centum annos *poſt, tota* Africana, *etiam ſeculis multis* vniuerſa Græca, *nec non ipſa* Romana ſæpè *per Pontificũ* Victoris, Stephani, Bonifacij, Liberij, Eugenij *Excommuniones, ab ipſorum Pontificum externa communione ſeparatæ, an propterea ab interna Chriſti communione exciderunt? Multi etiam ſanctiſſimi Patres*, Athanaſius, Auguſtinus, Cyprianus, *cum alijs Martyribus nobiliſſimis multis* Polycarpo, Polycrate, Clero, Populoque Romano *in diſſidio cum Pontificibus maximo mortui ſunt: an proinde tot ſacratiſſima Chriſti membra, vt corporis, ita animæ vitam perdiderunt? hoc Chriſtiana pietas non vult, veritas non poſſit credere. Apagite igitur vos cum iſthoc Capite veſtro, cuius vnionis Communionem, dum ſolam neceſſariam facitis, proditis ferè vniuerſorum. Hactenus de Capitis vnione.*

CAPVT. VII.

Notæ ſeptimæ pars ſecunda eſt, vnio membrorum inter ſe: *quæ quantum momenti habeat, ad deſignandam Eccleſiam, deſpiciamus.*

ADuerſarius.[1] Veniamus nunc ad Conſenſionem membrorum inter ſe. Certum eſt Concordiam eſſe ſignum regni Chriſti, diſcordiam Diaboli, quod in ſeipſum diuiſum tandem deſolabitur. Math. 12.

[1] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §. Veniamus.*

Hæc

Hæc examinanti vnio duplex occurrit, prima eſt moralis & actionum; altera intellectualis & opinionum Concordia.

1. *De Actuali.*

Hæc nec cauſam Catholicam magnoperè illuſtrat, & Romanam prorſus dedecorat. Primum, quia Aduocatus. [b] PAGANI colentes multos Deos diuerſos, imò litigantes, atque inter ſe inuicem hoſtili odio ardeſcentes, tenent tamen in ijs colendis QVALEM-CVNQVE VNITATEM, cum paritèr eant ad eorum templa dijs ipſis iratis IPSI CONCORDES ſunt. [c] In omnibus gentibus major eſt nunc Concordia, quam inter nos Chriſtianos. *Alterum quoad Romanam Concordiam, facilè eluceſcet, ſiuè ſpectamus diſſidia membrorum Eccleſiæ Romanæ cum Capite, ſiuè etiam ipſorum Capitum inter ſe. Primum. Aduocatus.* SCHISMA in Eccleſia Romana de Pontificum ſucceſsione ANNOS ferè QVADRAGINTA durabat, & omnium ſchiſmatum, quæ in Eccleſia Romana fuerunt, non plus confecit, quam ANNOS CENTVM VIGINTI QVATVOR. *Alterum quoque patet.* [d] Schiſma ambiguum orbem Chriſtianum grauitèr concuſsit, quandò alter Pontifex Romæ, alter Auennione creatur; vterque magno Cardinalium, Epiſcoporum, Sacerdotum, Principum ac populorum aſſenſione Pontificatu defungeretur: nam cum tres ſimul Pontifices inaugurati eſſent, Iohannes 23. Gregorius. 12. Benedictus. 13. tum quidem graui SCHISMATE eſt Eccleſia Chriſti dilacerata, & in partes diſſecta. *Denique.* [e] Tanta ſeditio in creando nouo Pontifice orta eſt, vt biennio ſedes vacaret. *Quid multa?* [f] Non ignoratis quas tragœdias in Eccleſia Imperatores excitârũt, &, quaſi hæc partua fuiſſent, addidit Satan Romanos Pontifices contra Pontifices commouere. *Patres veſtros prætereamus: etiam*

[b] *Gloſianus lib. de Schiſmate in Epiſt. nuncup. ex Auguſtini ſermone de Ieiunio.*

[c] *Iohannes Petrus poſtill. de cæna Domini Serm. 3.*

[d] *Stapletonus lib. 14 de doctrin. Princ. cap. 15.*

[e] *Gloſianus de Schiſmate. pag. 181.*

[f] *Platina de vita Clement. 4.*

[f] *Bell. in præf. in Contro. de Rom. Pont.*

etiam (*nam*- - Fratrum quoque gratia rara). [k] Eſt ampla nobis & frequens domus pluſquam ducentis fratribus; ſed, ex ducentis, pereo, ſi reperio duos. [l] In Math. 14. [Ecce hic Chriſtus.] His verbis excluditur Schiſma Hæreticorum, ſed idem nobis quoque cauendum eſt, qui nobis Orthodoxi videmur: audimus Monachos paſſim clamantes ſingulos de cellis ſuis, Ecce Chriſtus hic eſt. Apud alios non eſt. *Ad Extraneos tranſeo.* [m] In India diſſidia, acerbæque contentiones inter Epiſcopos, & Regulares ſunt, cum Indorum certè magno malo. *Ad Ieſuitas accedo.* [n] Incredibilis, vera tamen, fuit tragœdia inter Vniuerſitatem Pariſienſem, & Patres ſocietatis Ieſu, hos illa è Gallia expulſit. *Domum reuertar.* [o] In Wisbycenſi Diœceſi oritur in Anglia tumultus inter Ieſuitas, & Sacerdotes. *Hæc diſcordia nota adeo notabilem Eccleſiam veſtram reddidit, vt neceſſe habeat Ieſuita de actuali Concordia minimè laborare.* [p] Non agitur de actuali vnitate, nam omnes Sectarij inter ſe vnitatem hanc colunt.

[k] *Thom. Morus in Epiſt. ad Eraſmum in Epigramm.*
[l] *Eraſmus annot. in* [*] *Math.* 14.
[m] *Acoſta Ieſ. lib.* 5. *de procur. Ind. ſal. cap.* 16.
[n] *Gallo-Belgicus tom.* 2. *lib.* 10.
[o] *Declaratio motuum & turbationum aduerſus Ieſ. ad Clementem* 8 *Pontificem.*
[p] *Greg. Valent. Ieſuita Analyſ. lib.* 6. *cap.* 9.

De Conſenſu in Dogmatibus.
1. *quoad Theſin.*

Aduerſarius. [q] Conſenſus in doctrinâ eſt nota Eccleſiæ. *Si doctrinam veram intelligis, tranſis in caſtra Proteſtantium. Nam. Aduocatus.* [r] Proteſtantes notam Eccleſiæ præcipuam eſſe ſtatuunt DOCTRINAE VERITATEM. *Sin conſenſum in qualibet doctrina velis, veteris Chriſtianiſmi patrocinium prodis, vt nouum Antichriſtianiſmũ aſtruas, quia. Aduocatus.* [s] Tradit Iſidorus, ante Conſtantini magni tempora, Eccleſiam Chriſti in diuerſas ſectas fuiſſe diuiſam. [t] Corinthiorum & Galatarum, ad quas ſcribebat Paulus, veræ erant Eccleſiæ, & tamen in Corinthiaca reprehenduntur, qui docebant non futuram eſſe reſurrectionem: & inter Galatas, qui docuerunt ſeruandam eſſe legem Moſis cum Euangelio. *Fuit hæc ſolennis Paganorum hominum excuſatio, nè ad Chriſtianiſmum adducerentur, vt eſt apud*

[q] *Bell. lib.* 4. *de Eccleſ. Milit. cap.* 6.
[r] *Bell. ibid. ca.* 2.
[s] *Bell. lib.* 1. *de Conc. cap* 10.
[t] *Idem lib.* 4. *de Eccleſ. Milit. cap.* 2. §. Tertiò verz.

Chryſoſtomum, Multa inter Chriſtianos Schiſmata. *De hoc* * *infra. Hec de Chriſtianiſmi iactura: reſtat vt de Antichriſtianiſmi ſtructura aliquid attexam.* [f] In Apoc. 13. [Et admirata eſt tota terra Beſtiam, & adorauerunt eam OMNES, qui inhabitant terram.] Significat Apoſtolus INFINITAM MVLTITVDINEM eorum, qui Antichriſto ADHAEREBVNT.

* *Infra.*

[f] *Ribera Ieſ. Comm. in hunc locum.*

CAPVT. VIII.

Ad Hypotheſin deueniamus. 1. *quantum hæc conſenſus nota pro Pontificys.* 2. *Quantum aduerſus Proteſtantes faciat. Pontificiorum vnio ex ipſorum Pontificum diſcordia manifeſtè diſſoluitur.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §. Iam ex hac.*

[b] *Eraſmus annot. in 1. Cor. 7.*

* *Decret. 4. Tit.* De Diuortijs.

[a] *Decret. diſt. 31 cap.* Ante triennium.

Aduerſarius. [a] Omnia Pontificum decreta etiam in OMNIBVS dogmatibus, inter ſe conueniunt, licet edita ſint à diuerſis hominibus, diuerſis temporibus: quod eſt apertum ſignum vnius & ejuſdem Spiritus Sancti, hanc Eccleſiam gubernantis. *Ridiculum commentum. Nam. Aduocatus.* [b] Vt taceam Formoſum, nonnè Papa Iohannes 22. & Nicolaus decretis toti inter ſe pugnant, idque in his, quæ videntur ad fidei negotium pertinere? Innocentius 3. & Cœleſtinus prorſus pugnantia de matrimonio definiuerunt: quorum * hic alteri parti ius facit iterandi Matrimonium, ſi pars altera fuerit in hæreſin prolapſa: Innocentius autem negat, non diſſimulans quendam Prædeceſſorem ſuum aliter ſtatuiſſe, indicans Cœleſtinum, vt Gloſſema aperit. Pelagius Papa conſtituerat, * vt Subdiaconi ab vxoribus ſuis abſtinerent, quas ante ordinationem legitimè duxerant: Id Decretum, veluti iniquum, & Euangelio pugnans, abrogat Gregorius primus. *Huius generis multa adduci poſſint, ſed non ſunt huius negoty. ad reliqua pergamus.*

Secunda

Secunda Hypotheſis. in quares cum re, cauſa cum cauſa concertat. dum enim rem, id eſt, Conſenſionem ipſam inquirimus, Proteſtantes conſtantiùs, quam Pontificij ſua dogmata defendunt. Dum inſuper cauſam Conſenſionis intuemur, cautiùs atque prudentiùs.

Quoadrem.

Aduerſarius. [a] Proteſtantes ſe Hydram oſtendunt, nec vnius ſunt labij, vt Prophetæ verbis vtar. [d] Diſcipuli Lutheri de rebus grauiſsimis inter ſe vehementèr pugnant, in dogmatibus INNVMERIS: Non igitur Proteſtantium cœtus eſt vera Eccleſia, quia non vna. [e] At verò Catholici omnes vbiuis terrarum, ſub vno Pontifice Romano, cui OMNES parent, eandem fidem conſtantèr retinent, IDEM dicunt, IDEM ſentiunt, IDEM credunt PER OMNIA, & nè in MINIMÒ quidem Religionis negotio diſcrepant. [f] Eundem ducem ſequuntur OMNES per OMNIA, non præſentes modò, ſed Anteceſſores quoque totis mille quingentis annis. [g] OMNES in OMNIBVS fidei dogmatibus IDEM ſentiunt, & hæc eſt nota Eccleſiæ: ex qua patet Romanam Eccleſiam eſſe Catholicam. [h] Et illam Columbam vnam. Cant. 6. *Benè habet. Proteſtantes, ceu multiceps* Hydra, *in dogmatibus innumeris diſſentiunt: Papiſtæ verò veluti* vna Columba *ſint*, OMNES IN OMNIBVS fidei quæſtionibus per OMNIA OMNIN Ò *conſpirant? digna hæc cauſa eſt, in qua vires noſtras periclitemur, vt ex Confeſſione veſtra Proteſtantium Conſenſio vnanimis, veſtra verò diſcors concordia appareat.*

[a] *Canisius Ioſ. præf. in libro Vegæ de* Iuſtificatione.
[d] *Coſterus Ioſ. Encherid. tract. de Eccleſia* §. Diſcipuli.
[e] *Ibid.* §. At verò.
[f] *Ibid.* §. In Spiritualia.
[g] *Bell. quo ſupra* §. Denique iam.
[h] *Coſterus Ioſ. quo ſupra.*

Caput. IX.

Ea Dogmata duntaxat attingemus quæ versantur circa Fidei
1. *Principium,*
2. *Subiectum,*
3. *Obiectum,*
4. *Admictum,*

In principio fidei. 1. integritatem. 2. sufficientiam, & vsum publicum requirimus. Integritatem ex vero Canone Scripturarum, & earum pura editione dijudicamus.

1. *Duocatus.* [a] Omnes Protestantes sex illos libros, quos Apochryphos vocant, vt Tobiæ, Iudith &c. negant pro Scripturis Canonicis esse habendos. *Quoad editionem.* [b] Inter se Mirifice Consentiunt, negantes vulgatum latinam translationem habendam esse pro Authentica. [c] Igitur Omnes omnia ad textum Græcum & Hebræum examinari volunt. *Quoad sufficientiam.* [d] Docent Omnes omnia ad salutem necessaria in Scripturis expresse contineri. *Quoad vsum publicum.* [e] Omnes in eo conueniunt, quod oportet sacras Scripturas in linguis vernaculis omnibus legendas tradi. *Et vt ad examus, si non principium, attamen principem fidei vestræ,* [f] Clamant Omnes Romanum Pontificem, vt Pontificem in hæresin esse prolapsum. *Quid Protestantes senserint, quantumque consenserint, ostendisti: quid verò vos de his singulis statuatis, dicito.* [g] Nos Contra. *qui vos: obsecro, & quatenus? numquid* Omnes, omninò, in omnibus? 1. *quoad Canonem.* [h] Catholici multi libros eos (*vt Protestantes*) Apochryphos esse censuerunt. *Quoad Editionem.* [i] Existimo latinam nostram vulgatam esse in hoc loco (*sic Protestantes*) ex Græcis esse corrigendam. [k] Est vulgata multis vitijs conspurcata. [l] Ridiculum est hoc quorundam respondium: vulgatam latinam Authenticam esse, nec esse ex Hebræis & Græcis corrigendam.

[a] *Bell. lib. 1. de Verb. Dei. cap. 10. in prine.*
[b] *Ibi. lib. 2. de verb. Dei ca. 10.*
[c] *Ibid. cap 2.*
[d] *Ibid. li. 4 ca. 3.*
[e] *Ibid. li. 1 c. 15.*
[f] *Bell. præfat. de Rom. Pontifice.*
[g] *Bell. in locis supra citatis.*
[h] *Testibus Peterio Iesuita præf. in lib. 16. Comm. in Dan. pag. 742. Bell. lib 1. de verbo Dei. cap. 10. Canus loc. Theol. lib. 2. cap. 10.*
[i] *Mariana Iesuita Comm. in Math. 8. 5.*
[k] *Caietanus.*
[l] *Franciscus Luca præf. in Annot. in Bibl.*

rigendam. *De hiis accuratiùs ſuo loco. quod ad ſufficientiam.* [m] Non inficiamur præcipua illa fidei dogmata ad ſalutem omnibus neceſſaria *(purum putum dogma Proteſtantium)* perſpicuè ſatis comprehendi in Scripturis. *De hoc quoque fuſiùs in loco proprio. quod ad vſum publicum.* [n] Aliqui *(Pontificij)* exiſtimant Scripturas difficiliores eſſe quam vt deberent Laicorum manibus conteri. ſed alitèr viſum eſt *(vt & Proteſtantibus)* Patribus veteris & noui Teſtamenti. *quod ad Principem veſtrum.* [o] Papam, vt Papam, hæreticum eſſe poſſe *(in hoc planè Proteſtantes)* Doctores Pariſienſes tenuerunt, nec-non Pontifex Adrianus Sextus.

[m] *Coſterus Ieſ. Enchirid. cap. 1.*

[n] *Epiſcopus Eſpenſæus Comm. in Tit. cap. 2. & 2. Tim. 3.*

[o] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 2.*

2. *Subiectum fidei.*

[p] Docent Proteſtantes, omnes homines, excepto ſolo Chriſto, cum Originali peccato conceptos eſſe: nec B. Mariam excipiunt. *ſi illi, vos verò quid?* [q] Fateor Scholaſticos in hac quæſtione grauiſsimis concertationibus in diuerſas partes fuiſſe diſtractos: quæ quæſtio eſt de dogmatibus quæ ad fidem pertinent, ſed non ſunt dogmata fidei. *Quaſi verò non ſit fidei dogma, quod Spiritus Sanctus omnibus credendum propinauit.* Rom. 5. [Quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in OMNES homines MORS pertranſijt, in quo OMNES PECCAVERVNT.] *Id eſt, Cuicunque naturaliter contigit ex morte corruptio, ei prius obfuit ex peccato conceptio: proinde B. Mariæ exitus mors naturalis, ſatis prodit ortum eius originale peccatum, vt patres vniuerſi docent.*

[p] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 6.*

[q] *Idem ibid.*

3. *Obiectum Fidei.* { *Proteſtantes extra nos iuſtitiam & meritum Chriſti;* / *Pontificij verò Iuſtitiam, ex gratia inhærente, noſtram ſtatuunt.*

Aduocatus. [r] Proteſtantes inter ſe CONVENIVNT, eum dicunt nulla re alia iuſtificationem apprehendi, quam

[r] *Bell. lib. 1. de Iuſtif. cap. 12.*

sola fide. [f] Nimirum quatenus fides apprehendit miſericordiam, quæ nobis imputatur propter meritum Chriſti. *Quid vos?* [t] Negamus nos eſſe ſic imputatiuè iuſtos. *quid autem veſtri?* [u] Catholici aliqui ([x] Docti & pij viri) tenebant, nullum alium eſſe Iuſtitiæ conſeruandæ modum, quàm ſi iuſtitia Chriſti nobis imputetur. *De gratia inhærente.* [y] Nos in gratia conſtituti meremur æternam vitam de Condigno. [z] Vel minima opera bona in homine iuſto merentur gloriam æternam: Proteſtantes contra. *Et, iuxtà cum Proteſtantibus,* [a] CATHOLICI MVLTI meritum omne negarunt. *Hic quoque in quæſtione fidei, imò etiam de ipſa fide, Proteſtantes ὁμοψυχοι Pontificij verò διψυχοι deprehenduntur.*

[f] *Vega lib. 15. de Iuſtif. ca. 21. pag. 160.*
[t] *Bell. lib. 2. de Iuſtif. cap. 2.*
[u] *Stapl. lib. 7. de Iuſtif. cap. 9.*
[x] *Vega lib. 15. Iuſtif. cap. 20. pag. 712.*
[y] *Bell. lib. 5. de Iuſtif. cap. 10.*
[z] *Vaſquez Ieſ. tom. 1. in Thõ. diſp. 86. cap. 4.*
[a] *Vega opuſc. de meritis qu. 5. & qu. 4.*

4. *Adiunctum Fidei.*

Aduocatus. 1. [b] Negant Proteſtantes ferè OMNES, Confirmationem eſſe vniuocè Sacramentum. *Vox illa,* fere *quorſum faciat non video, niſi fortè innuere velis, id affirmari ab aliquibus Proteſtantibus, quod omnes negant.* 2. [c] Omnes negant Extremam vnctionem, & Matrimonium eſſe ſacramenta proprie dicta. 3. [d] Docent OMNES characterem ſacramentalem (quem nos effectum eſſe quorundam ſacramentorum defendimus) nulla Scriptura aut ratione probari. 4. [e] VEHEMENTER ijs OMNIBVS placet hic articulus, Euchariſtiam eſſe ſub vtràque ſpecie Laicis communicandam. 5. [f] Laborant totis viribus TVM Lutherani, TVM Caluiniſtæ, vt realem *(intelligunt corporalem)* in Euchariſtia Chriſti præſentiam tollant. *Quid ad hæc viri Pontificij?* [g] Nos Catholici contra. *Scio, ſed parùm Catholicè, quia in iſtis nec Orthodoxum ſenſum, nec inter vos vniuerſalem conſenſum tenetis: De ſenſu locis propriis, Deo adiuuante, dicemus. nunc de conſenſu veſtro ex veſtra Confeſſione expediemus. ad* 1. *&* 2. [h] Catholici alij negant Matrimonium, Confirmationem, alij Extremam vnctionem eſſe vniuoce ſacramentum. *ad.* 3. [i] Sacramenta imprimere aliquem

[b] *Bell. lib. de Confirm. cap. 1.*
[c] *Idem lib. 1. de Vnct. Extr. & lib. 1. de Matrim. cap. 1.*
[d] *Idem lib. 5. de Sacr. in Gen. cap. 2.*
[e] *Idem lib. 5. de Euchar. cap. 20.*
[f] *Idem in præf. in Controu. de Eccleſ. Triumph.*
[g] *Bell. in locis ſupr. allegatis.*
[h] *Valent. Ieſ. lib. de num. Sacram. cap. 3. & cap. 7. de his etiam nos ſupra lib. 1. cap 77.*
[i] *Caietanus de hac Quæſtione & Scotus diſt. 6. q. 9. nec multùm ab his diſſentit Durandus in 4. d. 4 q. 1.*

characterem in anima, ex ſacris Scripturis non habetur, ſed ex Eccleſiæ autoritate, & NON multum ANTIQVA. *ad* 4. [k] Nonnulli optimi Catholici antiquam Domini conſuetudinem vehementer deſiderant. *ad.* 5. [l] Tranſubſtantiationem dogma nouum eſſe, ſenſit Scotus vir doctiſsimus. *Hanc Helenam veſtram qui contemplari velit, Deus bone, quantum Contradictionum labyrinthum, quantum paradoxorũ barathrũ cernet: ex quibus iſtius dogmatis aſſertores nunquam ſe expedire, aut explicare poſſint! denig.* [m] Lutherani & Caluiniſtæ in Euchariſtia abſque aqua vino vtuntur, contrarium dicunt eſſe figmentum humanum. [n] Si roges an ſit aqua vino miſcenda ex præcepto Chriſti, aut ex Eccleſiæ inſtitutione, QVIDAM noſtrum opinantur PRIMVM: SED alij probabilius ſecundum. *Multa alia dogmata occurrunt, quæ etſi de fide non eſſent, huiuſmodi ſunt tamen, qua, ſi vera ſunt, nemo ſine fide debet: ſin falſa, nemo niſi contra fidem, poſſit publicè profiteri. huius generis nonnullis tantùm digitum intendam.* 1 [o] Proteſtantes concordi ſententia tradunt, peccatum Originali eſſe hæreditariam prauitatem, quæ omnes damnationis reos conſtituit. *Sed vt vos iam mordeat, in hoc, veſtra diſſenſio.* Refutandæ ſunt duæ CATHOLICORVM ſententiæ circa peccatum Originis; quarum altera conuenit ex parte cum ſententia LVTHERANORVM. 2. [q] Docent OMNES Lutherani, & Caluiniſtæ nullum eſſe peccatum veniale ex ſua natura. *Sic illi. vos verò.* NOS Catholici contra, SI EXCIPIAS Iohannem Gerſonem, Almarium, & Epiſcopum Roffenſem. 3. [r] Etſi Proteſtantes alij vſum Imaginum publicum admittant, tamen cultum earum OMNES auerſantur. 4. [s] Satisfactionis noſtræ meritum ad redimenda peccata ab ijs OMNIBVS negatur. 5. [t] COMMVNIS eſt eorum ſententia, Concupiſcentiam ſuâ naturâ eſſe peccatum in renatis. [u] COMMVNITER docent Infantes ſine baptiſmo mortuos poſſe ſaluari. 6. [x] Voto Continentiæ ordinibus annexo repugnant OMNES. 7. [y] OMNES in vitam Monaſticam VNO ORE inuehuntur. 8. [z] Inuocationem Defunctorum OMNES reprehendunt.

[k] *Caſſander, & Cuſanus. vide ſupra lib. 1. cap 78.*
[l] *Bell. vide ſupra lib. 1. cap. 78.*
[m] *Bell. lib. 4. de Euchariſt. c. 10.*
[n] *Azorius Ieſ. Inſt. Moral. lib. 10. cap. 30. §. Altera Quæſtio.*
[o] *Valent. Ieſ. lib. de Orig. Pec. in prin.*
[q] *Idem ibid.*
[r] *Bell. lib. 1. de Amiſſ. Grat. cap. 8. & 5.*
[s] *Idem in præf. de Eccleſ. Triumph.*
[t] *Vaſquez Ieſ. Tom. 4. diſp. 7. qu. 14. punct. 2.*
[u] *Bell. quo ſupra lib. 5. cap. 5.*
[x] *Bell. lib. de Baptiſ.*
[y] *Idem lib. de Clericis cap. 19.*
[z] *Idem præf. in lib. de Monachis.*
[a] *Idem lib. 1. de Purg. cap. 2.*

dunt. 9. [a] OMNES COMMVNI CONSENSV negant purgatorium, Suffragia, & Indulgentias pro Defunctis. *In istis Articulis, de Protestantibus, præter* Omnes, vniuersi, vnanimiter, vno ore, communi consensu, vehementer, mirificeque conueniunt *(vel vobis testibus) nihil audio: in quibus tamen* * *singulis, vt in omnibus Cōtrouersiis, isthoc* Est, & non est *(quod Dominus Iesus suis* * *interdixit) nihil profecto est in vobis frequentius. Rem ipsam, id est, admirabilem Protestantium harmoniam, Pontificiorúmque inter se* Συσφονίαν *pinguem horridámque ostendimus: quibus adiungi, hæc debet. Aduersarius.* [b] Non ait Pontifex Innocentius 3. Christum alijs verbis consecrasse, quàm his, [Hoc est corpus meum.] vt Hæreticus Gummarus mentitur. *Falleris. Aduocatus.* [c] Docet nunc Ecclesia Christum in his verbis consecrâsse, [Hoc est, &c.] at Innocentius 3. putabat Christum SINE VLLIS verbis consecrâsse. *Alter Iesuita Gummaro protestanti mendacij crimen impingit, alter retundit.*

[a] *Idem lib. 4. de* Pœnit. *cap. 4.*
* *3. 4. 5. & reliquas dissensiones Pontificias liber superior exposuit.*
* *Math. 5.*
[b] *Costerus Ies. Apolog. part. 3. cap. 6. §.* Christum consecrâsse.
[c] *Azorius Ies. Inst. lib. 2. cap. 9. §* Prima præceptio.

Iam Causam vnionis dogmaticæ exploremus.

1. Inter Pontificios.

Aduersarius. [d] Catholici omnes non possunt alitér sentire, cum omnes subijciunt sensum suum sensui vnius & ejusdem Pontificis. Respondeo. *Primò (vt hoc verum esse concedamus) si hoc vnionis vestræ caput aliquo hæreseos crimine capitali laborauerit: nihil aliud pariet hæc opinio consensus, nisi consensum erroris. Secundò falsum est quod prætexitis, & Iudicrum vestrum cōmentum. quia.* [e] Decreta Pontificū inter se pugnant maxime: *Tum quia.* [f] Multi Pontifices hæretici fuerunt: *Tum etiam quia in omni fere Cōtrouersia vos estis in opiniones varias, dissentientes diuulsi atque distracti. Causam vnionis Orthodoxæ expromite. Aduocatus.* [g] Protestantes solam Scripturam Controuersiarum omnium Iudicem agnoscunt, cui opiniones suas subijciant. [h] Antiqua Ecclesia hanc vnam fidei regulam agnoscebat, Scripturam sacram.

[d] *Bell lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 10 §.* Denique.
[e] *Supra cap. 8.*
[f] *Supra cap. 8.*
[g] *Bell Controu. de Interpret. Script.*
[h] *Stapulens. supra lib. 1.*

Fidei,

Fidei, inquam, non (vt vos) perſonæ. [h] Perſona omnis iudicanda eſt ex fide. *Etenim ad vnius perſonæ iudicium omnium opiniones ſuſpendi, vnam quidem regulam ſignificat, ſed* [i] Palliatam tyrannidem: *Quæ non pax exiſtimanda eſt, ſed pactio miſerrimæ ſeruitutis. ſi igitur.* [k] Non minùs mirum eſt varias ſcholas, inter ſe diſcrepantes, in vnam eandemque ſententiam concurriſſe; quam ſeptuaginta Interpretes, diuerſis (vt ferunt) cellulis incluſos, in vnam eandemque interpretationem conueniſſe. *Tum profectò multò magis, Proteſtantes qui non vnius perſonæ, ſed ſolius Scripturæ regulam, tam diſjunctis inter ſe Regionibus, animis tam conſentientibus amplexati; non admirationem modo vnitatis, ſed & imitationem meruiſſe videantur.*

[h] *Rhenanus ſupra lib. 1.*
[i] *Eraſmus annot. in 1. Cor. 12.*
[k] *Melchior Canus locis Theol. lib. 8. cap. 4.*

CAPVT. X.

Nè quis fortè Patrum ſuffragia in hac parte deſideret, huc prouocemus: vt conſtet nec diſſenſionem falſæ, nec Conſenſum omnem veræ Eccleſiæ notam certam Chriſtianis antiquitùs præbuiſſe.

QVid enim ſi fortè diſſidia Eccleſiam afflixerint? * Hoc aduerſus nos adducunt IVDAEI, dicentes, non oportere credere propter diſſenſiones hæreſeon; retardatur veritas, dum alij alia docent, ad quod dicimus, quòd apud vos Iudæos, & illos Græcos plurimæ fuerunt hæreſes, NEC TAMEN dubitarunt alij Philoſophicæ ſe tradere diſciplinæ. Oportere eſſe hæreſes prædictum eſt à Domino, & fieri non poteſt, vt non fiat, quod prædictum eſt eſſe futurum. huius cauſa eſt, quod quicquid eſt pulchrum ſequitur MOMVS. *An igitur Eccleſia ipſa vera, propter graſſantes hæreſes, prorſus repudianda eſt? non magis quam ob lolium ager.* * Si appoſitus eſt fructus verus & maturus, alius fructus ex cera quam-maximè ſimilis; NON propter ſimilitudinem ABSTINENDVM eſt ab vtraque: &

* *Clemens Alexandrinus ſtrom. lib. 7. fol. 155.*
* *Idem ibid.*

RE quomodo,

quomodo, ſi VNA eſt VIA REGIA, & aliæ multæ, ex quibus quædam etiam ferunt in præcipitum, aliæ in fluuium, aut in mare profundum, NON dubitabit quiſquam in viam ingredi OB DISSENSIONEM, ſed quærit REGIAM: ita NON EST PROPTER DISSENSIONES A VERITATE DISCEDENDVM, ſed exactiùs & diligentiùs inquirendum. *Quamuis diſſidia & ſchiſmata Eccleſiam falſam non deſignant, attamen pace & vnitate veram Eccleſiam demonſtrari, iure quis forſan ſuſpicetur: minimè, niſi qui & Antichriſtianam ipſam veram, & Catholicam aliquam, etiam Romanam, falſam eſſe conceſſerit.* 1. * SPECIOSVM nomen pacis, & pulchra opinio vnitatis (*iam enim Auxentius Arianus de Arianorum vnitate gloriabatur*) Sed quis ſolum ambigat EAM SOLVM ECCLESIAE, ET EVANGELIORVM VNITAM PACEM ESSE, quæ Chriſti eſt? *Paulo poſt.* Antichriſti Miniſtri de IMPIETATIS SVAE vnitate ſe jactare ſolent. 2. * Imperator Arianus ſic EPISCOPVM ROMANVM (*tum verè Catholicum*) *alloquitur.* Quis tu es, qui ORBIS TERRARVM PACEM DISSOLVIS? *Quæ fuit igitur Arianorum contra Eccleſiam Romanam, eadem nunc eſt Romanorum contra Orthodoxam de vnitate oſtentatio. At veram tandem vnitatem Chriſtianam noſcere velitis?* * Pietatis vnitas eſt rectè credere, vnitas Impietatis malè credere. *At enim ſæpe Orthodoxi, cum fidei cauſa ab Eccleſia ſeparantur, nihil aliud quam Schiſmatici, Hæretici, pacis vniuerſæ nequiſſimi deſertores, & perfidiſſimi proditores audiunt. quid tum poſtea?* * Melius eſt diſſidium, pietatis causâ ortum, quam vitioſa concordia. *Sanè, ſiue hominem quemlibet, ſiue quamlibet Eccleſiam ſpectemus. Hominem.* * Si quis eum ſectatur, qui ſe à veritate abſciderit, non hæreditabit regnum Dei: & qui non abſcedit à mendace Concionatore, in Gehennam condemnabitur. *Quid ergo?* * Chriſtus eſt SOLVS, quem nemo deſerere debet. *Sin Eccleſiam cogitemus.* * Non ille de Eccleſia exit, qui corporaliter exit, ſed qui ſpiritualiter veritatis Eccleſiaſticæ fundamenta relinquit: Nos enim

* *Hilarius lib. contra Auxentium.*

* *Theodorus lib. 2. hiſt. c. 16.*

* *Ambroſius li. de Spir. & Litera.*

* *Greg. Nazianzenus Orat. 1. De pace.*

* *Ignatius ad Philadelphum Epiſt. 6.*

* *Ambroſ. comm. in Luc. 6. c. 9.*

* *Chryſoſt. in Matth. Hom. 46.*

enim ab illis (*Arianis*) eximus corpore, illi à nobis FIDE. *Deniq;* *FIDES IMPRIMIS Ecclesiæ quærenda mãdatur: in qua si Christus habitator sit, procul-dubio elegenda est, si verò populus perfidus, aut susceptor hæreticus deformet habitaculũ, synagoga fugienda censetur: si-qua est ECCLESIA, QVAE FIDEM RESPVIT, DESERENDA EST. *Vera vnionis regulã veram, & tanquam in maximis dissensionum procellis, & fluctibus sacram anchorã inquirimus?* * Gentilis mihi dicit, vellem fieri Christianus, sed tot sunt inter vos pugnæ, vt, cui adhæream, nesciam: quilibet dicit, Ego verum dico, cui credam nescio: hoc multùm pro nobis, nam omnes SCRIPTVRAS SVSCEPIMVS, quæ cum sint simplices & apertæ, FACILE TIBI erit judicare; Si quis illis consentiat, verus est Christianus, sin contra pugnat, procul est ab hoc canone. *Germanum Protestantium omnium asylum. Summa omnium hæc erit: Veritas vnionis censenda non est, vbi non obtinet vnio veritatis: Causas nostræ à vobis seperationis iustas liber superior docuit, & hic secundus in nota subsequente confirmat.*

* *Ambros. comm. in Luc. 6. cap. 9.*

* *Chrysost. hom. 33. in Act. A post.*

CAPVT. XI.

DE NOTA 8. *tum quoad* { *Thesin,* / *Hypothesin.*

[a] NOTA 8. EST SANCTITAS DOCTRINAE: vera enim Ecclesia est Sancta, vt est in Symbolo. Sancta autem ea est, quæ nihil continet falsum, quoad doctrinam fidei; nihil iniustum, quoad doctrinam morum. vnde appellatur, * Lex Domini, Lex immaculata, testimonium fidele. *Thesis hæc (si tibi credimus) non per omnia constans est satis, neque enim est proprie nota Ecclesiæ veræ quæ est ei cum falsa cõmunis. Aduoc.* [b] Potest esse DOCTRINA PVRA ab omni errore IN FALSA ECCLESIA: nam sunt Schismatici puri, qui non errant in fide, sed deficiunt in charitate. *Sic domus malè materiata sua mole concidit. Nos verò, concessa Thesi, Hypotheses vtrasque expendemus.*

[a] *Bell. lib. 4. de Ecclesia Milit. cap. 11. in princ.*

* *Psal. 18.*

[b] *Bell. ibid. cap. 2. §. Sed dices.*

Hypotheſis 1. in qua Calumnia triplex Proteſtantibus impingitur.

Prima.

1. *Aduerſarius.* [c] Sectarij noſtri temporis docent hominem iuſtificari ſola fide ſpeciali, quâ quiſque certò credit, ſe propter Chriſtum coram Deo eſſe iuſtum: quod cum quolibet paradoxo comparari poteſt: [d] Nos tantum certitudinem coniecturalem defendimus. *Infallibilem certitudinem remiſſionis peccatorum oppugnas? enimuerò Aduocatus.* [e] ALIQVI CATHOLICI docent quidem eam certitudinem, quæ nullam habeat de ſua ſalute formidinem. [f] Certitudinem eam docent, cui ſubeſſe falſum non poſſit. [g] Quidam Catholicus tanto affectu fidem coniecturalem oppugnabat, vt eam Lutherana opinione deteſtabiliorem diceret: quia, inquit, cum Lutherani multum FIDEI tribuant, HAEC OPINIO DEROGAT. [h] Guillandus certitudinem gratiæ defendit prorſus vt Lutherani. [i] Et talem certitudinem conſequentem fidem, MVLTI CATHOLICI ante Decretum Concilij Trident. PROBABILEM eſſe cenſebant, & eam compluribus argumentis ſuadere conabantur. *Etiam poſt Conc. Tridentinum.* [k] Catharinus inter Theologos huius temporis minimè incelebris, [l] Docuit certitudinem fidei, qua certò ſtatuunt ſibi peccata eſſe remiſſa. [m] Vniuerſi Patres hanc certitudinem conteſtantur. *Vides hoc tam inſigne Proteſtantium paradoxon, ſcilicet, non carere inſignium Autorum Pontificiorum patrocinio, veſtram autem coniecturalem certitudinem, vel potius planè Incertitudinem, cum in veteri Theologia paradoxon tum etiam totius ſpei Chriſtianæ quaſi Charybdim immaniſſimam eſſe veſtrorum doctorum argumentis ſolidiſſimis facile euincerem, niſi huic cauſæ locum proprium & peculiarem deſtinaſſem. Tu pergis.*

[c] *Bell. ibid. §. Sectarij.*

[d] *Bell. lib. 3. de Iuſtif. cap. 1. & 2. Certitudo Iuſtificationis.*

[e] *Idem. lib. 3. de Iuſtif. cap. 2.*

[f] *Pererius Ieſ. comm. in Rom. 8. num. 27.*

[g] *Vega lib. 3. de Incert. Grat. cap. 46.*

[h] *Ibid. cap. 36.*

[i] *Ibid. cap. 7.*

[k] *Pererius Ieſ. comm. in Rom. 8. num 27.*

[l] *Vega lib 9. de Iuſtif. cap 46.*

[m] *Idem Catharinus teſte Bell. lib. 3. de Iuſtif.*

Secunda.

Secunda.

Aduerſarius. [a] Lutherani habent quaſi proprium errorem, quod Infantes dum baptizantur, vtantur ratione, audiant verbum Dei, credant, diligant, quod in Synodo Wittenbergenſi anno 1536. publice definiuerunt, quod tamen repugnat veritati, nam apertè repugnant humanis ſenſibus (inquit [b] Auguſtinus) qui hoc dicunt, quomodo enim credibile eſt Infantes qui plorant, reluctantur, dum abluuntur, intelligere quid agatur? [c] Lutheranorum illud acumen eſt quod omnem ſenſum, & rationem excedit. [d] Durum. *Lutherum audiui aliàs Infantibus nonnullam vim fidei tribuere. ſed promiſſiones Euangelicas ab ijs audiri, mihi (& etiam vobis credo) hactenus inauditum. Aduocatus.* [e] Anno Domini 1536. Conuenerant Lutherani ad Concilium Wittenbergenſe, in quo hoc pronunciatum habetur: licet (inquiunt) NON ſit imaginandum, quod Infantes intelligant, tamen motus eorum ad credendum, & diligendum Deum SIMILES ſunt motibus fidei, & dilectionis, hanc mitigationem ſententiæ Lutheri ſequi videntur communiter Lutherani. *Bellarminum Bellarmino committamus.* Lutherani *(inquit)* in Concilio Wittenbergenſi definiuerunt, quod Infantes, dum baptizantur, audiant & intelligant verbum Dei: *Qui tamen* In Conc. Wittenbergenſi definiuerunt NON imaginandum eſſe, quod Infantes intelligant. *Verum adeſte, quaſo, boni viri, qui in ſacramento Fidei iudicium ſenſuum depoſcitis: ſubeat vobis in mentem illud portentoſum paradoxon veſtrum.* [f] Poſt Conſecrationem panis tranſmutatur in ſubſtantiam corporis Chriſti, vinum etiam in ſubſtantiam ſanguinis. *Senſus Aduocatos adhibeamus: olfactum, guſtum, viſum, tactum: ſinguli vnanimi conſenſu panem & vinum remanere iurant, & conteſtantur. verene? faceſſat igitur figmentum veſtrũ omnium ſenſuum conſenſu exploſum: an falsò? falsò: inquitis, omninò. ſenſu itaque caretis, dum in cauſa ſimili ſenſuum iudicium vendicatis.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. c. 11. §. Lutherani habent. Infantium baptizatorum facultas.*

[b] *Epiſt. 57. ad Dardanum.*

[c] *Armandus Ieſ. in Epiſt. ad Camierum.*

[d] *Campianus Ieſ. Rat. 8.*

[e] *Bell. lib. 1. de Sacram. Baptiſ. cap. 10.*

[f] *Bell. lib. de Euchariſt. Tranſubſtantiatio. Dilemma.*

Præsertim cum quod illi de anima, seu spiritu inuisibili disputant, vos de corpore sensibili affirmatis.

Tertia.

[f] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 11.*

Fatum.

[g] *Tolletus Iesuit. Comm. in Iob. 2. annot. 1.*

[h] *Aquinas li. 1. contra Gentes. cap. 83. & 85.*

Voluntas Dei immutabilis.

[z] *Bell. in quæst. de Repub.*

[y] *Greg. Valent. Iesuit. lib. de Prædest. cap. 8. §. Et præterea. Reprobatio.*

Aduersarius. [f] Caluinistæ habent tanquam propriam sententiam, pietati & rationi repugnantem, quòd omnia absoluta necessitate eueniant, quodque Deus sit autor peccati. *Necessitas absoluta duplex est, vna fatalis, quæ astrorum virtuti tribuitur: altera diuina, quæ Dei voluntati ascribitur. prioris error est Hæreticis Priscilianistis proprius, secundæ verò veritas Caluino cum Catholicis communis est. De priore. Aduocatus.* [g] Vitandus est error Priscilianistarum qui Christum astrorum constellationibus subiectum esse arbitrabantur, omniaque ex fatali necessitate operari putabant: quam cæci sunt isti, qui quod potestatis diuinæ est: secundum quod est Dominus cœlorum, & temporum, & quod prouidentiæ est, qua facere omnia ab æterno decreuit, id ad creaturas referrebant? *Ad alteram venio, voluntati Dei necessariæ illi quidem, sed tamen liberæ euentus omnes tribuendas esse, ratio, & religio docet. Aduocatus.* [h] Deus non necessariò vult quicquid vult, posito autem hoc, quod aliquid velit, Est necessarium, quia voluntas Dei est Immutabilis, & tamen hæc æterna voluntas, quæ est immutabilis, non tollit à rebus volitis cõtingentiam; quia multa contingentia dicuntur propter causarum Proximarum contingentiam, etiamsi causa (Prima) remota fuerit Absoluta. *Huic attexam illud tuum.* [z] Peccatum ex causa proxima, quæ est Hominis voluntas, non ex remota, quæ est decretum Dei, definiendum est. *His positis, & necessitas absoluta necessario concedenda est, & tamen peccati causa propria solùm peccantis naturæ tribuenda. Instatis verò.*

3. *Aduersarius.* [y] Reprobationem certam esse illi non possunt statuere, qui Deum ante peccata hominem reprobare posse asserunt, vel quod in idem recidit, Reprobationis certitudinem explicare Wiclefus, & Caluinus non possunt qui

qui ſine præſcientia peccatorum Deum reprobare hominem aſſerunt. *Quid ni poſſint? Aduocatus.* [a] Deum aliquos reprobare, & excludere à vita æterna non quidem propter eorum præuiſa opera, SED QVIA IPSE VVLT non dare illis vitam æternam, eſt [b] Auguſtini ſententia: Eſt etiam hæc ſententia Thomæ, quam alij quoque complures Theologi conſequuntur. [c] Si Deus hominem in puris naturalibus ſine peccato conſideratum reprobaret, nolens ei dare vitam æternã, non faceret illi iniuriam. *Deinde, quid ſi huius opinionis aſſertores ſe ſatis explicare aut libertatẽ Arbitrij, cum diuinæ prouidentiæ neceſſitate reconciliare nequeant? num Dei veritas aſſerenda nõ erit, nè prodenda ſit mẽtis humanæ infirmitas?* [d] Notabilis eſt Caietani ſententia: Si quis rogaret me, inquit, vt oſtenderem connexionẽ iſtorum inter ſe, equidem reſponderem, ſcire me, quod verum vero non eſt contrarium: ſed neſcire quemadmodũ iſta duo inter ſe ſocientur: ſicut neſcio myſterium Trinitatis, quod tamen credo: & ſicut credo alia fidei myſteria, ita & credo & hæc myſteria Prædeſtinationis, & reprobationis. Hactenus Caietanus: ſit quaſi clauſula, huius diſputationis, hoc Caietani adnotamentum. *Sit quoque clauſula noſtra in hac cauſa reſponſionis, quam* [e] *ſupra attigimus, & ſuo loco copioſè perſequemur. Dogmata igitur tria ſunt omnia in quibus quoties Proteſtantibus impietatem obijcis, toties Lectori imponis.*

[a] *Pererius Ioſ. comm in Rom. 9. num. 31.*
[b] *Lib. 1. Quæſt. ad Simplicianum qu. 2.*
[c] *Pererius quo ſupra num. 60.*
[d] *Idem ibid. num. 79.*
Vbi optima ſolutio eſt, credo.
[e] *Supra vide lib. 1. cap. 35.*

CAPVT. XII.

Secunda Hypotheſis.

ADuerſarius. [a] At Eccleſia noſtra Romana nihil falſum, nihil turpe docet, nihil contra rationem, multa ſupra rationem; ergo ſola abſolutè ſancta eſt: eique conuenit quod in Symbolo dicimus: CREDO SANCTAM ECCLESIAM. *Vtinam verò hæc tua defenſio (ex animo precor) non pleniſſima oſtentationis, veritatis inaniſſima verè videatur. Nuſquam ferè in Scriptis veſtris veſtigium impono, quin*

[a] *Bell. lib. de Eccleſ. Milit. cap. 11. §. At Eccleſia.*

quin ſtatim (quod veſtra Africa alit) aliquid monſtri prodeat, tam omninò deforme, vt Autori pudorem, Lectori horrorem incutiat. Tu, ad * *ſuperiora Paradoxa, Lector, facilius reſpicere poſſis, quam ego illa repetere: noua quædam, ſat ſcio, in hoc loco expectas; accipe, ſed quædam, nam immenſum eſſet, quæ hùc pertinent, omnia proſequi.*

* In lib. 1.

Paradoxa alia extra legem Decalogi, alia ex præceptis legis conſiderantur. prioris generis.

Primum.

Aduerſarius. [b] Gentiles poterant, ſeruatâ lege naturæ, omnium confeſsione ſalui eſſe. Lex autem naturæ ſatis illis erat ab ipſa natura prædicata. *Communis hæc, ſed impia, & abſurda ſententia. Aduocatus.* [c] Vix ſatis mirari poſsim, quid Præceptoribus quibuſdam Scholaſticis noſtri ſeculi in mentem venerit, vt NVNC quoque temporis, poſt tamdiu reuelatum Chriſtum, SINE CHRISTI notitia ſalutem cuiquam æternam contingere poſſe confirment; indigna Theologo ſententia, quæ (vt liberè, & verè dicam) nihil in ſacris literis, nihil in Sanctis Patribus firmitudinis habeat, tantum humana quadam ſuſpicione introducta, propter infinitam eorum multitudinem, qui in hoc NOVO ORBE tam longa ætate Euangelij luce CARVERE: quibus aditus in cœlum præcludi omnis videtur, ſi ad ſalutem fuerit Chriſti notitia neceſſaria. rigidum eſt, inquiunt, & à Dei (* Qui omnes vult ſaluos fieri) charitate alienum, vt ea exigat, quæ nec ipſe dat, & homines per ſe præſtare non poſſunt. vnde concludunt, SINE FIDE PER NATVRALEM TANTVM COGNITIONEM ISTOS SALVTEM CONSEQVI POSSE. Quorum SENTENTIA, tametſi ipſi Catholici ſint, eſt apertè HAERETICA, vt nihil magis repugnet fidei. quaſi verò fides ab Apoſtolis neceſſaria definiatur ad percipienda ea quæ à * Creatura cognoſci poſsint: & non potius

[b] *Maldonatus Ieſ. comm in Math. 11. 21.*

[c] *Acoſta Ieſ. li. 5. de procurand. Indorum ſalute cap. 3. & 7 oletus Ieſuita.* Hoc (inquit) non eſt Catholicum aſſertum. *com. in Rom. An aliquis extra Chriſtum ſaluus.*

* *2. Tim. 2.*

* *Rom. 1.*

potius ad ea. * Quæ in cor Hominis NON ASCENDERVNT, Nobis vero REVELAVIT Deus per SPIRITVM. reuocat nos illud, quod * Ad Patrem NEMO venit NISI per CHRISTVM. nulla alia * VIA quà eatur: nullum aliud * OSTIVM quo intretur ad vitam. ac re quidem vera, si potest sine Christi notitia salus esse, aut justitia: ergo * Gratis Christus prædicatur. frustra Apostoli * MITTVNTVR in ORBEM. tam expresse docet hoc Apostolus ad Romanos: * FINIS LEGIS EST CHRISTVS AD SALVTEM OMNI CREDENTI. Non hic agitur vtrum durum hoc & seuerum sit, an benignum & liberale, sed vtrum verum, necne. * Augustinus docet nemini ex ijs, qui ex Gentibus ante tempus Euangelicum seruati sunt, Christi salutem contigisse, absque reuelatione vnius Mediatoris Dei & hominum Iesu Christi. *Attamen.* [d] Dignissimus profecto hodie Latinorum Gymnasiorum Doctor, & quem Colonienses mei Theologi etiam Diuis annumerarunt, librum sub prælo euulgatum edidit, cui titulum facerent, DE SALVTE ARISTOTELIS: in cujus calce concludunt, Aristotelem sic fuisse Christi præcursorem in naturalibus, quemadmodum Iohannes Baptista in gratuitis.

* 1. Cor. 2.
* Ioh. 6.
* Ioh. 14.
* Ioh. 10.
* 1. Cor. 15.
* Matt. 16.
* Rom. 10.
* August. lib. 3. de Ciuit. ca. 47.
[d] Agrippa lib. de Vanit. Scient. cap. 54.

Secundum Paradoxon.

Aduersarius. [e] Obijcitur, si applicatur nobis per opera nostra Christi Satisfactio, vel duæ sunt Satisfactiones simul conjunctæ, vel vna tantum; si duæ, tum his punitur eadem culpa; si vna, vel Christi est, vel nostra, si Christi, tunc nos non satisfacimus, si nostra tum aut Christum excludimus, aut cum Christo honorem diuidimus. Alij respondent, quod sint duæ, vna ab altera pendens: nam etiamsi vna sufficeret, tamen ad majorem Dei gloriam, cui satisfit, & majorem honorem Hominis satisfacientis, PLACVIT CHRITO CONIVNGERE NOSTRAM SATISFACTIONEM SVAE. Homo iustus sub duplici titulo

[e] Bell. lib. 1. de Purgatorio ca. 10. §. Secundus est.

ius habet ad eam gloriam: vno ex meritis Christi sibi communicatis per gratiam, ALTERO EX MERITIS PROPRIIS. Qui modus videtur, mihi non improbabilis. *Qui tamen sano Theologo planè sacrilegus, & execrabilis meritò videatur, vt Controuersia de Merito illustrabit: interim vnus sufficiet. Aduocatus.* [i] Thesaurus Indulgentiarum ex SOLIS meritis Christi constat, NON ex Satisfactionibus Sanctorum, quia meritum Christi est infiniti valoris.

[i] *Durandus in 4.dist.2.q.3.*

Tertium.

Aduersarius. [g] Pontifex Romanus siuè in Concilio, siuè solus sine Consilio aliquid definiat, infallibiliter judicat. *Absurdum, quia. Aduocatus.* [h] Si hoc ita esset, quid opus esset Concilijs? quorsum tot Theologi accersuntur? Quorsum, &c.

[g] *Gretzerus Iesuita in Colloq. Ratisb. Sess 1.*
[h] *Erasmus annot. in 1. Cor. 9.*

Quartum.

[i] Si conferretur ordo etiam ante vsum rationis, ordo teneret, & character imprimeretur. etiam presbyteratum posse conferri Infantibus, nondum rationis vsum habentibus, est communis Doctrina Theologorum, & Canonistarum. Si ad annum discretionis, nimirum septennium, Puer susceperit ordines, & tunc erat voti capax, nec contradixit voto cõtinentiæ, ordo tenet. [k] Nullus alius de numero Christianorum, præter fœminas, diuino iure excluditur à potestate Ecclesiastica siue ordinis, siue Iurisdictionis, non puer, non amens: quia potest peruenire ad eum statum, vt commodè exerceat: nec video cur non puer possit in Episcopum consecrari. *Hæc omnia vestra de Electione (quamuis non de exequutione) pueris, & Infantibus, communis est, inquis; quid refert, dummodo pueriles? Aduocatus.* [l] In Concilijs cautum est, ne quis ad Ministerium NEOPHYTVS ordinetur. [m] A promouendis pueris maximè abstinere debent Ecclesiarum rectores, nam Pueri nesciunt regere

[i] *Tolet. Ies. lib. 1. Instruct. Sacerd. cap. 55.*
[k] *Franciscus de Vict. Relect. 2. Episcopus puer & insanus.*
[l] *Episcopus Espenseus com. in 1. Tim. 4. digress. lib. 2. cap. 12.*
[m] *Salmeron Ies. Tract. 20. in Parab.*

sciplos,

ſeipſos, nedum alios: nec ſatis eſt dicere *(audite Praxin veſtram)* quod eſt nobilis & illuſtris familiæ, quia propter Eccleſiam eſt Miniſter, non propter Miniſtrum Eccleſia.

Quintum.

Aduerſarius. [a] Idiota Catholicus cum pro Tribunali ſeculari ſteterit, de cauſa fidei examinandus, etſi tantum reſponderit ſe eſſe virum Catholicum, & Eccleſiam ipſam, quam profitetur, poſſe fidei rationem reddere, nec quicquam præterea aliud reſponderit, ſatis viri Catholici muneri faciet. *Quam vero hic pecudem (plebem dixiſſem) veſtram nobis proponitis?* [*] Quomodo *(vt Bernardi verbis vtar)* eſt vera ſimplicitas quam ſimplex ignorat veritas? *quod eleganter* [*] *Auguſtinus.* Ignorantia in ijs qui noluerunt, peccatum eſt: in ijs qui non potuerunt, pœna peccati, in vtriſque non eſt iuſta excuſatio, ſed iuſta damnatio. *At. (proh dolor!) Aduocatus.* [c] Repurgatam hodie vnam opto Catecheſin, nam hodie in primis fidei fundamentis inſtituitur, ſed non aliter quam LATINE. Noui equidem generoſum, & veteranum equitem, qui, de Spiritu ſancto, quid crederet, interrogatus, ingenuè confitebatur, quod [*] Epheſij olim, Nunquam ſe, an vllus eſſet Spiritus Sanctus, audiuiſſe: An ſufficit decantata hodiè per Catholicos Carbonarij fides? Is interrogatus, quid crederit; reſpondit, ſe credere quod Eccleſia credit. *Vultum veſtrum in aliorum oculis perluſtrate:* [d] In quibuſdam Neophytorum vicis Chriſtiani. Indigenæ quidam ſunt deſtituti Sacerdotibus, qui nihil aliud norunt, niſi ſe eſſe Chriſtianos.

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in Luc. 12. & 11.*

Ignorantia in Idiotis Pontificijs.

[*] *Bern. de præcepto, & diſp. cap. 17. & 18.*

[*] *Epiſt. ad Sixtum Presbyterum.*

[c] *Claudium Eſpenſæus com. in 2. Tim 3.*

[*] *Act. 19.*

[d] *Xauerius Ieſ. lib. 1. Epiſt.*

Sextum.

In Oratione preces veſtras, non ignotas modò, ſed & ignobiles, meritò auctor amur.

[a] *Bell. lib. 1. de verb. Dei ca. 16.*

[b] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in 1. Cor. 14. pag. 461*

1. *Aduerſarius.* [a] Precibus ignotis Eccleſia vti iure poſſit. *Quæ,* [b] Ad ædificationem non minus ad deuotionem, ſæpe magis valent quam cognitæ. *Etiam.* [c] Conſolationem plurimum,

[c] *Coſterus Ieſ.*

plurimum ad juuant. *Cum tamen. Aduocatus.* [t] Quantum ad fructum deuotionis priuatur is, qui non in speciali intelligit ea quæ orat. *Et* [u] Melius est orare in mente distinctè intelligente ea quæ orat, quam confusè. [x] Quid enim proficit populus non intelligens ea quæ orat? *Preces alias ignobiles vocaui. quia.* [y] Lindanus proponit Episcopi Lugdunensis querelam de missalibus, & Antiphonarijs expurgandis, Antiphonarium, inquit, correximus, amputatis, quæ superflua, falsa, & blasphema videbantur: qui Episcopus nostra (ait Lindanus) si conspiceret Antiphonaria, aut missalia, Deum immortalem, quo ea pingeret nomine? vbi secretæ preces mendis spurcissimis conspurcatæ sunt. sed scelera nostra emendationem non ferunt, Episcoporum vitio. qui cessant. *Quæ scelera tandem?* [z] Hodie cum missæ ipsius Canone, obscœnæ cantiunculæ pares vices habent. *Quanquā hæc scelera pietas videri possint, si cum ipso Idololatriæ stupro comparentur. vtriusque Tabulæ præcepta singula attingamus.*

[t] *Aquinas com. in 1. Cor. 14.*
[u] *Caietanus com. in 1. Cor. 14.*
[x] *Lyranus in eundem locum.*
[y] *Episc. Espensæus comm. in 1. Tim. de digress. 1. pag. 225. ex Lindano lib. 3. opusc. de Interpret. Script. cap. 3.*
[z] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 18. de his quoque Lindanus conqueritur Panopl. lib. 4. cap. 78.*

CAPVT. XIII.

Contra præcepta Decalogi Pontificiorum crassa & prodigiosa dogmata.

1. *In genere.*

A*Duersarius.* [a] Quantum ad intentionem dilectionis NON tenemur sub præcepto Deum plus omnibus diligere: [b] Hoc præceptum diligendi Deum ex tota mente, doctrinale est, non obligatorium. *En hominum stuporem!* Non tenemur sub præcepto, *inquiunt, &* Hoc præceptum; *Si verò est præceptum, tum tenemur sub præcepto. sed ad rem; Aduocatus.* [c] Absit vt primum & maximum præceptum tam hyperbolicè nobis traditum esse putemus. *Secundò de Charitate erga Proximum. Aduersarius.* [d] Pro ijs qui ob-

[a] *Tollet. Ies. lib. 4. de Instruct. Sacerd. cap. 9.*
[b] *Staplet. li. 6. de Iustif. ca. 10. & Valent. Ies. lib. de Votis ca. 3. & Bellar. lib. 3. de Monach. cap 13.*
[c] *Vega li. 11. de Iustif. cap. 16. pag. 378. & lib. 15. cap. 21.*
[d] *Azorius Iesuita lib. 9. Instit. cap. 31. §. Sextò quæritur.*

stinato

ſtinato animo ſunt in malis orandum eſt: at pro Hæreticis & Schiſmaticis non eſt publicè orandum. *Hanc impietatem Oratio Dominica condemnat, quæ, quotidiè publicè acta, peccatores nullos excipit.*

De Præceptis vtriuſque Tabulæ in particulari.

Primum primæ. [Non habebis Deos alienos, &c.]

Aduocatus. [c] Multi in Interceſsionibus Sanctorum plus, quàm in Chriſti meritis, fiduciæ ponunt, Chriſtum Matri ſubſtituentes. [f] Magis fidentes Diuis, quam Deo. *Verbi gratiâ.* [g] Laus Deo & beatæ Virgini Mariæ, item Ieſu Chriſto. *Vel ſic.* [h] Laus Deo, Virginique Matri Mariæ, Deo item Ieſu Chriſto, æterno Dei filio. *Quantum hoc Ieſu-itarum quamque ſacrilegum ὑστερον πρότερον, quo Saluator, ſaluata, Deus æternus, Creatura, poſtponitur?*

[c] *Caſſander lib. Conſul. art. 21.*
[f] *Epiſcopus Eſpenſæus in 2. Tim. 3.*
[g] *Valent. Ieſ. fine lib. de Satisfact.*
[h] *Bell. lib. 3. de Cultu Sanctor. in fine impreſſo Lugduni.*

2. *Præceptum.* [Non facies tibi ſculptile.]

Aduerſarius. [i] Imagines ſunt propriè, & per ſe colendæ, nullâ ratione habitâ ad exemplar. *Aduocatus.* [k] Hoc ſuperſtitioſum & ſtultum eſt. [l] Sunt benè multi rudiores, qui Imagines colunt, non vt figuras, ſed vt ſenſum aliquem habentes. [m] Dici non poteſt, quanta Idololatria alatur apud rudem populum per Imaginum cultum. *Concludam paucis.* [n] Quomodò Eccleſiæ nomen tueri poteſt, quæ talem doctrinam in conſuetudinem recepit, qua Chriſti meritum obſcuretur; Deo proprius honor eripiatur; & Creaturis vendicetur? *Quod manifeſtiſſimum eſt in Artolatria Romana, quæ eſt Idololatria ſceleratiſſima.*

[i] *Bell. lib. 2. de Imag. cap. 21.*
[k] *Vaſquez Ieſ. lib. 2. de Adorat. diſp. 2. cap. 3. & 8.*
[l] *Polyd. Virgilius lib. 6. Inuent. cap. 13.*
[m] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 57.*
[n] *Caſſander li. Conſult. art. 21.*

Præceptum. 3. [Non aſſumes nomen Domini in vanum.]

Aduerſarius. [o] Tenetur homo aliquandò ſecundùm mentem

[o] *Tolletus Ieſ. lib. 4. de Inſtruct. Sacerd. cap. 21. & 22.*

mentem aliorum jurare, id eſt, vti verborum ſignificatione communi, quamuis non ſemper teneatur ad hoc, ſed aliquando licet vti æquiuocatione, & decipere audientem: non ſemper, ſed quandò Iudex contra juſtitiam petit juramentum, licet vti æquiuocatione, & jurare ſecundùm ſuam mentem, contra mentem Iudicis: vt puta, quærenti Iudici, feciſtinè illud? reſpondeat, non feci; intelligendo inter ſe: vt dicam tibi, vel hoc tempore, vel quid ſimile: Et ſi vir vxorem petat, an ſit adultera? iſta poteſt dicere, non ſum, quamuis verum fuerit, intelligendo, vt tibi reuelem: Sic qui cogitur jurare alteram in Sponſam accepturum, intelligendo, Si poſteà placuerit: Et à latronibus comprehenſus jurauerit ſe poſtea daturum centum aureos vt liberetur, & æquiuoce jurans, inter ſe dicens, ſi poſtea libuerit, tunc non tenetur ſoluere: Sic à cuſtode injuriosè detentus, vt dimittatur, jurans ſe redditurum poſteà, poteſt vti æquiuocatione, & nō tenetur reddere.[p] Hoc de Adultera occulta præter jus à viro rogata, & de promiſſo quod fit Latroni libenter concedimus. *Dogma tum profeſſione impium, tum verò etiam praxi pernitioſum. Illud. Aduoc.*[q] Quiſquis fingendo aliū falle:e conatur, etiamſi aliquid præterea ſignificare velit (*id eſt, æquiuocatione vti*) haud dubie mentitur, alioqui nullum eſſet mēdacium, quod non defendi poſsit. *Recte. Enimuerò quo telo hanc belluam confodiam? en autem vnum, & quidem acerrimū, ex Dei armario depromptum.*[r] Homines quidem per majorem (*Deum*) iurant, Et juramentum eſt illis ad Confirmationem, omnis cōtentionis finis. *Verba ſingula huic monſtro plagam mortiferam inferunt.* Homo, κατὰ τοῦ μείζονος, per majorem, viz. *Deum, iurat: per Deum, inquam, non propter Deum, quia iuramentum, Græcè ὅρκος, quaſi ἕρκος, ſepium, clauſtrum, vallū, quod tranſilire non licet:* αὐτοῖς, illis *hominibus factū, quorſum? εἰς βεβαίωσιν.* ad Confirmationem, cautionem, firmamentum, *vt ſit fidei iurantis cum fide audientis, ſacrum quaſi coniugium. quatenus tandem? vt ſit* ἀυτῖς Ipſis *hominibus*, πάσης ἀντιλογίας πέρας, omnis contentionis finis, *id eſt, vt animi eius, cui fidem meam obſtrinxi,*

[p] *Azorius Ieſ. in Inſtitut.*

[q] *Maldonatus Ieſ. comm. in Luc. 24.*

[r] *Heb. 6. 16.*

obstrinxi, dubitationi omni occurratur. summa est: Finis *iuramenti inter homines est, vt sit* contentionis omnis *apud homines* finis. *ad hunc, tanquam lydium lapidem nummum vestrum exploremus, & reperiemus profecto eum ἀδόκιμον: sic enim vxorem adulteram vestram instituistis,* Potest illa etiam per Iusiurandum, *inquitis,* Marito suo negare se esse adulteram, tacite in animo addens, vt tibi confiteri debeam. *At cum potest, inquam, hic iurandi fucus Marito quoq; innotescere, nonne eam vrgebit acrius? vereor, inquiet, vt mente concipias (vulpem) æquiuocationem illam,* vt tibi reuelem: *respondebit vxor, rursus nouo iuramento deuincta;* Non aliquid huiusmodi intùs in animo complector, *(mi vir) tacitè tamen animo suo reuoluens illud,* Vt tibi significem. *Instabit adhuc misellus homo (namq; homo est, oris non cordis auditor)* Equidem fieri possit, mea vxor, vt illudas me nunc iam *interno isthoc tuo commento,* Vt tibi reuelem. *Nullus itaque in hoc ὅρκῳ ἕρκος, & septum: nulla βεβαίωσις, aut firmamentum, ἀντιλογίας πέρας,* contentionis *& altercationis finis nullus esse possit. Itaque illa vestra mulier bis adultera facta est, corporis stupro, & (nam* veritas est animi virginitas) mentis mendacio; tam alieno dogmate, quam alieno semine corrupta. qui sunt huius sceleris doctores queritis? viz. qui eius etiam actores esse solent.* [t] Ars est nostrorum Iesuitarum vt in iuramentis suis Magistratus illudant: cum à Magistratibus quæritur, Es ne Sacerdos? tum Sacerdoti licebit, inquiunt, respondere, Non sum talis, (sed addita hac intentione, intus in animo concepta, non ore prolata) qualem me esse cupitis; aut vt narrem tibi; aut aliquid simile. *Subterfugium Iesuiticum timiditatis & perfidiæ plenissimum. sed patrizant sat bene, nam.* [f] Eugenius Pontifex, ob violatum Turcæ iusiurandum, Christianam remp. in tot funestissima bella coniecit: ac si non etiam esset hosti fides seruanda. *Antiqua Hæreticorum spelunca.* [g] Priscilianistæ sentiebant, licere sibi aliquando mentiri. [h] Canonicus quidam inuehitur in Pontificem Gregorium, quod tempore magni Schismatis antequam Pontifex crearetur, iurauerat publicò & solenni ritu sese

* *August.*

[t] *Sacerdotes Wisbycenses in epist. quam ad Catholicum Generosum nuper inscripserunt.*

[f] *Agrippa lib. de Vanit. Scient. cap. 61.*

[g] *Sixtus Senens. Biblioth. lib. 3.*

[h] *Azorius Ies. lib. 5 Instit. Moral. cap. 19. pag. 527. & pag. 528.*

seſe abdicaturum Pontificia poteſtate: poſteà verò Pontifex electus noluit Pontificatum deponere, at poſsit Romanus Pontifex SEIPSVM SOLVERE VOTO, & IVRISIVRANDI religione, & lege, modò debita ſubſit cauſa.

[x] *Idem lib. 10. cap 9. §. Tertiò.* [x] Ita aliorum quoque juramenta poſſunt Pontificis autoritate relaxari. *Huius iuſtæ cauſæ quem ſupremum Iudicem facitis?* [y] Pontificem. *Nimirùm apud hos iuſiurandum locus, teſtimonium ludus; quos iamdiù Ethnici Autores palam damnarunt.* * Fraus diſtringit, non diſſoluit perjurium.

[y] *Ieſuitæ omnes.*

[*] *Cicero in officijs.*

Præceptum. 4. [Sanctifices Sabbatum.]

[a] *Azorius Ieſ. Inſtit. lib. 7. cap. 7. §. Secundò quæritur.*

Aduerſarius. [a] Mos non eſt improbandus, quo vidua pro dignitate perſonæ poſt obitum viri, causâ luctus, domi ſe continet AD ANNVM, nec miſſam audiat. *Multum. Azori, nobiliores fœminæ, pro iſthoc molli* * Puluillo *Tibi debent: ſiccinè vero* * Viduas *inſtituis? equidem conſilium hoc nobilem illum paraſitum Ariſtippum, quàm Theologum Azorium, decuiſſet. Haud mirũ eſſe poſſit, vos, præſertim dum ſic nobili viduæ conſulitis, miſſam ipſam* priuatã *tanquam ignobilẽ viduam reddidiſſe. vos pergitis.* [b] Homo tenetur ſub mortali ad ſanctificandum feſtum, ſed non tenetur ad BENE ſanctificandum. *Quæ (malum.) Hæc ſanctitas eſt, quæ* benè *careat; ſine quo, Deo (quem Aduerbijs magis quam Adiectiuis delectari ſchola docet) nulla actio grata eſſe poſſit? repete igitur Sanctificationem veſtram bonam ſcilicet.* [c] Licet iter facere (audito Sacro prius) & venari: licet ſtudere ſuper lites, propter pecuniam. Licet carnes vendere, animalia occidere (*publicè*) ad victum propter pecuniam: licet in ſolennitatibus conſtruere loca pro ſpectaculis, quandò non poſſunt fieri niſi in feſto. Deniq; Pontificis aut Epiſcopi licentiâ licet in feſto operari. *Huc huc adeſte Profani, nihil enim audiſtis vnquam licentioſius. At. Aduocatus,* [d] Hoc præcepto prohibemur, vt quæcunque diuinum cultum impedire poſſunt, omninò vitemus: facil enim perſpici poteſt, omne ſeruilis operis genus prohiberi.

[b] *Tolletus Ieſ. lib. 4. inſtruct. cap. 24.*

[c] *Idem cap. 25.*

[d] *Catechiſmus Trident. de hoc præcepto.*

Præceptum.

Præceptum. 5. [Honora Parentes.]

Aduersarius. [e] Possit filius vxorem ducere se dignam, inuitis Parentibus, sine peccato mortali. [f] Licebit filijs, inuitis Parentibus, ad Religionem (*Monasticam*) transire, postquam ad annos pubertatis, id est, ætatis suæ 14. peruenerint: nisi Parentes in tali necessitate sint, vt non possint, sine auxilio filiorum, viuere. *Præpropera hæc & periculòsa libertatis assertio, nec profectò video quid dici, vel ad infrngendam Parentum autoritatem, vel ad filiorum licentiam & insolentiam alendam patrocinandamque, pernitiòsius possit: quasi Iuuentuti concedatur, priusquam ex ephebis excesserint, ius paternum excutere, vt suo animi arbitrio obsequantur: quasi maior hic pubertatis quam prudentiæ ratio habeatur.*

Aduocatus. [g] Parentes honoramus, cum nostras rationes ad eorum arbitrium voluntatemque conferrimus, consilia eorum non modo exquirimus, verum etiam SEQVIMVR. *Sed illud paradoxon longè execrabilius est, quo Patrum autoritas nequiter labefactatur.*

Aduersarius. [h] Præsunt Reges Christiani hominibus Christianis, non vt Christiani, sed vt homines politici; nam vt omnes Christiani, sunt Ecclesiasticis subiecti. *Quatenus verò subiecti?* [i] Ita vt Pontifex Romanus suo iure possit Principes seculares excommunicare, & aliquando, si ita ei visum est, regnis suis priuare. *Hæc in parte quid Subditis incumbit?* [k] Qui tenebantur aliàs obnoxij vinculo fidelitatis, vel iuramenti, liberabuntur tali vinculo, si is inciderit in excommunicationem; ea durante, etiam absoluuntur Debitores ab obligatione soluendi debitum Creditori, non re, sed verbis contractũ. *Ecquid prætrea?* [l] Volumus & mandamus vt aduersus Reginam hæreticam & excommunicatam Subditi arma capessant. *Impium, quamuis Pij, decretum. hic hic est equus ille Troianus, ex quo tot armati paricidæ ad principes suos necandos prodierunt. Ius hoc quàm non antiquum sit, supra diximus: quàm insuper iniquum paucis expediemus.*

Aduocatus.

[e] *Tollet. Iesu. lib. 5. Instruct. Sacerd. cap. 1.*
[f] *Bell. lib. 2. de Monach. ca. 36.*
[g] *Catechismus Tridentinus in hoc præceptum.*
[h] *Bell. lib. 1. de Rom. Pont. cap. 7. §. At inquies.*
[i] *Bell. lib. 5. de Rom. Pont. cap. 6. & 7.*
[k] *Tollet. Iesu. lib. 1. de Instruct. Sacerd. cap. 13.*
[l] *Bulla Pij 5. aduersus Elizabetham Anglię Reginam.*

[a] Principes aliqui sunt sui iuris, Rex Galliæ & Rex Hispaniæ, qui in temporalibus NVLLVM agnoscunt superiorem, nec possunt PRIVARI suo IMPERIO. [b] Rex Hispaniæ Philippus, iam-iam, moriturus, coronam manibus apprehendens, oculis in cœlum defixis, TIBI, inquit, Domine DEVS, coronam meam reddo, a quo eam accepi. *Iure igitur hereditario immediatè à Deo Rex constitutus erat, quo iure etiam Rex Angliæ gaudet.* [c] Te, Rex permagni omnes existimarunt, cuius potestas, maiestasq; est in terris SECVNDVM DEVM maxima. [d] Hic Rex Henricus Pontificis minis factus irritatior, (ad VETVS illius Regionis EXEMPLVM) Regnum a iure Pontificis asserebat, & VTRIVSQVE STATVS SVPREMAM potestatem sibi vendicabat. *Prodeat iam rebellionis omnis caput.* [e] Rodulphus Comes Reinfeldensis, Henrico Imperatore Anathematis fulmine percusso à GREGORIO 7. ROMANO PONTIFICE, a quibusdam Rex creatus est, contra Henricum Imperatorem bella gessit, tandem in prælio abscissa est eius dextra: domum rediens EPISCOPIS & Magistratibus truncum manus ostendens, hac inquit, FIDEM (*audite obstupescite*) Domino meo Henrico dedi, & turpiter violaui; condignam igitur accepi PERIVRII mercedem, ecce in quo me loco, MONITA VESTRA sequentem, collocastis: vtinam. &c. *Egregium sanè exemplum cùm Christianæ conscientiæ tum etiam Antichristianæ, perfidiæ. huiusmodi seditionum buccinatores alios quæritis?* [f] Arnoldus ab Academia Parisiensi ad hoc munus designatus, litem IESVITIS intendit, accusationis articulis secundus fuit, eos votum suscipere obediendi suo Generali, qui si dixerit INTERFICE REGEM FRANCIAE, eundum est. In publicis conciombus LAVDARVNT factum Iacobi Clementis Regis Henrici 3. interfectoris. Autores erant mortis Regis Lusitaniæ Sebastiani. *Tam exploratum est hoc malum, vt hominibus tacentibus, saxum ipsum Parisiense loquatur.* [g] Iohannes Castellus nefandus Parricida Regem Henricum, 4. confodere voluit: pulso propterea, rotâ Gallia

[a] *Tolossanus vtriusque iuris doctor. lib. 25. de Rep. cap. 5.*
[b] *Vir Hispanus in libro, quem de morte Philippi nuper edidit.*
[c] *Ludouicus Viues ad Henricum 8. Angliæ Regem (tum Lutheri Antagonistam acerrimum) epist. dedic. ante libros Augustl. de Ciuit. Dei.*
[d] *Curtius Micerinus in epist. de morte T. Mori, & Episcopi Rossensis.*
[e] *Abbas Vspurgensis anno Dom. 1080. Helmoldus, Cranzius, Bonfinius, & alij eandem historiam referunt.*
[f] *Gallo Belgicus tom. 2. li. 20*
[g] *Saxum in Parisijs erectum, seu, monumentum Paricidæ Castellæ, tum etiam factionis Iesuiticæ.*

Gallia hominum genere (*Iesuitas significat*) NOVAE & MALEFICAE superstitionis, qui remp. turbabant, quorum instinctu piacularis Adolescens dirum facinus instituerat. *O quot huius generis faces infestissimas in nostri seculi miraculum, Reginam* ELIZABETHAM, *injectas Anglia vidit, sed &, Dei beneficio, extinctas? Optandũ est vt idem tumulus, qui Reginæ corpus contexit horum hominum malitiam obruisset, sed (heu!) optandũ, nam iam nuper.* [c] Hispaniæ Legatus, regem Angliæ mitiorem aliquandò Iesuitis reddere studens, interrogat quid causæ Rex habuerit, quòd tam asperam in Catholicos sententiã tulisset; Rex igitur vt causam proscriptionis istius Legatus cognosceret, literas prælegi curauit, quibus de Conspiratione in Regis & regni pernitiem facta prolixè proscriptum erat: auditis his literis; Legatus obticuit, nihil amplius in causa Catholicorum agere expetens. *Longè sanior fuit Ethnica disciplina, quia.* [d] Contra Tyrannos vult Liuius scutum, magis quam gladium sumendum: nimirùm, vt inimicos imbres & tempestates, & tonitrua, ita Principem luxu diffluentem ac tyrannidem exercentem, precibus emendare, aut (*patientiâ*) ferre debemus.

[c] *Gallo-Belgicus Tom. 5. lib. 4. §. Sub initium.*

[d] *Tolossanus lib. 25. de Rep. cap. 5. ex Liuij lib. 3.*

CAPVT. XIIII.

Præceptum. 6. Non Occides.

A *Duersarius.* [a] Cum quis motu repentino correptus, adeò vt non sit rationis compos, alium occiderit, à peccato mortali liber est. [b] Hæc diximus de homicidio cum INTENTIONE occidendi. [c] Cum homo profert verbum contumeliosum, non ex plena deliberatione, non est mortale peccatum; vel si adsit plena deliberatio, tamen sit inter personas parui momenti, vt inter Mulierculas. *Et quod magis stupeas.* [d] Cum homo irâ aliquâ, vel altâ animi passione, non aduertens verba, quæ proferebat, protulit BLASPHEMIAM, non est peccatum mortale, nisi

[a] *Tolletus Iesuita lib. 5. de Instr. Sacerd. cap. 6. §. Tertia causa.*

[b] *Cap. 2. in initio.*

[c] *Idem cap. 9.*

[d] *Lib. 4. cap. 13. §. Circa.*

homo aſſuetus ſit blaſphemare. *Hæc omnia Ieſuita quibus, mea ſententiâ, docet licere homini hominem quodammodo exuere, & induere feritatem belluinam: quo nullius vnquam Ethnicus quicquam ſomniauit deformius. In hoc genere homicidij Scripturæ vox eſt.* * Sanguis ſanguinem exigit; *Non veniale dicitur, quod morte mulctatur. homicidij, imò & parricidij, praxin veſtram in ſuperiori præcepto expoſui.*

Præceptum. 7. [Non mæchaberis.] *De Adulterio quoad votum.*

Aduerſarius. ᵉ Etiamſi lege cœlibatus ſublatâ, quædam etiam peccata, & ſacrilegia Miniſtrorum impedierentur; tollenda tamen ipſa lex non eſt, niſi velis eadem etiam ratione alias leges diuinas & humanas tolli. ᶠ Nullo modo permittendum eſt conjugium Sacerdotibus, quia non deſunt rationes aliæ ſeruandæ caſtitatis. *Sic Ieſuita præſcriptum nobis à Deo remedium.* [* Ad vitandum fornicationem habeat quiſque ſuam vxorem.] *Mimme neceſſarium eſſe ſentiunt, ac ſi Deo noſtro immortali & ſuo mortali prudentiores velint videri ſuo, inquam. Aduocatus.* ᵇ Sic dixit Pontifex Pius. 2. Sacerdotibvs magna ratione ſublatæ ſunt Nvptiae, maiori restitvendae videntur. *Etiam.* ᵃ His ſtatutis Eccleſiæ nemo obligatur, niſi quatenus ſunt ad vitia corrigenda, & virturem exercendam vtilia, viz. In quibus ratio legis ceſſat, ſolui & omitti poſſunt. *Deinde etiam Deo.* ᵈ Fatendum eſt, grauiter a Posteris peccatvm eſſe, qui cælibatus legem, pro tempore vtilem, multis in laqueum verterunt, cum Iuuenes, nondum ſibi exploratos, temerè ad miniſterium Eccleſiaſticum admiſerunt: & cum illi caſtitatis onus ſibi impar eſſe ſentirent, illi potius impuros quoſdam concubitus diſſimularunt, & quodammodò probarunt, quàm vt finerent Hvmanam conſtitutionē eorum gratiâ mutari, qui eam, ſine offenſione diuinæ legis, obſeruare non poterant, quarè Nimis rigida hujus conſtitutionis exactione

ᵉ *Greg. Valent. Ieſ. lib. de Cælibatu cap. vlt. in fine.*
ᶠ *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Cælibatu. cap. 15.*
* *Cor.*
ᵇ *Platina in vita Pij 2.*
ᵇ *Caſſander lib. Conſult. art. 25.*
ᵈ *Caſſander lib. Conſult. art. 23.*

exactione abhominanda in Ecclesia scandala extitisse videmus: cum tamen legis illius causæ non solùm hodiè cessarunt, sed etiam in contrarium conuersæ sunt, cum iam omni flagitio fenestra aperta esse videatur: vndè debet Ecclesia facere sicut bonus medicus, vt si medicina, experientiâ docente, magis obsit quam prosit, EAM TOLLAT; idque requirit Ecclesiæ status, cum plerique homines docti & pij ad continentiæ obseruationem astringere se nolunt, infirmitatis suæ conscij; quo fit, vt paucissimi Adolescentes, pietatis indole præditi, ad Theologiæ studium se adjungant. Quarè si vnquam tempus fuit antiquæ consuetudinis immutandæ, certè HAEC TEMPORA IMMVTATIONEM aliquam efflagitare videntur, vt summum castitatis gradum conscendere qui non possint, in secundo CASTI CONIVGII gradu consistere permittantur. *Occurrit subindè, cum in Thesi, tum etiam in praxi vestra, turpissimum scortationis lenocinium.*

Thesi.

[a] *Aduersarius.* [b] Melius est scortari & vri, quam post vnam fornicationem, votum Cœlibatus violando, ad nuptias transire. [c] Sacerdos, si fornicetur, aut domi Concubinam foueat, etsi peccat, grauiùs tamen peccat, si contrahat Matrimonium. primò, quia voto Castitatis solenni iniuriam facit: secundò, quia Ecclesiam grauiùs vulnerat. tertiò, inuerecundiùs scortatur. quartò, obstinatâ voluntate magis in peccato perseuerat. [d] Cum dicit Apostolus, [Melius est nubere quam vri.] VRI non idem significat quod flamma libidinis vri, hoc enim per se malum non est, imò materia potius victoriæ: sed significat flamma libidinis superari, & in peccatū mortale labi. *O Iesuitæ! quasi hoc a Deo præscriptum remedium huiusmodi sit, quo tantùm homini lapso succurratur, non occurratur etiam labenti: dogma lupanaribus dignum, quod ex eo refutatur, quòd Coniugatus, qui post votum susciperetur, minùs quam Concubinatus puniri debet.*

[b] *Bell. lib. de Monach. ca. 34.*
[c] *Costerus Iesuita Enchirid. tract. de Cœlibatu.*
[d] *Greg. Valent. Iesuita lib. de Cœlibatu cap 6. §.* Quartum argumentum. *eodem modo Bell. lib. 2. de Monach cap. 30. in prin.*

[a] *Cassander lib. Consult. art. 23.*
[b] *Cap. 1.*

Aduocatus. [a] In Conc. [b] Neocæsarienſi MAGIS punitur Sacerdos, qui FORNICATVR poſt votum QVAM QVI publicè CONTRAHIT: Idem ſtatuitur Can. 6. Conc. generalis. Iam eò res redijt, vt vix centiſimum inuenias, qui ab omni commercio fœminarum abſtineat: Populus verò ita affectus eſt, vt MARITVM Sacerdotem LEVIS ferat, quam Scortatorem. *Secundum.* [c] Diuus Auguſtinus Baſilio æqualis permultis rationibus probauit CONVBIA POST VOTVM contracta NON debere DIRIMI: veluti in Decret. 27. qu. 1. Cap. Nuptiarum, planè extat. [d] Vouens continentiam & poſtea vxorem ducens (quamuis mortaliter peccat) NON TENETVR ſeruare eam. [e] NOSTRA VERÒ Eccleſia iamdiù cohabitationem Sacerdotum cum fœminis tolerat, quod haud ſecus atque ipſum Coniugium, Eccleſiæ ſtatutis prohibetur. [f] Si quis perpendat horum temporum ſtatum, quam innumeri ſunt Monachi publicè inceſti, & impudici, fortaſsis Iudicabit MAGIS EXPEDIRE, vt ijs, qui prorſus non continent, ius fiat publici Matrimonij: ſed etiam atque etiam vereor, nè cenſus Eccleſiaſtici caſtrent Clericos verius quam pietas. *Vos verò. Aduerſarius.* [g] Quicquid ſenſerint multi antiqui Autores, an ſit verum Matrimonium poſt votum, illud NVNC certum eſt, Matrimonium contractum ab ijs qui votum fecerunt ſolenne caſtitatis, non eſſe verum, quia in Conc. Tolletano, Virgines poſt votum nuptæ, non ſolùm adulteræ, ſed etiam inceſtæ dicuntur. *Quicquid contra antiquos Autores nouitij ſenſerint, certiſſimum eſt nunc quoque ex regulis veſtris votum Cœlibatus iure poſſe infringi. Aduocatus.* [h] Eſt regula generalis ex iure naturali & diuina collecta, vt VOTVM MINORIS BONI RELAXETVR PER VOTVM MAIORIS BONI: quare cum poſſit occurrere huiuſmodi bonum multò MAIVS, quam eſt ſeruare caſtitatem, non dubium eſt quin tunc ip'a Eccleſia, aut nomine totius Eccleſiæ Papa poſsit declarare eum in hoc caſu non teneri ad obſeruationem; quod credendum eſt feciſſe Papas cum regibus Aragonum & Poloniæ. [i] Et poteſt

[b] *Cap. 1.*
[c] *Polydorus Virg. lib. 7. Inuent. cap. 2. Matrimonium poſt votum.*
[d] *Toll. Ieſ. lib. 4. Inſtruct. Sacerd. cap. 16.*
[e] *Ibidem.*
[f] *Eraſ. annot. in 1. Tim. 3.*
[g] *Maldonatus Ieſ. Summ. q. 12. art. 5.*
[h] *Idem ibid. art. 7.*
[i] *Tiraquella præf. in lib. de Poenis. num. 48. & huius poſitionis Autores plurimos citat.*

poteſt Papa diſpenſare cum Monacho & Clerico conſtituto in ſacris, vt contrahat Matrimonium. [x] Hoc Pontifex poteſt. *Diſputo. Si nuptiæ, poſt votum ſolenne contractæ, ſunt ſuâ naturâ adulteræ & inceſtæ, quo iure Papa de illis diſpenſat? ſin ſanctæ & caſtæ, quo iure eas Papa in Concilio Tolletano, vt inceſtas, damnauit? Deinde argumentor à Minore: Si autoritas humana ex cauſa cum voto diſpenſare ſine impietate poſſit, tum cauſa ipſa multo magis ab autore Spiritu Sancto.* [Melius eſt nubere quam vri.] *Concludo ex Auguſtino.* [*] Hæ igitur (*loquitur de Virginibus, quas Apoſtolus reprehendit* 1. Tim. 5.) quæ nubere volunt, & tamen non nubunt, quia impune non poſſunt, QVAE MELIVS NVBERENT, quam vrerentur, id eſt, quam occulta flamma Concupiſcentiæ, in ipſa Concupiſcentia vaſtarentur. *Nec minus vere de Sacerdote, quod alius de quouis Chriſtiano poſuit.* [y] Qui potius vult eſſe Concubinarius, quam legitimus Maritus, mauult eſſe maledictus quam Bene-dictus. *Aduoc.* [z] Turpiſsimum eſt, quòd Officiales permittunt Clericos cum Concubinis Meretricibus, & Pellicibus cohabitare, liberos procreare ſinunt, accepto ab iis certo quotannis cenſu, atque adeò alibi à Continentibus, nam HABEANT, aiunt, SI VELINT. *Experto credite.* [a] Sic ego illos ſupputantes aliquandò AVDIVI: Habet, inquientes, ille duo beneficia, &tres Meretrices, ſoluat, & cenſum à Sacerdotibus pro Concubinatu quotannis extorquet, vt apud plebem ipſam in prouerbium abiret illa eorum Concubinaria exactio, ſiue lenocinium, cum dicunt, habet aut non habet; aurcum ſoluat, & HABEAT SI VELIT. *Pergit Iuriſ-conſultus.* Romana ſcorta in ſingulas hebdomadas [*] iulium Pontifici pendent, verbum Dei lenonio commento profanant: tolle, aiunt, è rep. Meretrices, & cuncta ſtupris permiſcentur. Cum tamen Iſaëlitarum reſp. per multa ſecula continentiſsimè durabat, ſicut præcepit Deus, [Non erit Meretrix, neque Scortator in Iſrael.] [b] Recentioribus temporibus Sixtus Pontifex Maximus nobile admodùm Lupanar Romæ exſtruxit.

[x] *Azorius Ieſ. Inſtit. Moral. lib. 12. cap. 7. §. Poſtremo nihil. Dilemma.*

[*] *Lib. de Virg. cap. 34.*

[y] *Epiſc. Peraldus tract. de temp. cap. 15.*

[z] *Epiſcopus Eſpenſæus com. in Tit. cap. 1.*

[a] *Agrippa lib de Vanit. Scientiar. cap. 64.*

[*] *Certum nummi genus.*

[b] *Agrippa ibidem.*

[c] *Bell. lib. de membris Eccleſ. Milit. cap. 18.*

ô *Eccleſiam*

O Ecclesiam sanctam scilicet! nec mirum. Aduers. [e] Prohibetur Clericis conjugium, non solùm ratione essentiæ suæ, id est, propter contractum, qui fit solo animorum consensu, sed ratione officij conjugalis, in quo inest impuritas & pollutio, non quæ peccatum est, sed quæ ex peccato nata est, & sanctum Matrimonium sine turpitudine exerceri non possit, vt testatur verecundia humana, quæ semper secretum quærit, & impedit actum rationis. *Ergonè prohibitum coniugium vobis Sacerdotibus? ô verè Puritanos! ita, Bellarmine, nec mingendum tibi erit, nec dormiendum; quia ad illud locus secretus quæri solet, ex altero sensuum omnium actus impediri. Aduocat.* [d] Quod dicit Apostolus [Innuptam excogitare, quæ sunt Dei, vt sit sancta corpore & spiritu.] NON sic accipiendum est, vt putemus non esse sanctam corpore Christianam conjugem castam; Omnibus quippè fidelibus dicitur, Eorum [* Corpora esse membra Christi, Dei viui, & Spiritus Sancti templa] hæc Augustinus. *Adde illud.* * [Omnia munda mundis.] [e] Et* Torus IMMACVLATVS dicitur & impolutus, cum nullo adulterio fœdatur. [f] CONIVGII VSVS dicitur TORVS IMMACVLATVS.

[e] *Bell. lib. de membris Eccles. Milit. cap. 18.*

[d] *Episcopus Espensæus com. in Tit. 2.*

* *1. Cor. 3.*
* *2. Cor. 6.*
[e] *Ribera Ies. in hunc locum.*
* *Heb. 13.*
[f] *Peraldus Episcopus tract. de Temperantia.*

CAPVT. XV.

Præceptum. 8. Non furtum facies.

Aduersarius. [a] Pauperes non faciunt furtum, cum pressi extrema necessitate, rem alienam capiunt, quia res tum proprie non est aliena, sed communis vitæ periclitantis: nec necessitas extrema est, quæ iam fere non potest admittere remedium, vt cum Pauper exhalat animam; sed cum vix alia ratione potest subueniri: Præclare * Ambrosius, Esurientis, inquit, panis est, quem tu retines: nudorum vestimentum est, quod tu recludis; miserorum pecunia est, quam tu in terram defodis. *Præclarè reuera Ambrosius, vt ferè omnia, tu vero inscitè Ambrosii testimonio abuteris.*

[a] *Maldonatus Ies. in Summula q. 8. art. 3.*

* *Ambros.*

abuteris. Ambrosius debitum charitatis in diuitibus exigit, tu verò Pauperibus ascribis debitum proprietatis: Consule, quaso, quamuis vel scriptam vel in hominum cordibus inscriptam legem diuinam, & doce, si potes, vbi, meum, *&* Tuum *aliena necessitas, & non cuiusque proprietas fecerit. pergitis.* [b] Is qui iusto precio non potest vendere vinum, vel propter iniquitatem Iudicis, vel propter Emptorum malitiam, qui conueniunt inter se, vt pauci emant, ad pretium remittendum; tunc possit minuere mensuram, aut paululum aquæ miscere, ac vendere pro puro, & completa mensura, iusto exigendo pretio, dum-modò non dicat mendacium: quod-si dicat, non erit mortale peccatum. *Decet Iesuita dolum dolo, tanquam diabolum diabolo, expellere; & inter se, tanquam legitimum & nobile par vitiorum copulauit, Furtum, & mendacium: hic homo dignus est, scil. quicum mices in tenebris. Aduocatus.* [c] Grauius est furti genus fallaces & corruptas merces vendere pro veris.

[b] *Tolletus Iesuita Instruct. Sacerd. Tract. de septem peccatis, cap. 49. Mendacium sine mortali peccato Iesuita posuit in hoc ipso mentiens & mortaliter peccans.*

[c] *Catechismus Trident. in hoc præceptum.*

Præceptum. 9. [Falsum testimonium non dixeris.]

Aduersarius. [d] Cum in judicio probatur aliquis esse nocens, quem Iudex in priuata sua persona innocentem esse nouit, quamuis sunt in hac quæstione variæ opiniones, tamen communior & verior est, quod Iudex licitè possit damnare Innocentem. [e] Nec peccat, si aliquem damnat secundum legem, licet ipse sciat eum esse innocentem. *Nimirùm vobis ea sententia verior esse videtur, quæ veritatem opprimit, & partem damnat innocentem: qui sic Iudicem instruit, Pilatum prorsus absoluit: nullusne Catholicus ab hac sententia abhorruit? Aduocatus.* [f] Alia est quorundam opinio. *Nec cæca illa quidem, præsertim tanto rationis lumine illustrata. quæritur enim cur Iudex nequit quempiam extra iurisdictionem suam interficere, quamuis morte dignum. Respondes.* [g] Quia Iudex non habet aliam autoritatem, quàm quam accepit a Republica. Resp. Autem non po-

[d] *Tolletus Iesuita lib. 5. de Instruct. Sacerd. cap. 16.*

[e] *Maldonatus Iesuita Summulæ quæst. tract. 3.*

[f] *Tolletus quo supra.*

[g] *Maldonatus Iesuita quo supra.*

test

teſt majorem dare, quam ipſa habet, non habet autem autoritatem quampiam niſi inter terminos ſuos. Nec Reſp. poſsit eum occidere, quem conſtat eſſe innocentem. *Aſſumo at Deus Reipublicæ hos Iudicy terminos præſcripſit.* [a] Qui iuſtificat impium, & qui juſtum condemnat, vterque abhominabilis eſt Deo. *Ergo ex autoritate Reipublicæ Iudex damnandi Innocentem ius non habet. Plura de mendacio, imò etiam pro mendacio, teſtimonia veſtra Claſſes precedentes abundè ſuppeditant.*

[a] Prou.17.15.

Præceptum vltimum. [Non Concupiſces.]

Aduerſarius. [b] Si quis deſideret habere pollutionem ob finem bonum, vt ob ſanitatem, aut ad leuandas tentationes carnis, quibus interdum affligitur, non eſt peccatum. *En igitur tentationum remedium morbo ipſo noxius.nam. Aduocatus.* [i] Eſt prorſus mortale peccatum. *Horum omnium qui velit ſynopſin colligere, ſentiet profectò Romanam Eccleſiam bis miſeram eſſe, tum quod ſancta non eſt, tum-etiam quod non ſentit, quàm non ſancta ſit. quod in nota Decima adhuc erit manifeſtius.*

[b] Tolletus Ieſ. lib.5.Inſtruct. cap.13.

[i] Dom.Sotus 4. diſt.12.qu.1. art.7.

Capvt. XVI.

De nota 9. *ſecundùm* {*Theſin*, *Hypotheſin*,

Aduerſarius. [a] Efficacia doctrinæ eſt nona nota Eccleſiæ. vt Pſal. 18. [Lex Dei eſt conuertens animas.] & Heb. 4. [Sermo penetrans vſque ad diuiſionem animæ, & Spiritus.] *Locus primus de interna Spiritus ενεργεια loquitur, quæ, cum ſit interna, Nota ignota videri poſſit: Locuc alius non de doctrina Chriſti, ſed Chriſto doctore propriè exponitur.* *Aduocatus.* [b] Multi interpretantur, vt ſermo Dei ſit doctrinæ

[a] Bell.lib.4.de Eccleſ.Milit. cap.12.

[b] Ribera Ieſ. com.in Heb.4. num.15.

ctrinæ Dei, quam EXTERIVS loquitur Deus. [c] ALII verò ipſum filium Dei eſſe volunt: & ſanè ſi verba Apoſtoli ſigillatim conſideremus, AD CHRISTVM proprie & accommoditiſsime referuntur. *Tu Pergis. Aduerſarius.* [d] Olim Eccleſia Apoſtolica breui tempore per homines cõtemptibiles externâ ſpecie, ſine pompa verborum, totum Mundum traxit, non ad delicias carnis, ſed ad res credendas ſupra omnem rationem, & ad crucem. *Olim reuera, ſed olim, nam Eccleſiæ Apoſtolicæ hoc proprium fuit. quia Aduocatus.* [e] Ex hiſtorijs manifeſtum eſt, quibus in Regionibus Apoſtoli prædicauerint Euangelium: B. Petrus in Iudæa, Antioch. Galat. Cappad. Aſi. Bythin. Rom. &c. Paulus ab Hieroſolyma prædicauerat vſque ad Illyricum. poſtea Romæ, per Italiam, in Hiſpan. Iohannes in Iudæa, & in Aſia minori: Andreas in Scythia, Europa, Epiro, Thraſia, Achaia: Iacobus frater Domini in vrbe Hieroſolyma: Philippus in Scythia, Phrygia: Bartholomæus in India citeriori, in maiori Armenia: Matthæus in Æthiopia: Thomas apud Perſas, Brachmanes, Hyrcanos, Bactros, Indos: Simon in Meſopotamia: Iudas in Ægypto, & ambo poſteà in Perſide. Matthaias in interiori Æthiopia, ſimul cum Paulo in Syria, & in multis Europæ, & Aſiæ regionibus, ac deinceps in Cypro. *Secundo. Quamuis hæc ſola Eccleſiæ Apoſtolicæ nota propria, tamen, etiam vel Apoſtolicæ, perpetua non fuit.* [f] Sonus Euangelicus in OMNEM terram exijt, ſed GRADATIM, SVISQVE TEMPORIBVS, ſecundum æternum Conſilij decretum. *At nec ſemper fuit, quod* gradatim *eſſe cœpit, & quod ſemel factum eſt (vt in* omnem terram *exiret) poſtea vt fiat non eſt expectandum: quia, non multis poſt Chriſtum ſeculis, efficax error fuit, & ante aduentum Chriſti erit (heu!) efficaciſſimus. primum. Aduocatus.* [g] Ariani Hæretici totas Eccleſias Orientales & Occidentales occupabant: Ariana hæreſis ab ortu ſolis & meridie tranſiuit in Aquilonem, & totum fere Occidentem infecit, & pene in toto Orbe dominabatur. *Secundum. poſt Apoſtolorum tempora efficaciam etiam Erro-*

[c] *Ibidem Autores allegat Cyprian. Auguſtinum, Theodoret. Occum. Cyrillum, Ambroſium, Thomam, Lyranum, Caietanum.*

[d] *Bell. quo ſupra.*

[e] *Peterius Ieſ. com. in Rom. 10. num. 27. Efficacia miniſterij apoſtolici.*

[f] *Acoſta Ieſ. de Salut. Iudorum lib. 1 cap. 2. pag. 118.*

[g] *Valentianus Ieſ & alij. vide ſupra lib. 1. cap. 15. Efficacia erroris.*

ris magnam fore Scriptura prænunciat. * 2. Thes. 2. [Ideo misit illis Deus ἐνέργειαν, Efficaciam, ERRORIS, vt credant mendacijs.] [b] Id est, Efficaciam Erroris intùs operantem, in pœnam peccati. *Et.* * Ioh. 5. [Ego veni in nomine Patris, & non recepistis me; alius veniet in suo, & eum recipietis.] [c] Is alius erit Antichristus, hunc RECIPIENT. Sic omnes Patres exponunt. *Denique.* [d] Meretrici OMNES REGES TERRAE PRAESTABVNT obsequium. *Vt olim tempore Ahab, ad quem decipiendum Spiritus erroris cum satis promptus fuit, audit;* * Ibis & prævalebis. *Hactenus de Thesi.*

* 2. Thes. 2.

[b] *Caietanus in hunc locum.*

* *Ioh. 5. 43.*

[c] *Maldonatus Iesuit. comm. in eum locum.*

[d] *Ribera Iesuit. in Apoc. 18. 3.*

* *1. Reg. 22.*

CAPVT. XVII.

Hypothesis. 1. de Efficacia doctrinæ In Ecclesia Romana; tùm antiquâ, tum etiam moderna.

De priore.

ADuersarius. [a] Tempore Gregorij primi Anglos multos Paganos à Monachis Pontificijs conuersos fuisse ad fidem Christi, testantur Centuriatores. *Aduocatus.* [b] Britannia ab initio Euangelij Christianam pietatem, teste Gilda, complexa est, quam mordicùs semper tenuit, inter sæuissimas Impetatorum persequutiones. *Cuius opera?* [c] Britannia, opera Iosephi Ariminensis, prouinciarum omnium prima publicè Euangelium recepit. *Secundò, hoc ipso seculo, de quo agitur, ipsius Angliæ bona pars Christiana erat:* * Non enim Paschæ diem Dominicum, nisi decima-quarta Lunæ, obseruabant. *Hoc est, contra Ecclesiæ Romanæ ritum, pro more Orientalis Ecclesiæ. Tertiò, Augustinus Monachus Pontificio, non Apostolico Spiritu eos ambiebat.* * Venerant septem Episcopi, & plures viri doctissimi, qui decreuerant, si Augustinus prior illis appropinquantibus assurrexisset, tanquam Sanctum Christi, illum obtemperanter

[a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 10.*

[b] *Polydor. Virgilius hist. lib. 1. cap. 1.*

[c] *Ibid. lib. 2. Anglorum conuersio.*

* *Beda hist. Angl. lib. 2. cap. 2.*

* *Beda ibid.*

ranter audiuiſſent, ſin minùs, iuxta conſilium Anachoritæ, eum ſpernerent. factum eſt, vt illis venientibus Auguſtinus ſederet in ſella, quod illi notantes, eum notantes ſuperbiæ, illum noluerunt agnoſcere. *Placetne Gilfridum Aduocatum admittere?* [d] Miſſus eſt Auguſtinus Monachus à Gregorio in Britanniam, vt Anglis Dei verbum prædicaret: in parte autem Britanniæ adhuc viuebat Chriſtianitas, poſtquam venit Auguſtinus Monachus in Angliam, in Britannorum prouincia inuenit ſeptem Epiſcopatus, Archiepiſcatum vnum, inter cæteras Ciuitates erat nobiliſsima Bangor, in qua Monaſterij Abbas Dinoch, petenti Auguſtino ſubiectionem, diuerſis argumentis oſtendebat ipſos NVLLAM SVBIECTIONEM debere. Edelbartus Rex, vt vidit Britones ſubiectionem DENEGANTES, Edelthredum regem Northumbriorum inſtimulabat, vt, collectâ magnâ Militum manu, illum Abbatem, & cæteros Clericos perditum iret: ſic vno die mille ducenti Monachi martyrio coronati ſunt. *Efficax ſanè hæc conuerſio, per quam factum eſt, vt viri Chriſtiani vitam cum morte, mortem cum immortalitate commutarent. vos venerab. Bedam vt murum aheneum opponitis, ſed* [e] Magni Autores labuntur interdum, & oneri cedunt, vulgoque interdum indulgent: quæ ego de Gregorio & Beda iure fortaſſe dicere poſſum, quorum ille in hiſtoria Anglorum, hic in Dialogis vulgo iactatata & credita miracula ſcribunt. *Quid verò de Scotis ſentiendum?* [f] Scoti & alij vetuſtiſsimi Chriſtiani Paſcham, NON ROMANO, ſed Orientali ritu celebrabant. *De Francis. Aduerſarius.* [g] Franci per S. Kilianum, iuſſu Canonis Papæ, ſeculo ſexto erant conuerſi ad fidem. Anno Domini 686. Germaniæ magnæ pars per Bonifacium Epiſcopum, tempore Gregorij 2. acceſsit ad fidem. *Itan'? Apoſtolis ipſis, & eorum Diſcipulis detrahitis, quod Pontificijs veſtris tribuitis? nam ferè cuiuſq; Nationis conuerſio prima ad fidem Apoſtolorũ ætate contigit. Aduoc.* [h] In primo-genia Eccleſia (atteſtantibus non paucis, ac etiam Tert. in lib. aduerſ. Iudæos, qui illius tempeſtatis erat) Perſæ, Medi, Elemiti, Meſopota-

[d] *Gilfridus Britannus, & Cardinalis, lib. 8. de geſtis Britannorum.*

[e] *Melchior Canus loc. Theol. lib. 11. pa. 337.*

[f] *Petrus Cluanenſis in Epiſt. ad D. Bernardum. Scoti.*

[g] *Bell. quo ſupra. Franci.*

[h] *Faber Stapulenſis in præf. comm. ſui in Euang.*

mij. Armenij, Phryges, Cappadoces, Pontini, Asiani, Egyptij, Afri, Cyrenæi, Romani, Hierosolymitani, Indi, Æthiopes, Mauri, Hispani, Galli, Brytanni, Scythæ, ignotarum Gentium Insulæ in Christum credebant, Christum adorabant. hæc Tertullianus, de fide in Christum longè latéque diffusa. [f] In Gallia S. Irenæus Lugdunensis Ecclesiæ Præsul extitit Anno Dom. 167. qui Euangelij zelo præeminebat. Is victorem Pontificem Romanum reprehendebat, &c. *Multò ante Irenæum in Gallia propagatum erat Euangelium, quippe.* [k] In 2. Tim. 4. [Crescens abijt in Gallatiam.] Gallatiam Galliam exponit Theodoretus, ita enim appellabatur antiquitùs: & Epiphanius in Galliam, non Gallatiam legendum putat: eum in Gallia rexisse Ecclesiam testantur [*] Eusebius, & [*] Nicephorus. [l] Tertul. crescentem Pauli discipulum Gallorum vocat. *Germaniam perlustremus.* [m] Etiam Germanicarum Ecclesiarum meminit Tertullianus, & ante illum [*] Irenæus: quin etiam Thomam in Germania prædicâsse, autor est [*] Hieronymus. [n] Redeat Germania ad eam fidei puritatem, quam ab Apostolorum discipulis Ab initio didicit. *Ad Hispaniam deflectimur.* [o] Paulum in Hispania prædicâsse plurimorum Autorum autoritate confirmatur. [p] In Hispania prædicâsse Iacobum minorem testatur Isidorus: atque etiam in Hibernia, testis est Vinc. Lyrinensis. *Omnium iam Regionum quasi succinctam synopsin contemplemur.* [q] Admirandus profectò est Pauli circuitus, quo ab Hierusalem ad Illyricum peruenisse se dicit, prædicandi Euangelij causâ: nemo profectò tantam messem colligere potuit, nisi Dei virtute adjutus. [r] Sophronius Hierusalem Patriarcha, cui subscribit Isidorus, scribit Italias, Hispanias, Gallias, Pauli transitu illustratas. *Denique, si matrem primæuam quærimus, non Romam, sed Hierusalem agnoscere debemus.* [t] Hierusalem fuisse emporium fidei Christianæ, & Ecclesiæ matrem, atque nutricem probatur, Act. 1. vbi Dominus ipse dicit, Euangelium prædicandum esse per omnes Gentes, initio facto ab Hierusalem. *Quod si verò antiquis Pontificibus*

[a] *Eras. in Epist. nuncup. in lib. Irenæi.*
[b] *Epist. Espensæus in eum locum.*
[*] *Lib. 3 cap 4.*
[*] *Lib. 3. cap. 1.*
[l] *Pammelius in lib 3. Tert. aduers. Iudæos. cap. 7.*
[m] *Ibidem.*
[*] *Lib. 1. cap. 3.*
[*] *In Catalogo. cap. Thomas.*
[n] *Lindanus Panopl. in Tab. Analyt. Tab. 1. in fine.*
[o] *Pererius Ies. comm. in Gen. 33. 14. & Tolletus comm. Rom. 15. annot. 15.*
Hispani.
[p] *Pammelius quo supra.*
[q] *Tolletus Ies. quo supra annot. 11.*
[r] *Epist Espensæus in 1. Tim. 4.*
[t] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 7. in princ.*

tificibus Romanis omnia, quæ fingitis, verè concedantur; hæc tamen eorum in propagando Euangelio laus tantùm abeſt vt huic Romanæ ornamento eſſe poſſit, vt potiùs nota hæc, illi, ſuperbiæ, & tyrannidis maximæ notam neceſſariò inurat.

CAPVT. XVIII.

Hypotheſis primæ Caput ſecundum.
De Conuerſione Indorum.

Aduerſarius. [a] Sequuntur Catholici eam doctrinæ propagandæ rationem, quam Apoſtoli primi Eccleſiæ Fundatores præmonſtrarunt, non inferendo bella, non occupando per vim terras, non mortem minitando: Chriſtus enim non armis aut humana virtute, ſed humilitate & patientiâ Martyrum Chriſtianos ſubijci voluit. *Huius prudentiæ & patientiæ veſtræ ſpecimen aliquod nobis exhibete.*

[a] *Coſterus Ieſ. Enchirid. traſt. de Eccleſ.* §. Non ſequuntur.

[b] Hoc noſtro ſeculo in nouo orbe millia Gentilium Catholici noſtri conuerterunt: etiam Iudæorum & Turcarum multi hoc noſtro ſeculo baptizantur. Mahumetani quidem multos traxerunt, ſed vi armorum, non efficaciâ doctrinæ. *Veſtrum itaque tum profectum, tum etiam modum proficiendi conſideremus, de quibus (vtinam tam verè, quam vehementèr) gloriamini: ſed*

[b] *Bell. quo ſupra.*

Profectus (heu!) quam ieiunus?

Aduerſarius. [a] Accuſant noſtri Indorum tarditatem ad capienda myſteria fidei, fruſtra in ijs edocendis tempus teri, denique poſt annos iam quadraginta, ab Euangelij ingreſſu, in tam immenſa turba, VIX QVEMQVAM qui Symboli duo capita intelligat, quid Chriſtus ſit, quid vita æterna; quid Euchariſtia, vel craſsè, agnoſcat: Pecudes potiùs habendos, quàm homines. verùm qui iſtà jactant, reſpondeant mihi quâ diligentiâ iſti erudiantur; recitant illis bis teruè in hebdomada Symbolum & preces, idq; HISPANICO

[a] *Acoſta Ieſ. lib. 4. de procur. Ind. ſalute cap. 3.* *Stupenda imo ſtupida Indos Catechizandi conſuetudo.*

SPANICO IDIOMATE; iubentur denique Hiſpanica hæc diſcere, quorum nè ſyllabam quidem intelligant, & pronunciant ridiculè. Vulgaris tamen & tritus doctrinæ tradendæ iſte eſt modus, vbi exquiſitiùs res agitur: Sacerdos ſermone Indico compoſita quædam in Catechiſmi formam recitat, cum tamen ipſe linguæ Indicæ prorſus eſt infans; quod-ſi peritus ſit, quod rarum eſt, tamen myſteria fidei neque explanat, neque verò ſatis nouit: quis verò VNQVAM Catechiſta rationem Auditorum exegit? Denique perindè Indis doctrina traditur, atq; cum à Mẽdicis, ſtipis colligendæ causâ, precationes aut verſus aliqui cantillantur, qui illud tantum ſpectant, vt dicendo ipſi ad finem vſque perueniant carminis: vtrum verò Auditores vel attendant vel delectentur, pecuniâ IAM accepta, non admodùm curant. TOTA igitur catechizandi RATIO VMBRATILIS, & Ludicræ ſimilis. *Hactenùs Ieſuita, quem cum lego, ſubit mihi illud apud A. Gellium (quod in Catechiſtas & Catechumenos præclarè conuenit) cum vnus loquitur quod alius non intelligit, ſimile eſſe ac ſi* Alter hircum mulgeat, alter cribrum ſupponat. *At in eo, inquis, efficacia Miniſterij cernitur*, quod vſq; ad animam penetrat: quod eſt conuertens animas. *Dixti. at. Aduocatus.* [d] Verè quidam noſtrum ſcripſit Pater, NON videri ſibi ad Indorum horum ANIMOS PENETRASSE EVANGELIVM, ſed ad SPECIEM TANTVM receptum: negari enim non poſſit, quin ſi intimis ſenſibus radices egiſſet, copioſos manifeſtóſque fructus cerneremus, quid enim potentius verbo Dei? quid ad immutandos homines efficacius? [e] Mihi ſanè monſtri ſimile ſemper eſt viſum, inter tot millia Indorum, Chriſtiano nomine donatorum, tam eſſe rarum, qui Chriſtum agnoſcat, vt quod *Epheſij olim Paulo de Spiritu Sancto reſponderunt, poſſint hi de Chriſto melius vſurpare. [Neque AN SIT CHRISTVS AVDIVIMVS. *Hoc eſt Indos conuertere ſcz. vinci à me asinos in Mulos, putei in ſyluaſque bruta ignorantia.*

[d] *Idem Ieſuita ibid. cap. 4.*

Indi etiam fideles adhuc Infideles manent.

[e] *Ibid. lib. 5. cap. 2.*

* *Act. 19.*

De

De modo Indos conuertendi.

Aduersarius. [f] Non vi armorum, non pompa verborum, non virtute humana. *Sanè, sed prorsus inhumana. Aduocatus.* [g] Cum audiamus apud Indos tot hominum CAEDES, tot SPOLIA hominum alioqui innoxiorum, deturbatos tot Dominos, possessionibus, & ditionibus suis priuatos; dubitari meritò potest, iure, an iniuria hæc facta sint; timeo nè vltra res progressa est, quam ius fasque permittebat. *De facto confidenter, de iure autem loquitur hic Aduocatus hæsitanter & timide nimis, quandoquidem* [h] Quis non videat, quam implacabile Christiani nominis odium apud Barbaros excitetur; quam graue & immedicabile SCANDALVM; tota res ista vergit in obstinatam quandam inuidiam, & ODIVM FIDEI, & certam perniciem hominum. Christus, quod non debet, tributum soluit, nè scandalizet: nos nullo modo, debitas terras, si spoliemus, vexemus, prædemur, nullumnè iustum timebimus scandalum? res ipsa satis clamat per se, omninò verum est, quod S. Gregorius scribit: Qui fidem asperitatibus propagari volunt, suas, non Dei causas probantur attendere. *Et tamen.* [i] Hispani Indos multos contra ipsorum voluntates baptizarunt. *Sed huius zeli, ignei nimis, qui potissimum Autores extiterunt? Orator Parisiensis loquatur, vos Patres Iesuitæ parumper attendite.* [k] Arnoldus in Synodo Parisiensi omnem tyrannidem Hispanorũ apud Indos solis Iesuitis ascribit. *Quod si verum est, Conuersionem in India vestram efficacissimam merito agnoscimus: cum satis iam constet, vos primùm gladium oris in os gladij, adeoque antiquam Indiam in nouam Hispaniam, peregrinos & hospites in hostes, denique Dominos regionum ipsos Indos viuos in mortuos conuertisse; bella hæc, & plane bellica conuersio. cum vim armorum videmus, de pompa verborum non est magnopere laborandum, en verò etiam pompam verborum, sed mutorum.* [l] Proderit iam plurimum, ritus & signa, & omnem externum cultum diligenter cura-

[f] *Costerus & Bell. supra.*

[g] *Franciscus de Vict. Relect. 5.*

[h] *Acosta Iesuita quo iam supra lib. 2. cap. 4.*

Conuersi ore gladij.

[i] *Ibid. lib. 6. cap. 3.*

[k] *Gallo-Belgicus hist. Tom. 2. lib. 10.*

[l] *Acosta quo supra.*

re; his quippè delectantur & detinentur homines ANIMALES. [*Neque enim prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale.] *Scripturæ ſenſum pernertis, & cauſam veſtram ſubuertis; nam animalis homo per victum animali proprium non in ſpiritualem conuertitur, ſed (vt verè dicis)* Animalis homo detinetur. *Iam verò Conuerſorum Indorum (conuerſionis argumentum expeditiſſimum) vultum nobis & expreſſam effigiem proponite.* [m] Quidam hoc noſtro tempore, habentes zelum Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, Indos ad Baptiſmum venientes indiſcriminatim admiſerunt, nulla facta inquiſitione de vita & moribus, imo nulla, aut pene nulla, ijs tradita doctrina, de vita & moribus neceſſariò ſeruandis; ſed hoc ſolo contenti, quod propoſitis fidei articulis, credere ſe reſpondeant, velle ſe baptizari. reuocare eos ab hoc errore debuit illud Chriſti, [Nolite ſanctum dare canibus.] [n] Notitia quædam tenuis Indis offertur, vt vel facilè repudietur; vel ita recipitur, vt non pernicioſiùs deſeratur. *Quid ita?* Simulatoriam ſanctitatis ſpeciem præferunt, non colunt Deum ſerio, nec credunt ad Iuſtitiam. *Videtis quomodo, conuerſi Indi veſtri homines adhuc animales, vel potius animalia, viz. vel propter manifeſtam impietatem* Canes; *vel propter* ſimulatam ſanctitatem *Simij appareant? Poſtremo, nè viros Pontificios Primos Indorum Apoſtolos eſſe Arbitremur, obſtat quod.*

[o] Quædam nuper in India inuenta ſunt ANTIQVA hominum Chriſtianorum millia. *Et.* [p] In India Orientali Luſitani reliquias CHRISTIANORVM inuenerunt. *Ita vt in hoc negotio poſt Apoſtolum Thomam Græca Eccleſia primas tenuerit.* [q] Socotorium Inſula, in circuitu millia paſſuũ fermè centum, tota incolitur ab ijs Chriſtianis, qui MVLTIS ABHINC ANNIS, Catholicis Sacerdotibus orbati, nihil habent præter nomen: hi Chriſtianos ſe eſſe gloriantur, & S. Thomam Apoſtolum ſanctè colunt, quod ſe oriundos prædicant ab ijs, quos ille in hiſce locis Chriſto peperit. [r] Neque deſunt qui S. Thomam Apoſtolum in Sinas penetrâſſe confirment, magnumque eorum numerum

*1. Cor. 15.

[m] *Andreas Vega opuſc. de Fide & operibus qu. 3.*

[n] *Acoſta lib. 1. de procur. Indorum ſalute cap. 2.*

Græci Epiſcopi Indis primi poſt Apoſtolos, fidem prædicarunt.

[o] *Oſorius hiſt. lib. 3.*

[p] *Staplet. lib. 1. de autorit. Script. cap. 14. §. 5.*

[q] *Xauerius Ieſ. lib. 1. Epiſt. 1. & lib. 2. Epiſt. 10.*

[r] *Lib. 2. Epiſt. 3.*

rum ad Christi fidem conuertisse: nam, PRIVSQVAM LVSITANI Indiamin suam redegissent ditionem, GRAECA ECCLESIA eò mittebat Episcopos, qui Christianos, S. Thomæ, ejúsque Discipulorum opera propagatos, tuerentur. Cum primùm igitur Lusitani Indiâ potiri cœperunt, vnus EX GRAECIS EPISCOPIS, quos dixi, affirmâsse fertur, se cognouisse ab alijs Episcopis, quos in India inuenerit, S. Thomam Sinarum fines ingressum Euangelio diuulgato Indigenas plurimos Christo peperisse. *Hanc igitur Conuersionis gloriam Græci vobis facilè præripient. Hæc de Indis. Vos etiam, nescio quid, de Indæis mussitatis. Aduersarius.* [f] Millia Iudæorum Romæ singulis annis conuertuntur, & baptizantur. *Aduocatus.* [t] Non quod non sit omnibus optandum, vt Iudæi omnes resipiscant, sed quod quidam ex ea re gloriæ suæ consulant, nec ea viâ pelliciunt, quâ oportet, nec pellectos ea docent, quæ veri sunt Christianismi. fit igitur, vt pro scelerato Iudæo, sceleratiorem habemus Christianum, cuius rei Hispania testis esse posit: & sunt, qui nouo exemplo armis Christianos faciunt, sed religionis ampliandæ prætextu, suis opibus, suæque ditioni consulentes: huic confine est, quod Monachorum nonnulli faciunt, qui partim actu, partim studio pietatis, sed absque iudicio, quos possunt, ad suæ vitæ institutum pelliciunt, præsertim quos augurentur sibi futuros vsui; ac miro astu rudi simplicique ætati insidiantur, quæ nondum nouit neque se, neque veram Religionem.

[f] *Bell. quo supra §. Deniq;.*
[t] *Erasmus annot. in Matth. 13.*

CAPVT. XIX.

Hypothesin alteram intueamur.

[a] *Costerus supra.*
[b] *Bell. quo supra.*
[c] *Greg. Valent. Ies. Analys. lib.*

A *Duersarius.* [a] Hæretici nostri temporis armis agunt, mortem minitantur. [b] Olim in Ecclesia Apostolica per homines contemptibiles externâ specie trahebantur homines ad fidem. [c] Hoc Apostolus intelligi vult. 1. Cor. 1. *cap. 6.*

1. [videte, fratres, vocationem veſtram, qui non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles.] revincit hoc argumentum Proteſtantes. *Spectatum admiſſus, Lector; cum audis à viris Pontificijs Ieſuitis & Cardinalibus aut crudelitatem aliis ebijci, aut nobilitatem? Proteſtantes ij, qui Eccleſiam collapſam ad antiquam ſuam integritatem reſtituere conabantur, quales, obſecro, homines fuerunt? an ex nobili proſapia oriundi? Aduocatus.* [a] Vndè habent Lutheranı Lutherum ſuum, Pomeranum, Bucerum, Menium, Munſterum, Muſculum, Miconium, Occolampadium; Martyrem, Ochinum? nonnè Ex MONASTERIIS? *At (vereor vt Pontifex veſter Cardinales veſtros perſtringat.* [c] Sicut Chriſtus paupercs & idiotas elegit, & ſimplices: ſic Antichriſtus aſſumet aſtutos & diuites. *Secundo, dicite, Proteſtantes quam breui tempore, quantos in prædicando progreſſus fecerint.* [d] In Septentrione ferè toto magna facta eſt à Romana Eccleſia diceſsio. *Hæc Confeſſio impudentiam te, Bellarmine, vel tantum impellet: quomodo inquis.* [e] Obijcium Proteſtantes doctrinam ſuam ideò à Deo eſſe, quia tot populos tot prouincias, tot regna tam breui tempore occupare it. Si ita licear philoſophari, magis nunc mirabimur Mahometi Alcoranı in magna orbis parte tam facilè diuulgatum eſſe. *Iocus. vel ita argumentari licuit, vt dum ſi licuit, tum Proteſtantibus Hypotheſis ſua concedenda erit; non, tam ſuperior tua Thesis delenda. Tertio loco expedendum eſt, vtrum illa certior an magis contra arma, vt dicerem;* [f] Inquiunt noſtri Iuriſdictionem ſuam in Pontificum decretis ſumlatam crudeliſsimè exercent: vnam Romanam Eccleſiam, quæ (vt dicunt) errare non poſsit, ſibi fidei ſcopum præfigunt, non aliud quærendo expoſtulantes, quam ſi credat in Romanam Eccleſiam; quod ſi quis opinionem ſuam defendere conetur, mox iratis buccis reſpondent, non eſſe illi negotium cum ſcholaribus ad Cathedram, ſed cum Iudicibus ad tribunal. Cum hæreticis, inquiunt, NON ARGVMENTIS, & Scripturis, SED IGNE & faſciculis decertan-

[a] *Bell. præf. in lib. de Monach. §. Sed quid.*

[c] *Greg. Pont. Monarch. lib. 13. in Iob.*

[d] *Acoſta Ieſ. lib. de nouiſſ. cap. 2.*

[e] *Bell. Orat. in Sabb. Rome in fine tract. De bonis operibus in partic. §. Habent. Efficacia doctrinæ Proteſtantium.*

[f] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 96.*

Diſputatores Romani argumenta ferrea, & igneaſpirant.

decertandum esse. Major veteris Ecclesiæ mansuetudo, debent Hæreticũ per sacras Scripturas conuincere. *Genus, ergo, illud vestrũ arguendi Mahumeticum est, quippe.* [i] Mahumetes, ne in mala suscepta causa cedere cogeretur, omnem disputationis aditum lege suis edita præclusit. *Lex quoque vestra, instar illius Draconicæ, non atramento scripta, sed sanguine. etenim.* [k] Non impunè licet eorum placitis contradicere, aut libidini resistere, nisi quis paratus sit Martyrium subire pro Christo, hoc est, cremari pro Hæretico, quemadmodum Hieronymus Sauanarola Theologus & Propheticus vir olim apud Florentium exustus est. *Et quot, quæso, myriadas Martyrum in Belgia, Anglia, Gallia, Hispania, igneus zelus vester deuorauit? Deum precor, nè statuat vobis tanta scelera: Ecqua tandem reformationis spes subest?* [l] Dictu mirum est quas nostri tragœdias excitent, si quis contra quorundam commentitias propositiones audeat hiscere: non-nunquam Euangelica doctrina aùt supprimenda est, aut ad eorum arbitrium detorquenda. [m] Episcopi, qui debent Ecclesiæ corruptelas tollere, videtis quàm pauci nobiscum sunt; & quàm terrenam faciem potentis (*Pontificis*) extimescunt. at, si verum fateri volumus, aptiores pauperes quam abundantes iudicio sunt faciendo quod horum diuitiæ timorem, istorum paupertas libertatem afferat. *Deniq;* [n] Si super-esset Tertullianus non impunè isthoc diceret, nam quas tragœdias ob similem causam, cum hæc adornaretur editio, excitatas vidimus, cum Germani negarent se quorundam expilationes diutiùs laturos; & alias indignitates per eos, qui Maiorum suorum SIMPLICITATE abusi, vicissim GLADIOS & FASCICVLOS MINARENTVR; cum potius deberent pugnare gladio spiritus, qui est verbum Dei? *Hac arte (id est, Marte) fides Romana iamdiù propugnata atq; propagata fuit: his armis exuti, quid aliud quam laruati Milites eritis?* [o] Eo sane loco hæreses (*Protestantium dogmata orthodoxa significas*) sunt, vt non tam arte, & industria, quam Alexandri gladio eorum nodi gordij dissolui debeant; magisq; Herculis

[i] *Melchior Canus locis Theol. lib. 3. cap. 2. in principio.*

[k] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 61.*

[l] *Erasmus annot. in Matth. 24. 5. & ca. 11.*

[m] *Conc. Basil. Patres vt refert Aeneas Syluius de gestis istius Conc.*

[n] *B. Rhenanus in Arg. in lib. Cert. de Præscript.*

[o] *Stapletonus epist. dedic. de opere Iustificat.*

culis claua, quàm Apollinis lyra mitigari videntur. *ah, quam athletice miles hic Pontificius, & bilioſus ſenex! Clauo Petri diffidens, clauam Herculis ſibi arripit.*

Veram Efficaciæ cauſam vtri magis teneant, Pontificij, an Proteſtantes?

[p] *Bell. quo ſupra.*

Aduerſarius. [p] Efficacia doctrinæ eſt nota veræ Eccleſiæ, quia VERBVM DEI eſt conuertens animas: hac Romana Eccleſia demonſtratur. *Demonſtratur eſſe omninò, ſed nouercalis, non materni ingenij. Aduocatus.* [q] In Rom. 10. [Fides ex auditu, auditus verò verbi Dei.] vbi ergò verbū negligitur, nec auditur, fidem ibi perire, & labefactari neceſſe eſt. & HODIE (proh dolor!) OMNIBVS LOCIS cernimus, vt ad tempora appropinquare videamur, de quibus Dominus. [*] [Putas filius hominis veniens, fidem inueniet, in terris?] qualiter in HAC TEMPESTATE legatur ſacræ Scripturæ canon, ſatis eſt manifeſtum, vbi ex indeſuetudine & indeuotione Miniſtris Eccleſiaſticis ſacra in faſtidium venerunt. [r] Manifeſtum eſt ex Apoſtolo Coloſ. 3. & Eccleſiæ ANTIQVAE PRAXI, quod vſus Scripturas legendi PVBLICVS Populo concedebatur. [s] Atque hoc eſt in diuina Scriptura omninò mirabile, neminem eſſe tam omninò rudem, & imperitum, qui ſi humiliter legat, non multa illic vtilia, veraque intelligat. [t] Ad cuius lectionem non ſolum Theologi, ſed ommes homines, pro data ſibi facultate obligantur. *Et tamen.* [u] HODIE piaculum exiſtimant *(Pontificij)*. Sacras Scripturas vulgari lingua legi. [x] HODIE merito lamentari poſſumus, cum Propheta. [Paruuli petunt panem, & non ſunt qui frangerent ijs.] *Deſinite, itaque vos efficaciam verbi iactare, per quos factum eſt, vt non modo non efficax verbum, ſed (dum eſt ſub aliena lingua, tanquam modio poſitum) nè verbum quidem eſſe poſſit.*

[q] *Epiſt. Eſpenſ. comm. in 1. Tim. digreſſ. lib. 2. cap. 11.*

[*] *Luc. 18.*

[r] *Epiſt. Eſpenſ. com. in Tit. 2.*

[s] *Acoſta Ieſ. lib. 3. de Chriſto Reuelato, ca. 20.*

[t] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 100.*

[u] *Eraſmus in Indice operum Hieron. qua perierunt.*

[x] *Epiſt. Eſpenſ. comm. in Tit. 2.*

CAPVT.

Caput. XX.

Nota Decima. 1. *quoad Theſin.*

Aduerſarius. [a] Decima nota eſt Sanctitas vitæ Auctorum, ſiue primorum Patrum noſtræ Religionis: ſi quis enim conſideret Magiſtros Eccleſiæ Patriarchas, & Prophetas, deinde Apoſtolos, tum Doctores, qui contra ſingulas hæreſes dimicarunt, denique Inſtitutores Religionum, inueniet omnes Sanctos, Caſtos, pios fuiſſe. *Diſertè nugaris: eò enim maximè incumbis vt notas Eccleſiæ proprias, perpetuas, omnibuſque fidelibus perſpicuas, ac infallibiles nobis exhibeas: Hæc verò externæ ſanctitatis nota (niſi per verbum regulata) nec ita propria eſt, vt ſolis Catholicis; nec ita perpetua, vt ſemper; nec ita publica, vt palam; nec ita, denique, infallibilis vt neceſſariò conueniat.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13.*

1. *Non propria, quia.*

Aduocatus. [b] Donatiſtæ tam SANCTITATEM profitebantur, vt Eccleſiam eſſe negarent, vbi boni commaculantur cõmunione malorum. [c] Decipiebant ſeipſos CATHARI Hæretici, qui haberi volebant ALIIS SANCTIORES, deſpicientes alios; quique propter munditiem Catharos ſe nominabant, gloriantes de ſuis meritis. [d] Eſſæi erant Iudæi moribus, Hypocritæ mente: qui, vt Ioſephus tradit, nuptias reſpuebant, & diuitias, ac bona ſua cum Socijs communicabant; veſtitum nullum, niſi veterem, & attritum induebant; non niſi continentes in ſuam Societatem admittebant; deprehenſos in peccatis deturbabant; ſine vlla fœmina per ſeculorum millia (incredibile dictu) gens æterna, in qua nemo naſcitur. Eſſæi quaſi ὅσιοι, id eſt, SANCTI vocati. [e] Anabaptiſtæ quid non agunt, vt fidem mutuam, & charitatem ſeruent? ſuos alunt, veſtiunt,

[b] *Alphonſus de Caſtro lib. aduerſus Hæreſes, Tit. Eccleſia.*
[c] *Tolaſſanus lib. 13. de Rep. cap. 1.*
[d] *Carolus Sigonius lib. 5. de Rep. Heb. ca. 11.*
[e] *Coſterus Ioſ. Apolog. part. 3. cap. 8. §. Hem.*

ſtiunt, omnia vitæ neceſſaria miniſtrant; communem vitam, & (vt ipſi putant) APOSTOLICAM agunt.

2. *Non perpetua.*

Etenim, ſiuè præteriti temporis memoriam repetere libet, vel futuri fatalem quandam apoſtaſiam præſagire, hæc nota vtrinque vacillat: quid fuit? Aduocatus. [f] Maximam Dioclesiani perſequutionem, quam noſtri paſsi ſunt, à Deo immiſſam refert Euſebius propter deprauatos Chriſtianorum mores, MAXIME verò Eccleſiaſticorum, qui inter ſe certantes, tyrannidem potiùs quam Sacerdotium ſapere videbantur. *Quid erit?* [g] Antichriſtus futurus erit callidiſsimus, & varijs artificijs vterur ad homines decipiendos, principio eos, qui ſtudebunt pietati & religioni, capiet ſpecie & SIMVLATIONE SANCTITATIS CASTITATIS ABSTINENTIAE, PIETATIS: Antichriſtum fore Hypocritam teſtatur Hippolitus. [h] Erit in eo compoſita ad decipiendum SANCTITATIS SIMVLATIO, quæ ſolet homines parùm cautos externâ ſpecie vehementèr allicere; erit enim vel primus eorum, qui in hypocriſi loquuntur mendacium, habentes ſpeciem quandam pietatis. *Vtrum his notis Pontifex Romanus viuis coloribus depingatur, ſalutis communis plurimùm inter eſt accuratè diſcernere.*

[f] *Platina de vita Marcellini.*

[g] *Pererius Ieſ. comm. in Dan. lib. 14.*

[h] *Acoſta Ieſ. de Temp. nouiſſ. cap. 20.*

3. *Non Conſpicua.*

Aduocatus. [i] Certum eſt ex operibus ipſorum hominum, qui nos docent, NON POSSE COGNOSCI doctrinam, cum opera interna non videamus, externa autem ſunt communia vtriſque, & propterea comparantur veſtimentis OVIVM, quibus Lupi quoque ſe tegunt: itaque Dominus, quoniam ſciebat NON POSSE diſcerni doctrinam ex opere, cum ſæpè mali bona doceant, ſic monuit, [* Quæ dicunt facite, ſecundùm autem OPERA ILLORVM

[i] *Bell. lib. 5. de lib. Arbit. cap. 10.*

[*] *Math. 23. 3.*

LORVM NOLITE.] *Vſque adeò nota non publica; vt vel in vno latère potuerit.* [k] Tametſi Eccleſia membra plurima ſint mortua, & impia, non amittit tamen Sanctæ nomen, quandiù eſt vnus Sanctitatem animo colens, retinet ſanctitatem, quæ tempore paſsionis Chriſti in SOLA ſacratiſſima VIRGINE viguit. [l] NON ineſſe dixi, quia Apoſtoli alij Sancti erant; ſed VIGVISSE, nempè QVOAD EXTERNVM IVDICIVM. *Ergo cauſa cadit.*

[k] *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Eccleſ. §.* Cœtus igitur.

[l] *Idem in Apolog. part. 3. cap. 2. §.* Erras.

4. *Non infallibilis,*

Adnocatus. [m] Vbi agitur de periculo animæ, nihil virorum ſanctitas facit, vt eſt apud * Gratianum in hæc verba, Alios ita lege vt QVANTALIBET SANCTITATE polleant, NON IDEO verum putem quia ipſi ita ſenſerint: & ibi Gloſſa, Non eſſe conſiderandum quis dicat, ſed quid dicatur; ad quod allegatur * Thomas. *Ergo, vt aduerſus Bellarminum ex Stapletono concludam.* [n] Sancta eſt Eccleſia, at Sanctitas NON eſt NOTA Eccleſiæ.

[m] *Tiraquella li. 4. de pœnis Cauſa 51. num. 16.*

* *Can.* Ego ſoli is *diſt.* Vbi.

* *2. 2. qu. 70. Art. 3. in fine.*

[n] *Staplet. lib. 1. de doctr. princ. cap. 19.*

Dubitationis ſolutio quomodò Eccleſia Sancta dicenda.

Multis modis. 1. *Quoad externam iuſtitiam imputatiuam. Adnocatus.* [o] Quia fideles Chriſti ſanguine loti ſunt. 2. *Ex interna ſanctificatione.* [p] Quia Spiritus Sancti Gratiâ vnguntur. 3. *Parte nobiliſſima.* [q] Quia Chriſtus caput eorum eſt Sanctus Sanctorum. *Sic in conſpectu Dei ſancta eſt. Quomodo etiam coram hominibus vera eius ſanctitatis nota appareat?* [r] Quia fides, qua Eccleſiæ membra inter ſe coaleſcunt, Sancta eſt & ſacra. [s] Vbi manifeſtiùs judicijs deprehenditur SANCTITAS PROFESSIONIS doctrinæ. *Quod eſt notam decimam cum octaua planè confundere. proximo loco à Theſi ad Hypotheſin dilaberis.*

[o] *Aquinas opuſc. Explic. Symb.*

[p] *Ibidem.*

[q] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 9. & Catechiſ. Tridentin.*

[r] *Poſſeuinenſes Ieſ. Theſi 4.*

[s] *Coſterus Ieſ. quo ſupra, & Valent. Ieſ. lib. 6. Analyſ.*

Capvt. XXI.

In Hypotheſi prima, de Proteſtantium vitiis inquiritur. } *ex parte* { *tam Paſtorum, quàm omnium Fidelium.*

Primùm Lutheri cum Diabolo Colloquium exagitant.

Aduerſarius. [a] Lutherus, vt Patrem ſuum eſſe oſtendat eum, qui eſt Rex ſuper omnes filios Superbiæ, dicit ſe à Diaboli doctum, quod Miſſa priuata eſſet res mala; & Diaboli rationibus conuictum aboleuiſſe miſſam. [b] Ab Angelo Satanæ fuit in obſtinatione ſua obfirmatus. [c] Satanæ telis inſtructus ſacro-ſanctum ſacrificium impugnabat. *Præterea, de hoc Lutheri colloquio* Serarius *Ieſuita integrum librum ex profeſſo elucubrauit, qui inſcribitur* De Lutheri Magiſtro. *vt hanc veſtram διαβολὴν, id eſt, Calumniam, facilius obteram atq; contundam, certis quibuſdam quæſtionibus, veluti tormentis, ipſam extorquebo veritatem.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13. Idem Feuardentius in Iac. 3. 15.*
[b] *Valent. Ieſ. Analyſ. Fidei lib. 1. cap. 20.*
[c] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 4.*

Quæſtio 1. Nunquid Luthero rectè vitio datur ſuum cum Diabolo colloquium? minimè. nam.

Aduocatus. [d] Ieſus Chriſtus cum Diabolo multa eſt colloquutus. *Quid Pater & Patriarcha Ieſuitarum Ignatius? Aduocatus.* [e] Id expertus fuit Pater Ignatius in fictitio illo, & Ocvlato monstro, *(loquitur de apparitione Dæmonis)* quod præſens lætitiam illi afferebat, abſens contriſtabat.

[d] *Maldonatus Ieſ. Comm. in Matth. 14.*
[e] *Delrius Ieſ. diſq. Magic. lib. 2. qu. 26. §. 3.*

Quæſtio, 2. An quia Lutherus ignorabat Diabolum eſſe mendacem? non omninò. quia.

Reus. [f] Quaſi ego tres has voculas, [Diabolus eſt mendax,] ignorâſſem, niſi vos Papiſtæ eximij Theologotati monuiſſetis.

[f] *Lutherus in lib. de Miſſa priuata, in loco obiecto. §. Hic reſpondebunt.*

monuiſſetis. *Bene eſt, inquies, Cum itaque nihil Dæmon oppugnat, niſi quod odit: nihil odit, niſi quod ſanctum eſt: iccirco Lutherus, quanto vidit Miſſam priuatam ab iſto Infernali Cerbero arroſam vehementius, intelligere debuit eò ſi vdioſius ſanctiuſque eam eſſe colendam.*

3. *Quæſtio. An quia Dæmon Miſſam reprehendit, proinde ea Sancta videri debet? nullo modo. etenim.*

Aduocatus. [f] Apud Surium liquet DIABOLVM in ſpecie Angelica apparuiſſe, & ſtatim Abbatem, vt MISSAM CELEBRARET, HORTABATVR. *Videtis quibus modis hic infernalis Coluber ſeſe implicat atque inuoluit? Luthero Miſſam tanquam rem execrandam, Deoque abhominabilem obijcit: Idem Abbatẽ ad eam tanquam chariſſimam Dei filiolam exoſculandam conatur pellicere. Non, igitur, Miſſa ſancta cenſenda eſt, quod Satan illam reprehendiſſe magis, quam execrabilis quod eam approbáſſe videbatur.*

[f] *Delrius Ieſ. lib. 4. de Magia cap. 1. qu. 3. §. 5.*

4. *Quæſtio. An omnis Diaboli doctrina Diabolica cenſenda eſt? nequaquam.*

Aduocatus. [g] Cum Dæmon Ieſum vidit, procidit ante illum.] Adorabat Ieſum, non quidem amore, ſed præ timore; & ſicut ſeruus, eius flagellum euadere cupit, clamans [Quid mihi tecum, fili altiſsimi?] In illo Chriſti HVMANITATEM, in hoc eius DIVINITATEM ſignificans. *Animaduertite,* [*] Dæmon credit, & contremeſcit; *Hic etiam credit & confitetur. denq;.* [*] Licet Pater mendacij, tamen aliqua vera profert.

[g] *Tolletus Ieſ. Com. in Luc. 8.*

[*] *Iac. 2. 19.*

[*] *Ozorius Ieſ. tom. 4 Conc. de Deuotione B. Mariæ in fine.*

5. *Quæſtio. Ecquod Satan Argumentum contra Miſſam propoſuit, quod non ſummam continet veritatem?*

Aduerſarius. [h] Dixit Luthero Diabolus, Eſt contra Chriſti inſtitutum vti Sacramento priuatim, & non cum alijs

[h] *Serarius Ieſ. lib. 1. de Lutheri Magiſtro ca. 3.*

alijs communicare. 2, Sacramẽtum populo non ſub vtraq; ſpecie porrigere. 3. Non mortem Domini annunciare, ſed tibi ſoli verba cœnæ demurmurare. 4. in Sacramenti adminiſtratione non prædicare. Sed tu, Luthere *(inquit)* Miſſator nunc annos quindecim hæc feciſti, & ne ſemel quidem in tuis Miſsis prædicaſti. Quid ad hæc Lutherus? os habet, & non loquitur. Cum Catholicus reſpondiſſet ad primum, Non neceſſarium eſſe Euchariſtiam alijs edendam porrigere: ad 2. nullam eſſe ſub vtraque ſpecie adminiſtrandi neceſsitatem. ad 3. ipſam Sacrificicij actionem eſſe mortis Dominicæ annunciationem. ad 4. Sacramentum poſſe ſine prædicatione adminiſtrari. *Sic reuera pſeudocatholicus reſpondiſſet, non verus. quia ad 1. Aduocatus.* [i] Ex inſtituto Chriſti fideles communicabant. [k] Poſt etiam tempore Apoſtolorum communicabant. [l] Et conſuetudo contraria à Proteſtantibus iure reprehenditur. *Ad 2.* [m] Communio à Chriſto, fateor, ſub vtraque ſpecie erat inſtituta. [n] MANDAVIT etiam Chriſtus vt poculum ſimiliter omnibus porrigeretur. [o] Quo neglecto, Sacramentum Chriſti ſacramentaliter NON ſumitur: quia, [p] Vi præcepti vtrumque eſt neceſſarium. *Ad 3. ea non eſt perfecta, & per viuam vocem animata annunciatio.* [q] Ridiculum eſt parietibus inſuſurrare quæ ad populum pertinent. *Ad 4. Quis poteſt & non vult vnquam in adminiſtratione Sacramenti prædicare, ſacrilegæ perfidiæ conuincitur, nec enim olim hic ſtupor veſter inualuit, qui ait.* [r] Auditio Miſsæ eſt præferenda auditioni verbi. *quia,* * Paſtoris munus PRAECIPVVM eſt verbum prædicare. *Quid ad hæc Lutherus? Reus.* * Diabolus eſt mendax, cuius mendacia callidiora ſunt & inſtructiora quàm animus humanus aſſequi poſsit; ſic adoritur vt ſemper deprehendat aliquam ſolidam veritatem, quæ negari non poteſt; adeò ſpecioſè fucat ſuum mendacium, vt fallat cautiſsimos, vt cogitatio illa, quæ Iudæcor percuſsit, [Tradidi ſanguinem iuſtum:] hoc Iudas negare non potuit, ſed hoc erat mendacium *(Quid molitur, quid machinatur Satan animaduertite)* vt ergo deſperandum ſit de

[i] *Eraſmus*
[k] *Maldonatus Ieſuita.*
[l] *Caſſander de his vide ſupra lib. 1. cap. 78.*
[m] *Bell. lib. 2. de Miſſa cap. 9. §. Tertio probatur.*
[n] *Ianſenius Concord. cap. 131. pag. 903.*
[o] *Durandus 4. cap. 53.*
[p] *Cardinalis Cuſanus Epiſt. 2. ad Bohemos*
[q] *Rhegino.*
[r] *Azorius Ieſ. Inſt. lib. 7. ca 7. §. Decimo quæritur.*
* *Multi, vide ſupra lib. 1. cap. 20.*
* *Lutherus tract. de priuata Miſſa.*

de gratia Dei. Ergo, bone Frater Papiſta, non mentitur Dæmon cum accuſat, ibi enim habet duos inconuincibiles teſtes graues, Legem Dei & noſtram Conſcientiam. *Certe, nam illa diaboli propoſitionem maiorem, hæc minorem confirmat.*

Queſtio vltima. An Lutherus tandem de Diabolo diuinam victoriam reportârit? Omninò.

Aduocatus. [f] Sanctus Bernardus in acerrimo conflictu cum Diabolo, Fateor, inquit, non ſum dignus, nec meritis meis poſſum ego regnum obtinere cœlorum: cæterum Dominus meus Chriſtus duplici jure illud poſsidet, hæreditate Patris, & merito paſsionis. *Haud aliter Reus.* * Non poſſum negare me peccâſſe, ſed ibi mentitur Satan, quòd vltra vrget vt deſperem, vt Cain: Confeſſus quidem ſum coram Diabolo (lege Dei conuictus) me peccâſſe vt Iudam; ſed verto me ad Chriſtum cum Petro, Chriſtum inuoco, in Chriſtum credo, qui omnem horrendam damnationem damnauit, qui meum peccatum deleuit per ſanguinem ſuum: de hoc non dubito, in hoc baptiſmum accepi, & Sacramenta ſigilla diuinæ gratiæ, &c. *Idem infeſtiſſimus* Negges's *Bernardum & Lutherum adoritur, in hoc priuatæ miſſæ, in illo propry meriti opinionem oppugnat: vtrique (nam ille,* Fateor, *inquit; hic* Confeſſus ſum, *inquit) peccati Confeſſionem extorquet, vt vtrumque in veniæ deſperationem rapiat, enimuero ad ſolum Chriſtum, tanquam ſacram anchoram vterque adhæreſcit. Vtrique igitur non tàm ignominiôſum eſſe poſſit, ſermones cum Satana commiſcuiſſe; quam gloriôſum diuino auxilio ſtrophas eius profligâſſe: cum tamen aliqui Pontifices veſtri (ſi qua hiſtoriis veſtris habenda eſt fides) non colloquium modò fecerunt, verum etiam firmarunt cum Diabolo Compactum.*

[f] *Autor in vita S. Bernardi.*

* *Lutherus quo ſupra.*

Calumnia. 2.

Aduerſarius. [t] Talis fuit Lutherus, vt de eo ſcribit Geſnerus vt niſi ſibi per omnia conſentientes ferre neſciat,

[t] *Bell. quo ſupra.*

tantus fuit Lutheri fastus. *Vel tanta potius humilitas, vt Reus.* * Sunt qui gaudent se Lutheranos appellari, non sic, ô fatue, non sic, taceatur nomen meum, à Christo Christianus appelleris: nam quis sum ego fœtidus vermium saccus, vt? &c. *Nec hoc solum.* * Clarè & disertè testati sumus, vt si (*Papistas significat*) non cogerent nos ad articulos palàm impios ac blasphemos, nos bona ex parte eorum iurisdictionem episcopalem defensuros, sed reuerenter & simplicitèr ad eorum pedem prostratos, & in causa publica æquissima petentes, nos ad satanica mendacia sua cogere volunt: ALTO FASTV me despiciebant, quod indulgentias eorum (bullæ enim erant) diffidassem. *Causa igitur hæc in Luthero zelum, in Pontificijs fastum arguit.*

* *Lutherus vide supra lib. 1. cap. 8.*

* *Lutherus tract. de Missa priuata.*

3. *Calumnia.*

Aduersarius. [b] Lutherus in disputatione Lipsiæ habitâ (vt scribit Cochlæus) exclamabat, hæc causa, inquit, nec propter Deum cœpta est, nec propter Deum finietur. *Quorsum, Bellarmine, testem illum maledicum, nè dicam* * *maledictum, nobis obtrudis? cui nos saniores iudicij testem Bellarminum opponimus. Aduocatus.* [c] Neque alia doctrina, inquit Lutherus, in Ecclesia tradi, aut audiri debet, quam PVRVM VERBVM DEI, hoc est sacra Scriptura. *Qui autem verbo Dei, is* * *Deo ipsi adhæret. Coclæus Lutheri dicta profert, quæ male audiendo, peius verò narrando possunt pessimè deprauari: Bellarminus scripta Lutheri producit publicis consignata monumentis; cui potiùs credendum sit, quis ambiget?*

[b] *Bell. quo supra*

* *Vide infra in Nota 14.*

[c] *Bell. lib. 4. de verbo Dei ca. 3.*

* *Ioh. 8. 47.*

4. *Calumnia.*

Aduersarius. [a] Lutheri vita fuit incesta. [b] Erat ille perinsignis meri-bibulus. *Aduocatus.* [c] Lutheri vita omnium hominum consensu probatur: id non leue præjudicium est, tantam esse morum integritatem, vt nec hostes reperiant, quod calumnientur. *Facile equidem credo quia Roffensis Lutheri*

[a] *Campianus Ies. Rat 3.*

[b] *Seranus quo supra. lib. 2. cap. 8.*

[c] *Erasm. in Epist ad Thomam Card. Eboracensem.*

Lutheri Antagoniſta acerrimus nunquam illi notam aliquam turpitudinis aſperſit, ſed Lutheropiè monenti. [a] Quantò (*inquit Lutherus*) rectiùs faceremus, ſi primùm orationibus, imò totius vitæ mutatâ ratione Deum propitium faceremus? *Piè aſſentitur.* [a] Nemo qui ſapit ſententiæ (Luthere) tuæ refragabitur.

[a] *Apud Reſenſem art. 34.*
[a] *Ibidem.*

5. *Calumnia.*

Aduerſarius. [c] Orbi notum eſt quam falax fuit Beza, qui publicatis poëmatibus paidaſtrias ſuas celebrare non erubuit. [f] Galliæ probrum, Simoniacus, Sodomita, omnibus vitijs coopertus. *Erat. Erat, ſed dum in volutabro veſtro miſer hæſerat. Aduoc.* [g] Inter Religioſos excucullatos Monachos præferrimus Lutherum, Bucerum, &c. Bezam. *Ille Beza igitur, dum Papiſta, hircus fuit, eſto: at orthodoxa fidei ſtudioſus, ſibi à Domino Ieſu præſcripto, à Pontifice verò interdicto, remedio Coniugij vſus, Spiritus Sancti virtute vas ſanctificationis euaſit: fuit Apoſtolus apud Iudeos* Saulus, *factus eſt* Paulus: *non quid fuit, Lupus, ſed quid iam factus, Paſtor ouilis Chriſti, reſpicere debemus.* [*Gratia DEI SVM qui SVM] *Et de conuerſis Chriſtianis.* *Hæc quidem FVISTIS ſed IAM ſanctificati eſtis. *ſed potius quanto Manichæis hæreticis dedecori fuit concepiſſe Auguſtinum Concubinarium, tantæ fuit Catholicis gloriæ, eundem caſtum, id eſt, alium peperiſſe. ita Beza alius inter vos natus, inter Orthodoxos renatus alius fuit.*

[c] *Feuardentius comm. in Iac. 3. & Staplet. in Prompt. Hebd. 3. Quadrag.*
[f] *Coſterus Ieſ. Apolog. lib. 3. cap. 1.*
[g] *Maldonatus Ieſ. Epiſt. nuncup. in comm. in 4. Euang. in margine.*
* *1. Cor. 15. 10.*
* *1. Cor. 6. 11.*

6. *Calumnia*

Aduerſarius. [h] Ex Proteſtantium libris, ſi calumnias, & conuitia tollas, ex maximis voluminibus vix libelli exigui effici poſſint. *Aduocat.* [i] Mirificè mihi placet votum Bezæ, qui hæc: CONVITIIS Eccleſia Dei non ædificatur, quæ cum in VTRIVSQVE PARTIS Scriptis reperiantur, vellem pia CONCORDIA CONSTITVTA omnia combuſta

[h] *Bell. lib. 4. de notis Eccleſ. cap. 13.*
[i] *Gretzerus Ieſ.*

combuſta eſſe. *Equidem miror aut conuitiandi morem tibi Bellarmine diſplicuiſſe, aut etiam hanc Bezæ moderationem placuiſſe (Gretzere) tibi hac enim lege ſancitâ non modò tua, verum etiam Bellarmini, Maldonati, Coclai, imprimis verè Stapletoni tuorúmque Collegarum omnium ſcripta ferè omnia plurimis conuitijs diſtenta atque ſufferta Vulcano vos iamdiu conſecrare oportuit. Donet nobis (precor) Dominus Ieſus eum ſpiritum ſanctiſſimæ Charitatis, qui* * Irasci & non peccare *præcepit: nimirùm nè hominum vitia Conuitijs, quaſi dixeris, cum vitijs, corrigere velimus.*

* Epheſ. 4. 25.

Caput XXII.

Secundo loco Orthodoxæ Eccleſiæ vniuerſæ notam impietatis inurunt.

[a] Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13.

Aduerſarius. [a] Inter Catholicos pauci, inter Proteſtantes nullus eſt bonus. *Quid ita verò?* Lutherus in Poſtilla, Mundus, inquit, nunc deterior, quam in Papatu fuit. eodem modo Smidilinus prædicator, vt totus mundus, inquit, agnoſcat eos non eſſe Papiſtas, nec bonis operibus confidere, nullum opus bonum exercere volunt.

[b] Greg. Valent. Ieſ. Analyſ. lib. 1. cap. 5.

[b] Idem queritur Bucerus de ſuis. *Reſpondeo primò, eſſe dictum hyperbolicum. vide, quæſo, quod profectò etiam vides.*

[c] Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 16.

* Iſ. 2.

Aduocatus. [c] Propheta Eſaias, [* Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & Aſinus præſepe domini, Iſrael autem me non cognouit: a planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt ſanitas.] Dico Prophetas & Apoſtolos ſæpe reprehendere VNIVERSVM populum, QVASI NEMO ſit bonus, cum TAMEM PERMVLTI ſint boni.

2. Reſponſio. Ex hoc ſequitur ſaltem doctores iſtos bonos eſſe.

[c] Bell. hic ſupra.

Aduocatus. [c] Prophetæ & Apoſtoli ſæpe reprehendunt vniuerſum populum & Lutherus, Smidilinus, Bucerus ſuum

ſuum populum grauitér reprehendunt. *Si diſcipuli præfracti, boni non ſunt, tum qui populum ad pietatem erudire ſerio conantur, doctores ipſi ſint boni neceſſe eſt.*

3. *Reſponſio, Paſtorum populique impietas doctrinæ ſanctitati non derogat.*

Aduocatus. [c] Os verè aureum * Chryſoſtomus, non temerè, ait, dico, ſed vt affectus ſum, & ſentio, non arbitror inter Sacerdotes multos eſſe qui ſalui fiant, imò miror ſi eorum aliquis ſaluari poſsit. Sequitur Chryſoſtomum ſuus colloquutor * Baſilius, qui ſui temporis ſtatum exponit, & deplorat: Euanuit, inquit, Sacerdotalis hõneſtas. *Hic etiam tu Bellarmine in tela tua miſerè inuolueris.* [f] Boccatius taxat quidem Clericorum & Monachorum turpitudines: ſed ex hoc NON SEQVITVR, vt propterea Religio & doctrina ipſa falſa videatur. *Addis*, Imò hæc impietas Sacerdotum potius argumentum erit fidei veritatis quæ Romæ colitur; quia nec Pagani, nec mali mores poſſunt illam ſedem ſubuertere. *ſupra* ſanctitas autorũ, *inquis*, eſt nota Eccleſiæ, hic Impietas, *inquis*, eſt argumentum Eccleſiæ. *O mirum hominis ingenium, quod poſſit ex quolibet ligno, etiam ex fungo Mercurium effingere! Sed ſi impietas vitæ ſit apud vos argumentum ſanctitatis doctrinæ, profectò facilè erit infinitis impietatis argumentis probare doctrinam Romanam eſſe Religionem omnium longè ſanctiſſimam. de qua mox plura.*

[c] *Epiſt. Eſpenſ. comm. in Tim. pag. 316.*
* *Hom. 3. in act. & Hom. vlt. ad Hebræos.*
* *Sub finem opuſc. de Sp. Sancto.*
[f] *Bell. Tract. de Indulgentijs in appendice ad lib. de Summo Pont. cap. 22.*

Inſtat Ieſuita.

Aduerſarius. [g] Concedit mundum nunc deteriorem eſſe quam in Papatu fuit. *Quid tum poſtea? Aduocatus.* [h] Apud Apoſtolum [*Auditur inter vos fornicatio eſſe, QVALIS NON nominatur inter GENTES.] Non dicit Apoſtolus, Qualis inter Gentes non eſt, ſed QVALIS NON NOMINATVR. *Quod ſi enim* * Sodoma in Hieruſalem, *ſi in*

[g] *Bell. ſupra.*
[h] *Caietanus comm. in* * *1. Cor. 5.*

[a] Corazin & Bethſaida, Tyre & Sydon, *in iudicio inſurgant? Non igitur doctrina & fides diuina, abſit, ſed humana infidelitas damnatur: denique ſi quæ ſit vis huius argumenti, ea Eccleſiam Romanam maximè concutiet.* [b] Diſſimulari de Indis profectò non poteſt, quam NOBIS ERVBESCENDVM ſit, quod à SATANAE MINISTRIS SVPEREMVR, cum nos ad ſalutares noſtras cõfeſsiones perſuadendas PIGRIORES ſimus, QVAM ILLI ad ſæuas illas ſuas. [k] Et ſanè magno CHRISTIANIS NOBIS OPPROBRIO eſt, Ingam Regem barbarum & Idolis DEDITVM, AB EBRIETATE ſubditum ſibi populum cohibuiſſe. NOSTROS VERO TEMVLENTIAE incrementa tanta feciſſe. Quæ ſpes reſtat infœlicium horum ſalutis, cùm ab ijs venena porriguntur, à quibus eſſet antidotus expectanda. [l] Coniugatorum quoque ADVLTERIA SEVERIVS apud INDOS, QVAM APVD NOS puniuntur. *Etiam.* [m] Iam adulterium, crimen quod apud Ethnicos gladio, apud Iudæos lapidatione puniebatur, neutiquam leue eſt, vtcunque nunc pro ioco ducitur.

[a] *Acoſta lib. 6. de procur. Ind. ſalut. cap. 12.*

[k] *Ibid. cap. 21. & 22.*

[l] *Ibid. lib. 6. cap. 20.*

[m] *Eraſmus de amab. Eccleſ. concord.*

Reſponſio. 4. Aliqui (nam Sanctitatis notam externam exigis) publicè Boni reperiuntur.

Aduocatus. [a] Nihil in Caluiniſtis, niſi Pater noſter, niſi Chriſtus, niſi fides, Iuramentum inauditum: nihil in eorum factis apparebit, niſi Eleemoſyna, niſi temperantia, niſi modeſtia. *Hæc eſt reuera Proteſtantium profeſſio, quam vtinam omnes factis exprimerent.*

[a] *Maldonatus Ieſ. comm. in Matth. 7. 15.*

Reſponſio vltima. Proteſtantium Eccleſia non poſſit non eſſe Sancta.

Aduocatus. [a] In hac cauſa non loquimur de peccatoribus; fœlices nos, ſi nemo Catholicus trangreſſor eſſet legis diuinæ: ſed hìc loquimur de peccatis, quæ VI & DICTA-

[a] *Coſterus Ieſ. part. 3. Apolog. cap. 9. §. Ego*

MINE

MINE RELIGIONIS committuntur. Vera Religio non docet nos aliena inuadere &c. *Eſt hæc tua perquam erudita & ingenua confeſſio, qua & Bellarmini decima nota deletur, & Eccleſia veſtra obfuſcata, & però extincta eſt: quia ex* Dictamine Religionis veſtræ * Mendacij, periurij, homicidij, furti, adulterij, *& nefandæ Sodomitriæ lenocinia profluunt.* ᵖ Proteſtantium dogma, in iuſtificato requiri neceſſario fidem & pœnitentiam; & Iuſtificationem, cum ſanctificatione perpetuò eſſe coniunctam. *Quod qui vere credit & profitetur, non poteſt non omni ſtudio in omnia ſanctitatis officia incumbere. de his vide ſupra. Nota.* 8.

* *Supra in Naſſata 8. cap. 14. 15. & deinceps.*

ᵖ *Bell. & Ioſ. vide ſupra lib. 1. cap. 24.*

CAPVT. XXIII.

Hypotheſis 2.

IN qua Romanæ Eccleſiæ expreſſa effigies depingitur. vt Pontificij, ſi quam voluptatem falſa crimina aliis affingendo ceperint, eam vera ſua audiendo amittant, præſertim hiſtorijs ſuis hac conteſtantibus. In priore loco de Religionum Inſtitutoribus, in ſecundo de moderatoribus agemus. Inſtitutores veſtros alios ſua antiquitas, alios forſan veſtra experientia commendat.

Inſtitutores nobilioris notæ.

Aduerſarius. ᵃ In Inſtitutoribus ordinum Religioſorum noſtris Aduerſarij nihil inuenient niſi nimiam Sanctitatē: Bernardum Sanctum fuiſſe Aduerſarij fatentur, Franciſcum quoque Sanctum. *Ain'* nimiam Sanctitatem? *Sanctum Patronum conſule Patronus.* * Lego aliquem nimis iuſtum eſſe poſſe; * Noli eſſe nimis iuſtus; Lego nimis ſapientem, * Noli altum ſapere: at profectò NIMIS BONVS, aut SANCTVS eſſe NVLLVS poteſt. *Audi etiam Aduocatum.* ᵇ Sunt quibus nihil ſatis eſt niſi QVOD IMMODICVM eſt, ita enim quidam ad inuidiam vſque homines prodigioſis efferunt laudibus, quos moribus exprimere

ᵃ *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 13. §. Iam verò.*

* *Bernardus Epiſt. 19.*

ᵇ *Eraſ. annot. in Matth. 16.*

magis oportebat, quam in immenſum attollere. [e] Nunc videmus dormitari paſsim ad Chriſti doctrinam, ceu craſſam & rudem, pluriſque fieri inter Monachos, quid ſtatuerit Benedictus, aut Bernardus, aut Franciſcus, quam quid is docuerit, de quo vno vox Patris audita eſt [*] Ipſum audite. | Illi ferre non poſſunt, ſi quis eleuet Dominici & Franciſci autoritatem; & nos feremus æquo animo, ſeruos anteponi Domino? *Deinde erat Bernardus Sanctus, fateor: itaque Sanctum, ſi placet audiamus, & ſentiemus profecto Eccleſiam Romanam iamdiu, omnem fere vel vmbram ſanctitatis perdidiſſe. Aduocatus.* [d] Videtur, bone Ieſu, (inquit Bernardus) contra te coniurâſſe VNIVERSITAS CHRISTIANORVM, & illi in perſequutione primi ſunt, qui in Eccleſia tua videntur primatum obtinere. [e] Væ væ, inquit Bernardus, generationi huic! TOTVM CORPVS Eccleſiæ, quò latius eò deſperatius ſerpit hodiè putida tabes hypocriſeos per TOTVM CORPVS Eccleſiæ: nunc impletur illud Iſaiæ. [*] Ecce in pace mea amaritudo mea amariſsima.] Miniſtri Chriſti ſeruiunt Anti-Chriſto, ſupereſt vt de medio fiat dæmonium meridianum. *Hæc & multa alia queritur Sanctus* [*] *Bernardus libertate quidem Apoſtolicâ. at, inquies, ſi hic ſanctus fuit, ſancta eius doctrina quoque fuit, & ſanè fuit, quoad iſtius ſeculi ſtupor & tyrannis ferre potuit, planè ſanctiſſima. Bernardum, igitur, de ratione Concilij moderandi, & in libro de* Gratia & lib. arbitrio, *conſulite, ex quibus duo præcipua Controuerſiarum omnium capita emergunt: in altero ſupremi iudicij autoritatem, in altero humanæ ſalutis neceſſitatem ſummam ponit: in vtriſque ſi Sanctus Bernardus hodiernum papiſmum docuit, ego Papiſta haberi, & eſſe, minimè recuſabo.*

Inſtitutores recentiores, Ieſuitas, ſalutemus.

Aduerſarius. [f] In * Apoc. 9. [Quintus Angelus tuba cecinit, & vidi ſtellam.] Quatuor Angeli, qui præceſſerunt, vt Thomas docet, quatuor ordines Prædicatorum ſignificant:

[*] *Item ibid.*

[*] *Matth. 7. 5.*

[d] *Hugo Card. poſtill. 2.*

[e] *Epiſc. Eſpenſ. comm. in 1. Tim. lib. 3. digreſſ. pag. 374.*

[*] *Eſ. 38.*

[*] *De Conſideratione ad Eugenium.*

[*] *In Epiſt. 91.*

[f] *Ozorius Ieſ. Tom. 4. Conc. de Sanctis, in Concione habita in obitu Patris Ignatij, Fundatoris Societatis. Textus* * *Apoc. 9* [Quintus Angelus.]

per quintum vero intelligitur is, quem Deus miſſurus erat in mundum, cum alia hæreſis orta fuiſſet: quod impletum eſt in Ignatio, & eius ſocietate, cum orta eſt Lutheri hæreſis. *Craſſa hæc eſt Ieſuitæ futilitas, quam Ieſuita alius apprimè dictus retundet. Aduocatus.* [g] In Apoc. 8. [Legimus, & vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei.] ſignificat Angelos ſpiritus habentes quaſi curam vniuerſæ terræ, vt ſuis locis videbimus, vt probatur. &c. *Ad Ignatium redeamus.* [h] Cupiebat Ignatius Loiola omnibus eſſe ludibrio & nudus, ac deſpicatus, & oppletus ſordibus, vt inſanus haberetur, per vicos ambulabat. *Sic de primo Patriarcha Ieſuitarum Ieſuita, interprete autem alio. Aduerſarius.* [i] Hoc erat ſapientiæ. *Cuius hominis iudicium propriè pertinet ad μωμολογίας encomium. Pergit alius.* [k] Nemo dicat, ego ſum Pauli, ego Apollo, ſed ego Chriſti & nos, *Ieſuitas*, SOCIOS dicamus non Ignatij, ſed Chriſti, quod ſumma contentione Ignatius curauit in mirabili viſione, in qua Deus Ignatio abſtracto à ſenſibus Pater ſe oſtendit, Ieſu filio Ignatium præſentem, ſocioſque commendans. quibus Chriſtus ego, inquit, vobis Romæ propitius ero. hæc fuit cauſa cur Ignatius huic Societati potiſsimum nomen Ieſu indiderit, quia eos in SOCIOS Chriſtus admiſerat. [l] De quo ordine D. Vincentius, Deus diligit illum vltimum ordinem, deſignatur in Ieſu, quemadmodum Iacob Patriarcha Beniaminem filium ſuum, eo quod in ſenectute genuerat eum. Inſtitutum virorum planè PERFECTORVM, qui ſolam Chriſti gloriã quærunt. *D. Paulus in extaſi fuit, fateor, ſed cum andijs;* * Paule inſanis? *reſponſo ſano & ſobrio contumeliam repulit.* Non ſum inſanus, nobiliſsime Feſte. *Ignatius verò.* [m] Abſtractus ſenſibus *ſæpè* Cupiebat omnibus eſſe ludibrio, & inſanus haberi. *Cui qui credere maluit, ſimiliter facit atq;* Argiuus *ille de quo Cicero,* * Maluit eſſe inſanus. *Sed iſtis permittamus ſuis frui inſanijs, quarum hoc non-nullum argumentum eſſe poteſt, Iudice Sapientia,* * Os te alienum laudet, non tuum. *Vt enim halitus, ſic cuiuſq; oris laus propria, etiamſi vera adſtantes offendit, ſin falſa excruciat. at.*

[g] *Ribera Ieſ. com. in Apoc. 1. 9.*

[h] *Rabienera Ieſ. de vita Ignatij.*

[i] *Greizerus Ieſ. in Apolog. lib. 5. cap. 2.*

[k] *Ozorius Ieſ. quo ſupra & iſtius libri pag. 161.*

[l] *Ibid. pag. 166.*

* *Act. 26. 25.*

[m] *Ieſuita iam ſupra.*

* *Prou. 27. 2.*

[a] *Gallo Belgicus Tom.2.lib.10.*

Aduocatus. [a] Curia Pariſienſis Ieſuitas inſatiabilis ambitionis & auaritiæ accuſabant, eos ad ſummas opes peruenire, coniurationes pluſquam Catilinarias exercere: nec ſeculares, nec religioſos ad ſocietatem ſuam, ſed infames quoſcunque & ſceleratos admittere, Ordinarijs obedientiam ſubtrahere, multas in vtraque politia rebelliones, & ſchiſmata inducere, magis ad Eccleſiæ deſtructionem, quàm ædificationem facere, ideoque tam à Curia, quam à Sorbona eſſe eiectos. *Huius generis alia* [*] *ſupra. Ego nunc ad Indos veſtros tranſeo. Aduerſarius.* [b] Hoc noſtro ſeculo in Novo ORBE millia Gentilũ Catholici conuerterunt. *Qualia arma fuerint, quibus Indos Catholici veſtri conuerterunt,* [*] *diximus: quales iſti Catholici conuerſores fuerint, Ieſuita teſtis oculatiſſimus penecillo ſuo delineabit.* [p] Expende omnia ſubtiliter, inuenies tam TENVIS & INOPIS MESSIS apud Indos potiſsimam cauſam in eo eſſe, quod diuinis & occultis quidem, ſed iuſtis cõſilijs, antiquis gentibus prædicatores fuerint prædicatione ſuâ digni, cum NOSTRI tàm ſint PLERIQVE INDIGNI, vt longè plus euertant ac diſsipent, quam ædificent atque plantent. [q] Equidem certus ſum, ſi Euangelij introitus in has regiones is extitiſſet, quem Euangelij conditor maximè docuit, non alios iſtius progreſſus futuros fuiſſe, quam quos in primâ & Apoſtolica Eccleſia legimus. &c. [r] Recte & prudenter ſcripſit Polus rerum Indicarum prudens indagator, tribus de cauſis tam multo tempore tam modicum promouiſſe Euangelium: primum, quod EXEMPLA PRAVA NOSTRORVM hominum fidem prædicationi Euangelicæ derogarint: deinde, quod in cognoſcendis extirpandiſque erroribus ſuperſtitioſiſque opinionibus nullam Prædicatores operam collocarint. &c. [s] O quot ita miſere corruere! vt merito* vlulare debeat abies, cum viderit altiſsimas & nobiliſsimas cedros Libani cecidiſſe. [t] Preclarè vero ageretur cum rebus Indorum, ſi Sacerdotum ea ſaltem modeſtia eſſet, vt non ſolutioris vitæ licentiã quærerent, neque enim laqueos Diaboli effugiunt FOEMINARVM

[*] *Cap.18. & alibi.*

[b] *Bell.lib.4.de Eccleſ.Milit. cap.7.*

[*] *Supra cap. 18. & 19.*

[p] *Acoſta Ieſ. lib.4.de ſalute Indor.cap.4.*

[q] *Ibid.lib.1. cap.18.*

[r] *Ibid.lib.4. cap.5.*

[s] *Ibid.cap.13.*

[*] *Zach. 11.*

[t] *Ibid.cap.15.*

CON-

CONSORTIVM. [A Sacerdote vſque ad Prophetam omnes auaritiæ ſtudent]ait ſermo diuinus, quid verò de Aleatoribus? populare eſt in Sacerdotum domo ludendum, Inſomnes nocte ſacra peragunt, idque tam cursim, vt mirum ſit eos pictas chartulas pro ſacris paginis non referre. Non inuehor equidem, neque maledicendi animo iſta depromo; ſed cogor vicem noſtram dolere, qui fabula & LVDIBRIVM ſumus vicinis noſtris: Collapſa eſt ſcholaſtica diſciplina omnis, idem & Sacerdotes, & Præſules, & Monachi actitamus. [u] Sæpè quos Paſtores beneficentia, & fide ſentire oportuit, hos ſæuos Lupos miſeri Greges experiuntur. [x] Et ſolent plurimùm Indorum conuerſionem retardare peſsimi exempli mores. [y] Non alia ex cauſa Mercatores negotiantur, vel Iudices præſident, vel Sacerdotes plerumque euangelizant, quàm ſpe argenti, & auri; argentum & aurum ſi ſe ſubducit ex oculis, omnium ciuilis & Sacerdotalis concurſus breui euaneſcit; & quò charitas non inuitauit animarum, auri ſaltem cupiditas ineſcauit; & quemadmodùm olim incredulitas Iſraëlis ſalus fuit Gentium, ita nunc Chriſtianorum auaritia Indorum vocatio facta eſt. *Hæc & multa alia acerbè dolenterque queritur veſter Ieſuita, & ad extremum, præ animi dolore, quaſi notam hanc tuam, Bellarmine, lachrymis diluiſſet, addit.* [a] Illud multum à [*] B. Auguſtino commendatum in catechizandis rudibus documentum accuratè ſeruetur, vt admoneantur ij, qui fidem ſuſcipere parant, né religionem noſtram ex noſtris hominibus metiantur, ſed ex ipſius potiùs ÆQVITATE, & SANCTITATE.

quæ eſt Proteſtantium in hac cauſa accurata defenſio.

[u] *Lib.1.cap.11.*

[x] *Lib.2.cap.18.*

[y] *Lib.3.cap.18.*

[a] *Acoſta quo ſupra.lib.2. cap.18.*

[*] *Lib. de Cate. Catechizandis Rudibus cap. 25.*

CAPVT

Caput. XXIIII.

Moderatores Ecclesiæ in Dominos & Ministros, id est, in ipsos Pontifices, & viros Pontificios disputamus.

[a] *Bell. supra.*

Aduersarius. [a] Magistri Religionis pij, casti, sancti fuerunt. *Fuerunt, fatcor, & quidem sanctissimi, at (heu!) fuerunt: vt enim in typis iam vrbs Romana ædificiorum, & murorum; ita Ecclesia Romana dogmatum & morum faciem nouam, & veteri doctrinæ & sanctitati dissimilem representat. de Opinionibus supra: nunc morum vultum deformem, & horridum intueamur. Aduocatus.* [b] Iohannes 23. erat tam dissolutæ vitæ, vt vulgus existimaret eum negare vitam æternam. [c] Iohannes 12. erat venator, lubricus, & incorrigibilis. [d] Homo ab adolescentia omnibus probris & turpitudine contaminatus; vni Cardinali nasum, alteri manum abscindebat, sceleratissimus, vel monstrum potiùs. *& tamen* [e] Hic erat Pontificum omnium *(nisi)* Fere deterrimus. [f] Bonifacius 7. sacrilegus & homicida erat, tyrannidem exercuit, obstante Cardinale optimo, quem oculis priuabat: [g] Bonifacius 9. Bonifacio octauo nomine & fraude par: ([h] Sub quo, per Indulgentiarum venditiones, viluit Sacerdotalis autoritas) Si Bonifacij dicendi sunt, qui pessimè faciunt. [i] Benedicti simulachrum horridum & monstrosum post mortem apparuit, causam dicens, quia, inquit, sine lege & ratione vixi. [k] Innocentius 7. ante pontificatum prædecessorum ignauiam carpebat; ipse Pontifex eorum vestigia sequutus, Romanos, eius negligentiâ, Reipublicæ consulturos, ad Lodouicum nepotem suum, tanquam ad carnificem mittit, à quo statim necantur, & è fenestris deijciuntur. Innocentius 8. Papa pius, & veluti Inter alios sydvs, &c. filium suum Franciscum & filiam Theodorinam Nothos ex sceleste concubinatu satos præter rationem multo munere cumulatissimos

[b] *Bell. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 14.*
[c] *Franciscus de vict. Relect. 2. Prop. 23.*
[d] *Platina in eius vita.*
[e] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 29.*
[f] *Platina de eius vita.*
[g] *Laurentius Valla orat. de Donat. Constant.*
[h] *Platina in eius vita.*
[i] *Platina de horum vitis.*
[k] *Ibidem.*

cumulatiſsimos reddidit. Paulus 2. (fuere qui dixerunt) priuſquàm publicè prodiret, faciem ſibi fucis concinnaret. *Mitto* [l] Honorium, [m] Cœleſtinum, *& alios hæreticos:* [n] Hildebrandum, [o] Sylueſtrum 2. *& alios Necromanticos.* [p] Iohannem 12. [q] Eugenium 4. *& alios* rebellitèr viuentes. *Satis eſt quod intelligimus in* Bonifacijs, Benedictis, Paulis, Innocentijs *veſtris, Bonifacios, Benedictos, Paulos, Innocentes deſiderari. Inſtas. Aduerſarius.* [r] Hæreſiarchis vnum eſt commune vitium ſuperbia. *quorſum hoc; niſi ne quis forte hoc vitium Pontificibus veſtris proprium eſſe ſuſpicetur?* Nam *Aduocatus.* [s] Clemens quintus in pompa coronationis carbunculum vnum pretij ſex millium à tiara ſua amiſit. [t] Ego ſpectaui Romæ Iulium 2. tales, tanquam ſplendidos agentem triumphos, vt cùm Pompeianis, & Cæſarianis conferri poſſent. [u] Paulus 2. publice prodiens mitram gerebat, in qua multæ opes erant, coëmptis omne genus pretioſis lapidibus, inſpici ab hominibus voluit, & admiratione haberi: toruis me oculis aſpiciens, Pontifex ſum *(inquit)* mihi licet pro mei animi arbitrio aliorum acta reſcindere, aut reprobare. [x] Et iam Romani Pontificis pompam & faſtum nullus vnquam Tyrannorum æquauit. [y] Vtinam Imperator Lodouice, viueres vt inſpicias horum equos ita phaleratos, ac ſi, deuictis hoſtibus, triumphos agerent. [z] Vtinam qui tantam illis autoritatem tribuunt, poſſent quoque dare cæteras priſcorum virtutes. *Ita* [a] A Petri veſtigijs degenerarunt. [b] Alioqui, ingenuè fateor, nemo Chriſtianus eorùm autoritatem impugnaſſet. [c] Quamobrem dico & exclamo (neque enim metuo homines Deo fretus) neminem mea ætate fuiſſe fidelem diſpenſatorem, imò Papa ipſe pacatis populis bella infert, opes alienas ſitit, & ſuas exſorbet, nulla ſanctitas, nulla Religio, nullus Dei timor, &, quod horreſco referens, omnium ſcelerum, impij homines à Papa ſumunt excuſationem. *Spes tamen boni maior eſſet, ſi malum ſuum intelligere vellent,* ſed [d] Non licet impune eorum placitis reſiſtere, niſi quis paratus ſit, martyrium pro Chriſto ſubire. *Aliorum autorum*

[l] *Canus locis theol. lib. 6. cap. vlt.*
[m] *Alphonſus de Caſtro lib. 1. hæreſ. cap. 4.*
[n] *Benno Card.*
[o] *Martinus Polonus in Cronic.*
[p] *Franciſc. de Vict. Relect. 2.*
[q] *Conc. Baſil. vt refert Æneas Sylu.*
[r] *Bell. ſupra.*
[s] *Platina in eius vita.*
[t] *Eraſmus annot. in Act. 3.*
[u] *Platina in eius vita.*
[x] *Agrippa lib. Vanit. cap. 61.*
[y] *Platina de vita Greg. 4.*
[z] *Eraſmus annot. in 2. Cor. 10.*
[a] *Platina de vitis Iob. 10. & Bonifacij. 7.*
[b] *Feruus com. in Math. 16.*
[c] *Vall. a quo ſupra.*
[d] *Agrippa quo ſupra.*

teſtimonia conſultò prætereo, nam omne cœnum male olet, hoc (ex hiſtorijs) commoue & ſenties odorem.

Doctores Pontificij.

[d] *Bonifacius Pont.* [e] *Grauamen Nationis Germanicæ. 7.* [f] *Stella comm. in Luc. 10.*

[d] *Aduocatus.* Olim Sacerdotes aurei habuerunt ligneos calices, nunc calices aureos habent lignei Sacerdotes. [e] Eccleſiarũ regimina Romæ minùs dignis cõmittuntur, qui ad mulos, magis quam ad homines paſcendos, regendoſq; ſunt idonei. [f] Vtinã Epiſcopi noſtri doctos ſimul & probos homines mitterent, qui in ſermone & opere plurimum valerent: non mittunt niſi qui marſupium exhauriant, totum ſanguinem ebibant, de animarum ſalute nihil ſunt ſolliciti: quam quæſo, rationem redditurus eſt Epiſcopus, qui cum ipſe Romæ ſit, Ouile eius ſit in Hiſpania, aut in Flandria, omnium ſumptibus opipare viuens, nec per Quemquam populum paſcens.

[g] *Eckius hom. 2. de feſto Stephani.*

[g]. NOSTRATES Prælati ordinem inuertunt Apoſtolicum, dum ſpiritualia grauiora, quam quæ ſubeant rati, in Pontificalibus ſuffraganeorum, in Iudiciali Officialium, in abſoluendis Pœnitentiariorum ope vtuntur, in prædicatione Monachum, neſcio quem præferunt, in alijs ſpiritualibus vicarios habent: ſin qua in re de cenſu & temporalibus agitur, res hæc AD DOMINVM noſtrum Epiſcopum referenda eſt.

[h] *Epiſcopus Eſſenſe. com. in Titum.* [i] *Idem lib. 6. tract. ſerm. 10.*

[h] Quomodo illud Hieremiæ apud eos impletur? [Paruuli petierunt panem, & non erant qui frangerent ijs.] [i] Vtinam vulgus Eccleſiaſticum comederet hunc panem ſpiritualem pondere & menſura, Ezech. 4. & non contabeſceret in iniquitate ſua, verum lex perijt à Sacerdotibus: recitant pro hiſtoria fabulas, pro ſerijs ioca, pro veritate mendacia, pro virtute fidei portenta Dæmoniorum. *Hoc paruum eſt, quamuis immane.*

[k] *Valla in Declarat. Donat. Conſtant.* [l] *Stella comm. in Luc. 23.*

[k] Sileo quam ſæuus, quam barbarus ſit frequenter Sacerdotum dominatus. [l] Sacerdotum Principes tradiderunt Chriſtum Pilato Gentili, ille reſpondit [Non inuenio culpam.] at nunc (proh dolor!) multoties videmus, quod IVSTIVS AGITVR IN FORO Laicali,

Laicali, quam Clericali: nam Male-factores in curia politica puniuntur, in Eccleſiaſtica abſoluuntur: *Hoc quoque (quamuis intolerabile) parvum eſt.* [m] Fertur Diabolus duas habuiſſe filias, Auaritiam, atque Luxuriam, illam Iudæis, hanc Ethnicis locaſſe: nunc vero Clerici noſtri VTRAMVIS viris ſuis eripuerunt. *Hoc etiam parvum eſt.* [n] Sacerdotes multi ſacras Virgines ſtuprant, vitiant viduas, &, quod ego ſcio, & vidi Platonica lege, cum popularibus ſuis fœminas communes proſtituunt: & quorum animas debent lucrari, eorum corpora ſacrificant Diabolo. [o] Exiſtimo ſiqua inter Dæmones, qui aëra incolant, ludorum genera exercentur, eos exprimendo CLERICORVM cultu, faſtu, luxu, exerceri, & hoc ſceneici luſus genere maximè delectari. *Hoc tam horrendum malum minus luctuoſum videretur, ſi quæ ſpes eſſet admittendi remedium. at heu!* [p] Deſperata eſt ſalus Romanæ Eccleſiæ: de qua verificatur dictum Eſaiæ, [Erit cubile Draconũ.] [q] Quæ ad eum ſtatum venit; vt non ſit digna regi, niſi per reprobos. [r] Arnulphus quidem Romæ impuriſſimos Clericorum mores videns, ſi ſanctus Petrus, inquit, reſurgeret & vitam veſtrã reprehenderet, ei minime parceretis: qui omni ſpurcitia pleni plebem præcipitem agitis in Infernum. *Quid ſit?* [s] Hic Sanctus monitor erat interfectus à Clericis. *Hoc olim.* [t] Hac noſtra ætate vitia noſtra eò creuerunt, vt vix vllum miſericordiæ diuinæ locum nobis reliquiſſe videantur: quanta nunc ſit Sacerdotum auaritia, quanta libido, quanta ignorantia ſui-ipſius, tum doctrinæ Chriſtianæ, quam parua Religio, & ſimulata potius quam vera, quam corrupti in ſecularibus mores ſint, quid attinet dicere? vbi tamen publice proteruoq; peccant, acſi inde laudem quærerent, veniet mihi credite, vtinam ſim falſus vates! veniet Turcus hoſtis nomini Chriſtiani infeſtiſſimus, qui Italiæ iam claſtra pulſat. *Noli quæſo, (mi Platina) male ominari, adeſt Concilium Tridentinum, quod pro autoritate poſſit & fortaſſe pro voluntate velit his malis omnibus mederi:* Optandum magis, *inquies*, quam ſperandum, *certè. nam* [u] Conc. Tridentinum

[m] *Hugo Cardinalis in quadam Gloſſa.*

[n] *Agrippa lib. de Vanitat. cap. 64.*

[o] *Valla declam. de Donat. Conſtant.*

[p] *Durandus de Conc. Tit. 27. & 32.*

[q] *Card. Alliaco de Reform. Eccleſ.*

[r] *Platina de vita honorij.*

[s] *Ibidem.*

[t] *Idem de vita Marcellini.*

[u] *Epiſcop. Eſpenſ comm. in Tit. 1.*

dentinum reformationem profitebatur, verùm poſt tot annos NIHIL OMNINO emendatur, ſed OMNIS reformationis SPES ablata eſt, cum tot annorum centenarijs vrbem nobis deformiſsimam reliquerint: vbi ſub ſole maior malorum omnium licentia, clamor, impuritas, ne dicam, inſania, & impudentia? talis & tanta, vt credat nemo, niſi qui viderit; neget nemo, niſi qui non viderit: miſſam faciam omnium temporum ab Hieronymi vſque ſeculo queremoniam: Eccuius fuit hoc diſtichon?

Viuere qui ſanctè cupitis diſcedite Roma,
Omnia cum *liceant, non licet eſſe pium.

*Id eſt, Venalia proſtent.

Certè quidem Theologi, & Monachi, & quidem Itali Mantuani: & auſus eſt homo, nihil minùs quam Lutheranus, idem alijs verbis comprehendere, Petri domus marceſcit luxu. *Hæ trabes, Bellarmine, oculis veſtris eripiendæ erant, priuſquam Proteſtantibus (ſi cùm his comparentur) feſtucas ſuas exprobâſſes. Nullinè enim Lutherani boni; qui, né mali eſſent, Babylonem veſtram deſeruerunt?* [a] ACCVSANDI ſunt NOSTRI, qui inani titulo inflati, eoque ad dominatum & auaritiam abutentes hominibus *(Proteſtantes vult)* NÓN MALIS, huic Eccleſiaſtico ordini detrahendi, & ab eo DEFICIENDI occaſionem dederunt. *Eccleſiarum Pontificiorum & Proteſtantium ſuccincta hæc & luculenta collatio, vtra ſit ſanctior; ex formali cauſa ſanctitatis, demonſtrat*

[a] Caſſander lib. conſult. art. 14.

Antecedens.

Aduocatus. [b] Ea Eccleſia neceſſariò ſancta non eſt, ex qua, EX DICTAMINE RELIGIONIS SVAE, ſanctitas ipſa tollitur, vt ſi doceat aliena rapere.

[b] Coſterus Ieſ. lib. 3. cap. 9.

Aſſumptio.

At duo ſunt Religionis Romanæ Dictamina, quæ vt corporis ſanitati, ita animæ ſanctitati ſolent plurimum officere, In malis palpandis præſumptio, & in curandis expellendiſque imprudentia:

prudentia : illud ante, hoc poſt peccatum, vtrumque egregiè præſtant Pontificij. Ante : Dictamen Romanæ Cathedræ eſt huiuſmodi. [a] Peccatum veniale non eſt contra legem Dei, ſed præter legem : cuius generis ſunt hæc : [c] Non bene ſanctificare Sabbatum. [b] Conuitium aliquod ex ira etiam cum deliberatione iniectum. [c] Etiam ex animi paſsione volitio vindictæ. [d] Etiam ſtulti-loquium, ſcurrilitas, riſus immodicus, non ſunt contra legem Dei, ſed venialia. [e] Venialia autem omnia poſſunt SINE POENITENTIA remitti. *Vah quanta quantilli facitis? quæ Sancti Patres tanquam* Caput Serpentis conterere, tanquam filios* Babel ad ſaxa collidere, tanquam* vulpeculas vineam deſtruentes de medio tollere ſerio monent : ea vos tam venialia peccata facitis, vt (ceu non omninò peccata)* ſinè pœnitentia remittantur: *hoc veniale peccatum, ſi ſemel tanquam furunculus intromittatur, præſertim vbi Dominus, ſine pœnitentia, in vtramq; aurem dormiat, facile aditum, quaſi maioribus latronibus, peccatis mortalibus patefaciat :* * Proteſtantes hæc omnia mortalia eſſe definiunt. *Secundò, Poſt peccatum : ſalutis humanæ intereſt, tanquàm poſt factum naufragium, ſecundam tabulam pœnitentiam arripere, cuius partes duas hæc vna ſententia complectitur :* * Præterita peccata plangere, & plangenda deinceps non committere, *id eſt, pro peccatis præteritis vere conteri, & ſtudioſe cauere de futuris. In vtroq; ex dictamine Romanæ Eccleſiæ pernitioſè erratur. De plangendis peccatis dictamen primum.* [f] NON tenetur QVILIBET (*at Sp. Sanctus,* [*Nunc igitur] *omne nunc exigit*) STATIM poſt peccatum CONTERI, etiamſi recordetur ſæpiùs commiſſi peccati. *Secundum.* [g] Contritio TENVIS, remiſſa, puſilla, imperfecta (Proteſtantes contra) ſufficit ad delendum peccatum. *De futuris cauendis.* [h] Fieri poteſt aliquandò vt ſola deteſtatio peccati *(præteriti)* SINE PROPOSITO FORMALI NON PECCANDI de cætero ſufficiat ad gratiam conſequendam. 4. [i] Martyrium SINE POENITENTIA peractum ad Iuſtificationem ſufficit. 5. [k] In ieiunio *(quod ſolet, vt antidotus aduerſus peccatum adhiberi)*

[a] *Bell. lib. 1. de amiſſ. Grat. cap. 11.*
[c] *Toll. Ieſ. in Inſtruct. Sacerd. cap. 25.*
[b] *Lib 5 ca. 9.*
[c] *Lib. 3. cap. 13.*
[d] *Stapletonus lib. 3. de doctr. princ. cap. 7.*
* *Tolletus quo ſupra lib. 3. cap. 3.*
* *Gen. 3. 15.*
* *Pſal. 137. 9.*
* *Cant. 2. 15.*
* *Ieſuitæ paſſim fatentur.*
* *Ambroſius & Auguſtinus.*
[f] *Tolletus Ieſ. lib. 6. Inſtruct. cap. 5.*
* *Ier. 26. 13.*
[g] *Ieſuita ſupra lib. 1. cap. 63.*
[h] *Suarz. Ieſ. Tom. 4. in Thom. diſp. 4. §. 3. Aſſert. 2.*
[i] *Vega lib. 6. de Iuſtific. cap. 36. & 37.*
[k] *Tolletus Ieſ. quo ſupra lib. 3. cap. 4.*

Ieiunantes abstinentes à quibusdam cibis, tamen CIBIS ALIIS VESCI POSSINT. *Vel* [l] Excusari à ieiunio possint operarij, Concionatores, Lectores, Confessionistæ, & qui non possunt reddere vxoribus debitum. *Vel* [m] Possit Confessarius pœnitenti imponere pœnitentiam (*Apostolus autem*, [*] *vnusquisq; portet onus suum*) PER ALIVM IMPLENDAM: vt, nimirùm, vnum pro alio ieiunare, & bona opera facere. *quæ singula vel recitàsse refutàsse est, à quibus (nam istius contritionis, resipiscentiæ, temperantiæ Christianæ spiritus ipse quasi suffocator) Protestantium nullus est, qui non penitùs abhorreat. his adiungamus*: Importabile [n] negligentiarum (hem lapso calamo) Indulgentiarum onus, quibus pietas penè extincta est. [o] Videmus dissolutas dispensationes à Romana Curia profectas, vt orbis ferre non possit. *Et tamen*, [p] Nobis Canonici persuadere conantur, penes Pontificem esse autoritatem dispensandi CONTRA ius naturale, imò CONTRA nouum testamentum. *dogma exposuisti: iam huius documentũ aliquod exhibe.* [q] Exempla plura suppetunt, sed pauca quæ à proximis annis sese offerunt, pro omnibus faciunt: Nonnè Ladislaus Polonus, acceptâ in vxorem Beatrice, & tandem, repudiatâ illâ, super-induxit aliam ex Gallis pellicem? Nonnè Carolus 8. Rex Francorum, repudiatâ Margaritâ Maximiliani Cæsaris filiâ, illius sponsam rapuit, & vxorem sibi copulauit, quam eandem poste à Lodouicus 12. repudiatâ sua, sibi consimili toro coniunxit, consentientibus illis & adiuuantibus regni Episcopis & Pontificibus? Quibus visum est pluris facienda iura acquirendæ Britanniæ, quàm iura obseruandi legitimi matrimonij: & hodiè audio, nescio cui Regi persuasum esse, vt liceat sibi iam plus viginti annorum vxorem dimittere, & nubere Pellici. *Hoc igitur Indulgentiarum patrocinium veluti Augeæ stabulum, non aquæ sed Iræ diuinæ fluuio purgandum est. ad conclusionem festinamus.*

[l] *Ibidem.*
[m] *Ibid. cap.* 11.
[*] *Gal.* 6. 5.
[n] *Autor quidam anonymus in fasc. rerum expetendarum.*
[o] *Franciscus de Vict. Relect.* 4. *Prop.* 5.
[p] *Agrippa de Vanit. Scient. cap.* 63.
[q] *Ibidem.*

Conclusio

Concluſio ex Patribus.

[r] Lutherus erat Diaboli diſcipulus: [s] Bucerus Iudæus, Caluinus peſtis Galliæ: P. Martyr ſcorto copulatus ſacrilego connubio. *Reſpondebunt Patroni.* [t] Hic mos eſt *(audite Catholici)* Hæreticorum crimina obijcere Doctoribus, cùm non poſſunt reprehendere doctrinam: [vos *(inquit Apoſtolus)* non ita didiciſtis Chriſtum:] ipſe enim ſuos ſecuros facit, etiam de Diſpenſatoribus malis, vbi dicit, [Quod dicunt facite.] [u] Quis vnquam Catholicorum in diſputatione, Sectarum turpitudinem obiecit ei, aduersùs quem diſputat? *Quæ, ſi fortè nota aliqua ſit, tamen obſcurior eſt interdum, quam vt notari poſſit. quia* [x] Omnes ſpecies iuſtitiæ, quas habet ſeruus Dei in veritate, habere poſsint ſerui Diaboli in ſimilitudine, habet Diabolus ſuos caſtos, ieiunos, Eleemoſynarios: & ſimplices homines, qui boni veri & ſimulati differentiam non norunt, dum quærunt bonos viros, incurrunt in ſeductores Diaboli: *Denique vt ex Auguſtino cauſam hanc definiamus, ſic ille hominem Paganum nuper ad fidem conuerſum inſtituit.* [y] Non neſcias multos, qui appellantur Chriſtiani hæc mala operari, & etiam grauiora: ſed ſi tu hoc animo veniſti, vt ſecurus talia facias multum erras, nec tibi proderit Chriſti nomen, cum venerit ſeuriſsime iudicare, qui prius venit miſericorditer ſubuenire. Cum igitur multos videas, qui non modo talia faciunt, verum etiam defendunt, TENE TE AD LEGEM DEI, & non ſequaris præuaricatores eius: NON enim AD ILLORVM ſenſum, ſed ſecundum ILLIVS VERITATEM iudicaberis. *Hæc eſt vere via* Regia.

[r] *Seranius Ieſ. lib. 1. de Lutheri magiſtro.*
[s] *Coſterus Ieſ. Apolog. Part. 3. cap. 1.*
[t] *Auguſt. Epiſt. 137.*
[u] *Hieronymus lib. 3. Apolog. contra Ruffinum.*
[x] *Chryſoſt. hom. 4. in Math. 3.*
[y] *Auguſt. lib. de Catechizandis Rudib. ca. 25.*

CAPVT

CAPVT. XXV.

Nota vndecima. Miraculorum.

[a] Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 14.

Aduersarius. [a] Gloria Miraculorum est vndecima nota Ecclesiæ. *Theses tres euentilandæ sunt priusquam ad Hypotheses descendamus.*

Thesis prima. de perpetuitate.

[b] Costerus Ies. Apol. part. 3. cap. 9.

[c] Bell. quo supra.

[d] Episc. Estens. comm. in 2. Tim. 3. ex Aug. de Ciuit. Dei, lib. 22. cap. 8.

[e] Stella comm. in Luc. 11.

Aduersarius. [b] Hæc est perpetua nota Ecclesiæ, nullum seculum, nulla ætas hominum miraculis caruit. [c] Singulis ætatibus plurima fuerunt. *Quæ tamen non esse perpetuo necessaria certissimum est. Aduocatus.* [d] Vbi nullus est Infidelis, faciendorum miraculorum NVLLA EST NECESSITAS. *Imo etiam tam non sunt apud Christianos semper necessaria, vt sæpe etiam vel ea non esse sit necessarium.* [e] Crede Euangelio, quod fuit miraculis confirmatum: sed dices, nonne rationi consentaneum est, vt nunc quoque fides confirmetur miraculis? NON, nam nunc quoque DAMNVM potiùs afferrent, quam commodum; etiamsi in principio nascentis Ecclesiæ fuerint necessaria. Puer enim, cum ambulare nequit, adiuuatur vehiculo, quod homini adulto est impedimento. *Hæc luculentè Stella vester: nec minus eleganter ille Magnus.* [f] Numquid fratres mei, quæ ista signa non facitis, minime creditis? sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt, vt multitudo ad fidem cresceret: quia & nos, cum arbusta plantamus, tamdiù eis aquam infundimus, quousque ea in terra coaluisse videamus; & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. *Ex quo patet, nec esse à Protestantibus ad fidem demonstrandam exigenda miracula, nec a Pontificijs iactitanda. de his infra fusius. secundam examinemus.*

[f] Greg. Magnus Hom. 29. in Euang.

Thesis secunda, de Sufficientia.

[g] Bell. quo supra.

Aduersarius. [g] Verum miraculum est sufficiens testimonium

nium veræ Eccleſiæ, ex quo fundamento probamus, eam eſſe apud nos. *Huic Theſi duo maxime aduerſantur, tum veritas Miraculorum in falſis operarijs, & obſcuritas in veris. 1. quia etiam hæretici interdum vera edant miracula.*

Ratio prima.

Aduocatus. [b] Chryſoſtomus, Hieronymus, Euthemius, Thephylactus, probant exemplis, etiam per alios, quam Catholicos, vera miracula fieri: & hoc ipſo loco Math. 7. [Multi dicent in illo die, in nomine tuo eiecimus. &c.] facile colligitur FALSOS illos Prophetas, de quibus Chriſtus loquitur, VERA miracula feciſſe, VERE prophetaſſe VERE Dæmonia eieciſſe; nec enim reſpondet Chriſtus, mentiri eos: ſed ſe eos, quamuis iſta fecerint, non noſſe: nec magnum eſt, ſi moneret nos ne falſa miracula facientibus non crederemus; ſed magnum & admirabile eſt omnino quod monet, ne FALSIS Prophetis credamus, VERA etiam miracula facientibus. Nullum ergo, dicit aliquis, ad probandam veram doctrinam argumentũ ſumi poteſt: Non ſequitur omnino, Nullum; ſed non NECESSARIVM, ſumi poſſe: ſcimus enim Chriſtum, ad confirmandam doctrinam ſuam, poteſtatem faciendi miracula Apoſtolis ſuis tradidiſſe: ſcimus vi miraculorum totum pene orbem ad fidem fuiſſe pertractum, quod qui negant, vt diſputat Auguſtinus, maius ipſi miraculum, miraculo tollendo, faciunt: incredibilius enim tot Philoſophos, tot ſapientes viros, tam paucis Apoſtolis, tam imperitis, tamque incredibilia humanæ rationi prædicantibus, ſine vllis miraculis credidiſſe, quam illa ipſa miracula, quæ ab illis facta narrãtur. Probabile, igitur, fidei argumentum eſt, quod ex miraculis ſumitur, quia per fidem ſæpe; ſine fide raro, fieri ſolent: NEC NECESSARIO demonſtrant Eccleſiam, niſi vbi poteſtas miraculi faciendi ORDINARIA cõtingit. *Bellarminus Ieſuita aſſerit verum miraculum eſſe* ſufficiens teſtimonium veræ Eccleſiæ: *Maldonatus Ieſuita ex Scripturis,*

[b] *Maldonatus Ieſ. comm. in Matth. 7.*

turis, & Patribus contrarium demonſtrat; cui potius credendum ſit qui ambigit, proinde dubitet vtrum conſultius ſit vni, quam multis; nomini quam rationi; homini, quam Chriſto credere. fieri poſſit, vt vera miracula edantur in falſa Eccleſia. quamuis non ad confirmationem hereſis, quàm contra Catholicam Eccleſiam, ſed veritatis, quam cum ea Miracularij tenent.

[i] Delrius Ieſ. lib.2. diſq. Magic. q.7. tom.1.

Aduocatus. [i] Solet quidem Deus hanc gratiam gratuito, etiam perperam de fide ſentientibus largiri, ſed id in veræ fidei probationem; vt quando dedit prophetiam Balaamo & Caiphæ: in falſæ fidei confirmationem nec dediſſe, nec magis dare Deus poſsit, quam poteſt veritas mentiri.

[k] Bell. lib.4. de Eccleſ. Milit. cap.14 § Ad poſtremum.

Verbi cauſa. [k] Nouatianus, cum Iudæum baptizabat, miraculum edidit; ſed non ad Nouatianæ ſuæ hæreſis, ſed ad Catholici baptiſmi confirmationem editum eſt. [l] Etiam Hæretici per ſacra verba, aut nomen Chriſti, aut ſacramenta Chriſtiana expellunt Dæmones; cum autem malum iubentibus Dæmones voluntariò cedunt, cum vero inuiti, in honorem excellentiſſ. Imperatoris Chriſti: talis fuit is, de quo Diſcipuli loquuntur ad Chriſtum: [*Magiſter in nomine tuo eijcit Dæmonia:] cum tamen Chriſtum non ſequeretur. *Non, itaq́, Eccleſiæ vera, niſi quatenus vera fidei, nota eſt.*

[l] Pererius Ieſ. comm. in Gen. cap.7. diſp.5.

* Marc.9.37.

Ratio ſecunda.

Quia quamuis ab Apoſtolis facta miracula ſole meridiano clariora fuerunt, at quæ poſt multa ſecula fiunt lunæ macula obſcuriora: miraculorum ſpecie mirabilia fidem noſtram illudere videantur. age, hunc modum expedi, vel potiùs conſtringe.

[m] Bell. lib.3. de Rom. Pont. cap.15.

Aduocatus. [m] Miracula, quæ operaturus eſt Anti-chriſtus, dicuntur ſigna mendacia, vel ex cauſa efficiente principali, Diabolo, quia eſt Pater mendacij, vel ratione materiæ, quia ſunt phantaſtica, & præſtigiæ, vel etiam-ſi ſint ratione materiæ vera, tamen ratione formæ mendacia ſunt, quia iactabit Antichriſtus fieri à ſe virtute ſupernaturali, & virtute diuina, quæ habent omnes cauſas naturales, LICET NOBIS OCCVLTAS: vel, poſtremò, ratione finis,

nis, quia ad mendacium inducunt. *Deinde.* [1] Quod sit verum miracu-
lum NON CONSTAT nobis certitudine fidei, cui non subesse FALSVM potest & illusio Dæmonis. *Itaq; prauaricaris planissimè. Disputo. Si hæc est nota, quomodo* nobis occulta; si nobis, *id est, Ecclesiæ occulta & ignota, quomodò nota Ecclesiæ? Itaq; Collegis tuis assentiemur, quorum vnus,* [m] Tempore Antichristi DIFFICILE erit discernere vera signa a falsis; vbi multa & magna erunt VERIS SIMILLIMA. *Alius.* [n] Admonemur ne turbemur prodigijs impiorum, quasi illa essent miracula, & diuinæ virtutis testimonia, quia proprium est Diaboli transfigurare se in Angelum lucis, ad circumuehiendos mortales. *Quomodo?* [o] Duo sunt miraculorum genera; quædam huiusmodi, vt non nisi per omnipotentiam Dei fiant, huiusmodi non faciet Antichristus: Alia quæ fieri possint potentia naturalium causarum, operante Dæmone, hominibus IGNOTA; quæ modò INVISIBILI adhibebuntur, & QVASI MIRACVLA EXISTIMABVNTVR: hæc signa vera sunt, ficut illa Magorum vera fuisse arbitratur Augustinus, nihilo-minùs mendacia, quia qui faciet, se ea facere miraculosè virtute diuina falsò profitebitur. *Deniq;.* [p] Aliquandò erit in ECCLESIA DEI maxima deceptio Populi per FALSA miracula. *Ex quo sequitur (si tibi, Bellarmine, credimus) operationem* ignotam, fallacem, & inuisibilem *esse notam vera & visibilis Ecclesiæ:* ἀσύμπτον.

[1] *Ibid. cap. 14. §. Est autem.*

[m] *Acosta Iesuit. de Temp. nouiss. cap. 19.*

[n] *Peterius Iesuit. comm. in Exod. 7. disp. 11.*

[o] *Idem. comm. in Dan. lib. 4.*

[p] *Lyranus.*

Thesis tertia. De necessitate.

Aduersarius. [q] In extraordinaria Missione necessarium est miraculum, quia qui mittitur à Deo per Ordinarium Prælatum, debet ostendere testimonium ordinarij Prælati, nimirum literas eius sigillo munitas: qui verò mittitur à solo Deo, debet ostendere sigillum Dei, quod nihil aliud est quàm miraculum. Ergo Protestantibus non credimus, nisi miracula faciant. *Missio extraordinaria du-*

[q] *Bell. lib. 4. de Notis Eccles. cap. 14*

pliciter accipitur, vel reſpectu ordinis publicè recepti; vel ordinis à Deo recèns inſtituti: ſi poſteriorem intelligis, miracula requiruntur, eoq; faciunt Scripturarum loca, quæ producis, vt Moſis, qui legem nouam tulit, & Chriſti, qui veterem ceremonialem abrogauit. ſed hoc modo Proteſtantes extraordinarij Miniſtri non ſunt, quia non ad Eccleſiam nouam extruendam, ſed ad veterem miſerè collapſam erigendam excitati fuerunt: ſin priôrem velis, Miracula non eſſe neceſſaria, omnium ferè Prophetarum exempla, & ſuperiora Patrum teſtimonia demonſtrant, & exemplo Iohannis Baptiſtæ adhuc dilucidius fiet.*

* Exod 4. Math.10.

Exemplum primum.

Aduerſarius. [f] Obijciunt nobis Proteſtantes Iohannem Baptiſtam. Reſpondeo, 1. Mendacium eſſe quod Centuriatores dicunt, Iohannem à Phariſæis & ſacerdotibus vt hæreticum habitum fuiſſe: 2. erat ille Sacerdos ordinarius: 3. licet nullum factum ſit ab eo miraculum, tamen multa in eo edita ſunt, & magna miracula, natus ex anu ſterili: Pater eius obmutuit, & ſoluta lingua clare loquebatur: Iohannes in vtero exultabat, à puero in deſertis locis vixerat. *Adſingula: primò tu vide, nè ipſe mentiens Centuriatoribus imponas mendacium, nam Iohannem pluſquam hæreticum apud Phariſæos habitum fuiſſe, Scriptura docet. Aduocatus.* [f] In *Luc.7. [Phariſæi & Legiſ-periti conſilium Dei ſpreuerunt in ſeipſos, non baptizati ab eo.] & ver. 11. [Venit Iohannes neque manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis DAEMONIVM HABET] Phariſæi igitur & Scribæ, ſeu legum Doctores, NVLLA-TENVS credebant Iohannem A DEO MISSVM eſſe, ſed in hoc conſilum Dei contemnebant, & interpretabantur Iohannem VIRTVTE DAEMONIS auſteram vitam egiſſe. *Quod ſecundo loco proponis, fuiſſe eum ordinarium Sacerdotem, inſignitèr falſum eſt; quia locus, modus, ritus, omnia in Iohanne extraordinaria fuerunt.* * Matth. 3. [Vox clamantis in deſerto.] [g] NON IN TEMPLO prædicabat, vt

[f] Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit.

[f] Tolletus Ieſ. & alij Interpretes omnes comm. in eum locum.

* Luc. 7.

* Math. 3.

[g] Ianſenius in Concord.

vt EXORDIVM NOVAE legis exordio veteris responderet, Iohannes quoque BAPTIZABAT, in quo docuit legis VETERIS FIDVCIAM DEPONENDAM ESSE. *At nec desertum tùm ordinarius Ministerij locus, nec baptisma ordinarium sacramentum, nec prædicationis (cuius subiectum erat Christi Aduentus) legis veteris ordinaria functio fuit, sed nouæ præludium & preparatio. In tertio multùm hallucinaris, neq; enim in quo sed à quo Miraculum fiat, contendimus: nam etiam in Lazaro miraculũ est editum. ad rem igitur,* [a] In [*] Ioh. 10. [Et multi crediderunt in eum *(Christum)* & dicebant, Iohannes quidem NVLLVM fecit signum.] videtur in hoc verbo duplex argumentũ implicatum esse, alterum est, Iohannes NVLLVM vnquam MIRACVLVM fecit, & illi credimus, multo ergo magis huic *(Christo)* credere debemus: Alterum. &c. [b] Hoc, quod Iohannes NVLLVM signum fecerat, maxime Iudæos illos impellebat, vt ad Christum venirent: Iohannes ENIM, cum tantus erat, NVLLVM fecit miraculum, hic autem multa & magna edidit. Certè igitur, hic maior est Iohanne. *Quo argumento Iudæorum Protestantium argumentum confirmatur, Responsum tuum exploditur, vt & illud etiam quod fingis,* Iohannem à puero in deserto vixisse. *Aduocatus.* [c] Difficile est creditu, nec videtur probabile.

[a] *Maldonatus Iesuit. com. in hunc locum.*
[*] *Ioh. 10. 41.*
[b] *Tolletus Iesuit. in eundem locum.*
[c] *Tolletus Iesuit. com. in Luc. 1. annot. 176.*

Ab Exemplo nono. Argumentum aliud, cuius antecedens propositio:

[a] *Acosta Iesuit. lib. 2. de salute Indor. cap. 2. & 3.*

Iesuitarum ad Infideles Indos adducendos ad fidem (si qua alia) extraordinaria est Missio, 1. à parte mittentis, quia qui eos mittit, Indorum pastor ordinarius non est, sed ne Pastor quidem. Aduoc. [a] Aliqui statuunt Romano Pontifici ius esse in Ethnicos, sed Apostolica voce iamdiù exposi sunt. *Ex* 1. [*] Cor. 5. [Quid mihi cum ijs qui FORIS sunt.] [*] Foris sunt generaliter omnes, qui non dederunt sua nomina Christo. [b] NON TOLLO (inquit [*] Augustinus) Idola Ethnicorum, quia non habeo in illis potestatem,

[*] *1. Cor. 5.*
[a] *Bell. lib. 3. de Eccles. Milit. cap. 3. in princ. & cap. 4. ante finem.*
[b] *Acosta quo supra.*
[*] *Tom. 10. serm. 6.*

HABEO autem cum FVERINT facti Christiani. 2. *Ex parte Missorum. Aduocatus.* [c] Societas nostra eo potissimum instituta fuit, vt in missionibus obeundis, per varios orbis terrarum tractus Ecclesiæ seruiat: hoc est tam PROPRIVM MVNVS, vt nihil magis. [d] In militia enim Christiana duo sunt ordines: vnus eorum qui certo loco decertant, alter eorum, qui per omnia discurrunt, vt omnibus opem ferant: quod militiæ genus tanti in Ecclesia factum est, vt illud Duces nostros summos, id est, APOSTOLOS sibi sumpsisse videamus; sumus nos auxiliares copiæ leuisque armaturæ milites. *Esto, vel etiam, si placet leuissimæ, instar illorum, quos ille se vidisse finxit,* [e] Militum volaticorũ *modo tamen extraordinariæ. At in hac missione Miraculorum Charisma non fuit simpliciter necessarium. Aduocatus.* [f] Religio Christiana, vbi humana præsidia prorsus aberant, diuinis est fundata miraculis: At nostrorum temporum LONGE ALIA EST RATIO; nam ij, qui enunciant Indis Euangelium, sunt antiquitate Religionis, multitudine suorum, ingenio cæterisque copijs ad persuadendum superiores. Deinde QVID magnorum signorum CONFIRMATIONE OPVS est, vbi potius acuta intelligentia desideratur, ad altitudinem doctrinæ nostræ disquirendam? unum illud huic nouo orbi potentissimum, & ad fidem efficacissimum, & PENE SINGVLARE MIRACVLVM necessarium est MORES CVM FIDE CONGRVENTES: hoc ABVNDE SVFFICIT, in hoc signorum argumento explicando [g] Chrysostomus mirifice versatur: Si enim miracula in initio Euangelicæ prædicationis patrata creduntur, certum est, inquit, doctrinam, cui confirmandæ adhibebantur, diuinitus esse profectam: sin autem veritati historiæ iam minùs Gentilis credat, at longe omnibus signis maius est, homines illos paucos, ignobiles illiteratos, omnibus mortalibus exosos, toti orbi persuasisse. NON, ergo, fides, IAM satis firmata, MIRACVLIS NOVIS INDIGET confirmari, quin POTIVS vtilius esse asserit, SIGNIS NVNC CARERE, quoniam maioris

[c] *Acosta Iesuita lib. 5. cap. 17.*

[d] *Idem. lib. 5. cap. 21.*

[e] *Apud Plautum.*

[f] *Acosta lib. 2. de procur. Ind. Sal. cap. 9.*

[g] *Hom. 6. in 1. Epist. ad Cor. in illa verba,* Fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.

ris meriti ſit ſine illis credere. *Quid clarius? ſi enim in Infidelibus conuertendis, tum ſane Chriſtianis corrigendis, & reformandis miraculorum neceſſitatem exigere infidelitatis argumentum eſt: Eadem itaq; Caluini & Chryſoſtomi aſſeueratio.*

Caput. XXVI.

Hypotheſis prima, quæ Proteſtantes vrget.

Aduerſarius. [a] Caluinus Brulæum, mortem ſimulantem excitare voluit: Lutherus Dæmonem pellere, at nihil niſi in doctrinæ ignominiam ſucceſsit. *Profer teſtes.* [b] Lutherus ſemel voluit de quadam diſcipula Dæmonem eijcere, ſed periculum fuit, ne à Dæmone occideretur. vide Staphylum. Rurſum, Nicænum mortuum vanis murmurationibus fruſtra in vitam reuocare tentabat. vide Coclæum. Idem tamen poſt mortem inſigni miraculo claruit: nam eius cadauer in media hyeme, in arca ſtannula optimè clauſa incluſum, cum deferretur, tam tetrum odorem ſpirare cœpit, vt nemo eum ferre potuerit; proinde coacti erant eius corpus relinquere in itinere. vide Coclæum. Etiam Caluinus ſic cum quodã, nomine Brulæo, pactâ mercede ſucceſſu infœlici, egit. Vide Bolſecum. hæc inſerere placuit. *Placuit, cui nihil non placet, quod per fas aut nefas Proteſtantes in inuidiam rapiat. Lutherus atq; Caluinus, vt vnquam miraculum aliquod edere tentarent? Aduoc.* [c] Caluinus in præfat. Inſtit. dicit nos INIVRIAM ijs facere, quod AB IIS MIRACVLVM EXIGIMVS, cum ipſi doctrinam antiquam, & innumeris miraculis ab Apoſtolis & Martyribus confirmatam prædicent. [d] Caluiniani nullis miraculis ſe a Deo miſſos eſſe docent, Baptiſtæ exemplo ſe tueri volunt, quod is præter ordinem à Deo miſſus, NVLLVM MIRACVLVM fecerit. *Reus.* [e] Meminiſſe nos decet, ſua eſſe Satanæ miracula, quæ etiamſi præſtigiæ potius quam veræ virtutes, ſunt tamen huiuſmodi, quæ multos

[a] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 9.*

[b] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 14 §. De noſtri.*

[c] *Bell. quo ſupra. §. Poſſumus.*

[d] *Maldonatus Ieſ. comm. in Ioh. 2. 18.*

[e] *Caluinus præf. in Inſtitut.*

tos deludant, Idololatriam ſtupenda miracula aluerunt, IDEM NOS nunc Aduerſarijs noſtris RESPONDEMVS, vt olim Donatiſtis * Auguſtinus. Dominus contra iſtos Mirabiliarios cautos nos fecit, cùm prædixit fore Pſeudo-prophetas, qui ſignis mendacibus ſeducerent, ſi fieri poſsit, Electos. *Nec ab illo diſſentit Lutherus. Reus.* * Non fidendum eſt miraculis, quæ fieri vel mentiuntur, vel etiam verè prædicant, ſed SOLAE DOCTRINAE CHRISTI, & Apoſtolorum. * Apoſtoli ediderunt ſigna tantùm ad Euangelij confirmationem: poſtea-quam verò Euangelium latè propagatum eſt, & vniuerſo mundo promulgatum, NON EST OPVS porrò MIRACVLA facere. *Præterea perinique facitis, quòd Luthero aut Caluino miracula faciendi conatum affingitis, cùm id poſt tàm longè latéq; propagatum & manifeſtatum Euangelium, nè tentandum quidem eſſe ſcriptis & concionibus publicis vtriq; profitentur. Quid ergo? Aduocatus.* ‡ Stultum eſt credere, de rebus, Autoribus ijs, qui non interfuerunt, potiùs quàm qui interfuerunt. *Et tamen* Vide *(inquis)* Bolſecum, vide Coclæum, vide Staphylum, *Lutheri & Caluini Aduerſarios infeſtiſſimos, quibus (vel ſi decem fuiſſent) nos iure opponimus oculatum vel vnum.* * Hæc nos falſa eſſe nouimus, qui Caluinum intùs & in cute cognouimus. *Quod idem de Luthero Melanchthonius.* * Lutherus honorificentiùs ſepultus eſt, quàm multi Principes. *Neque enim exiſtimandum eſt, Lutherum aut Caluinum feciſſe aut tentâſſe quod noluerint, potius quàm Bolſecum & Coclæum finxiſſe, quod profectò nimis voluerunt. Omiſſis fabulis, quod ſi vultis audire verum, non ex ore inimico, & ad maledicendum conducto, ſed ex fidei Romanæ domeſticis teſtibus profectum, Hypotheſin hanc ſequentem explorate.*

* *Auguſt. tract. 13. in Math. 24.*

* *Lutherus Dom. 2. Aduentus. ex Epiſt. ad Rom. 15. in hæc verba.* vt Vnanimes.

* *Domin. Aſcenſionis Hom. 2.*

‡ *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 14. §. Sed reſpondemus.*

* *Daneus.*

* *Melanchthonius.*

Hypotheſis 2. quatenùs Eccleſiam Romanam Miraculorum nota illuſtret.

Aduerſarius. † Nunc noſtram Eccleſiam demonſtrabimus eſſe veram Dei Eccleſiam ex miraculis, quæ ſingulis ætatibus

† *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 14. §. Vndecimo ſeculo.*

ætatibus plurima & teſtatiſsima fuerunt, vſque ad hoc noſtrum ſeculum, in quo &c. [g] In Eccleſia Catholica ſemper fuerunt. [h] Nullum ſeculum, nulla ætas hominum miraculis caruit.

[g] *Toſſinius de notis verbi Dei. fol.31.*

[h] *Coſtius Ieſ. Apolog. part.3. cap.9.*

Huius defenſionis falſitatem tam { *ſuperioris, quàm poſterioris ætatis experientia redarguit.*

De ætate ſuperiori, quæ tamen, ſi cùm antiquis comparetur, nouiſſima dici poſſit.

Aduerſarius. [i] Etiam in vndecimo ſeculo claruerunt miraculis in Eccleſia Catholica Sanctus Edouardus Rex Angliæ, Anſelmus, Gregorius Papa ſeptimus, & alij: duodecimo, B. Malachias, & B. Bernardus, qui pluribus miraculis claruit, quàm vllus ſanctorum. *Hoc cùm res ipſa tum ratio neceſſariò refutat. Res quia Aduocatus.* [k] Promiſit Chriſtus vt Diſcipuli Dæmonia eijcerent, quam promiſſionem NVLLVM HIS DIEBVS EFFECTVM ſortiri dilucidè cernimus. NEMO enim eſt qui NVNC corporaliter Dæmonia eijcit, aut morbos ſanat, & TAMEN minimè ambigimus, quin plurimi ſint qui FIDEM EANDEM, & æquè magnam cum priſcis fidelibus habeant, nec tamen inanis illa promiſsio fuit, quam NOLVIT EFFICACIAM habere PERPETVAM, ſed pro tempore NASCENTIS, & ADOLESCENTIS Eccleſiæ. *Neſcio an quid dici diſertiùs potuit vel ad calumniam in Proteſtantes, vel etiam fucatam gloriolam veſtram profligandam. Ratio etiam duplex repugnat, priorem raritas Miraculavera faciendi, alterum falſa fucandi inſulſitas docet. Prior. Aduocatus.* [l] Operatio miraculorum NON EST NECESSARIVM argumentum Eccleſiæ, NISI in ea ſocietate hominum, cui ORDINARIA faciendi miracula POTESTAS conceditur. *At hæc poteſtas nec Eccleſiæ Chriſtianæ veteri ordinaria fuit.* [m] In explicando argumento de ſignorum RARITATE mirificè verſatur S. Chryſoſtomus:

[i] *Bell. quo ſupra.*

[k] *Epiſt. Roffenſis de cap. Bab. aduerſus Lutherum cap. 10. part. 4.*

[l] *Maldenatus Ieſ. comm. in Math. 7.*

[m] *Acoſta Ieſ. li. 2. de procur. Iud. ſal. cap. 9.*

nec recentioris Romanæ, vt Epiſcopus Roſſenſis docuit, nec iam præſenti, vt ſectio proxima demonſtrabit. Altera Ratio, quia multa fuerunt ſigna mentita, & à malè feriantibus ingeniosè conficta. Aduocatus. [a] Cæteri Diuorum conſtruunt hiſtorias, piè non-nihil admentientes, ſupponunt reliquias, fabricant miracula, CONFINGVNTQVE terribiles FABVLAS. [b] Quid eos commemorem qui FABVLIS vanis, & MIRACVLIS FICTIS, memoriam eorum, quibus fauent, ſtudent vulgo commendare; nonnunquam ea laudantes, quæ laudatus nec fecit vnquàm nec probauit? & arbitror fuiſſe, qui pium exiſtimarunt animum huiuſmodi fucis ad Religionis ſtudium accendere: ego ſemper execratus ſum hoc Rabularum genus, qui non norunt veram pietatis imaginem depingere, ſed MENDACIIS fallunt diſcipulos eius, qui veritas eſt. [c] Quaſi ſancti Dei homines noſtris mendacijs egeant? [d] Nam Deus nequaquàm noſtro eget mendacio, inquit [e] Apoſtolus. [f] Etiamſi vtantur homines ſigno crucis in ſignis edendis, & ſolis verbis religioſis, tam-etſi ſint ritus & obſeruationes peculiares & determinatæ, & certis horis, ad certum ſitum ſtellarum, ſiue certo numero crucium, & candelarum, ita vt aliter non ſperetur effectum, certum eſt NON eſſe hanc gratiam, ſed MAGIAM. [g] Hæc ad Magiam Dæmoniacam pertinere Theologi ſtatuunt. *Denique.* [h] Aliquandò fit in Eccleſia maxima deceptio populi in miraculis factis à Sacerdotibus, vel eis adhærentibus, propter lucrum.

[a] *Agrippa de Vanit. Scient. cap. 97.*

[b] *Eraſmus arg. in lib. confeſſ. Auguſt.*

[c] *Melchior Canus loc. theol. lib. 11. fol. 333.*

[d] *Acoſta Proœm. ante li. 1. de Salut. Ind.*

[e] *Rom. 3.*

[f] *Franciſcus de Vict. Relect. 12. de Arte Magic.*

[g] *Delrius Ieſ. lib. 2. diſq. Magic. qu. 5.*

[h] *Lyranus.*

CAPVT. XXVII.

Poſteriôris temporis experientia: hîc agitur de Miraculis quæ à Ieſuitis fieri narrantur.

An Ieſuitæ vel nuper fecerint, aut iam faciant Miracula.

Primum.

Aduerſarius. [a] Hoc noſtro ſeculo claruit in Indijs omni genere miraculorum B. Pater Franciſcus Xauerius

[a] *Bel. quo ſupra §. Deniq.*

uerius ſocietatis Ieſu Presbyter. [b] In hunc oculos conijciamus, virum Apoſtolicæ vitæ, cuius tot & tam magna ſigna referuntur per plurimos eoſque idoneos teſtes, vt vix de alio, exceptis Apoſtolis, plura aut maiora legantur. [c] Hic Xauerius erat noui mundi Apoſtolus, innumera patrauit miracula, Dæmones eiecit, cæcos illuminauit &c. *Reſpondeo, Iſtis miraculis fidem dubiam, vel forſan nullam deberi.*

[b] *Acoſta Ieſ. li. 2. de Procur. Ind. Sal. ca. 10.*
[c] *Ozorius Ieſ. tom. 4. Concion. Conc. de obitu Patres Ignatij.*

Primum.

Aduocatus. [d] Non ſatis mihi liquet, an barbaris Indis fides Chriſtiana ita à nobis propoſita fuerit, & annunciata, vt teneantur credere ſub nouo peccato, nam MIRACVLA & ſigna NVLLA audio, nec exempla vitæ adeo Religioſa, imò contra multa ſcandala, & multas impietates: vndè videtur quod Religio Chriſtiana non ſit ijs ſatis commodè & piè prædicata, vt illi teneantur acquieſcere. *Iam ad Thaumaturgum veſtrum Franciſcum Xauerium propiùs accedo, & probo, illa decantata miracula apud viros cordatos, quod eſt*

[d] *Franciſcus de Vict. Profeſſor Regius in Academia Salmoticenſi, in Hiſpania. Relect. 5. Prop. 5.*

Secundum, Nullam mereri fidem.

Aduerſarius. [e] Veritas miraculorum Xauerij conſtat ex Indicis literis, quas ij, qui cum Xauerio verſabantur, hùc miſerunt, ab eo ſurdos, mutos, cæcos eſſe curatos, mortuumque reuocatum ad vitam. *Horum fidem duplici argumento infringam.*

[e] *Bell. quo ſupra.*

Argumentum primum, ex Teſtimonijs.

Aduocatus. [f] Miracula nulla audio. *Mirum ſi tot tamq; ſplendida fuerint, vt vir tantus teſtimonium nullum fide dignum acceperit, præſertim de Indorum iure ex profeſſo doctè accuratéq; diſceptans. Secundò, ſunt mihi ad manum & etiam iam in manibus Ieſuitarum, ipſius etiam Xauerij, de rebus Indicis literæ, doctrinæ, pietatiſque, imò & mirabilium quorundam*

[f] *Franciſcus de Vict. quo ſupra.*

pleniſſimæ, & miraculorum Apoſtolicorum planè inanisſimæ: operæ pretium erit aliqua commemorare, ne aut libros eorum non vidiſſe, aut honoribus inuidiſſe videamur. Aduoc. [g] Infidelis quidam Calumniator Catechumenum recèns conuerſum irridens, latere in caput adácto humi ſtatim proſternitur, percuſſor nullus offendi potuit, itaque non dubitatum eſt, diuinam fuiſſe vindictam. *Rurſus.* [h] Alium maledicum Calumniatorem vitæ Patris Heriquez, qui à Xauerio miſſus erat, Deus hoc probro caſtigauit, vt quoties eloqui vellet, magnâ linguæ parte ex ore exertâ, ita præpediretur, vt intelligi non poſsit. *Rurſus.* [i] Naue euerſa in flumine turbido, alij noſtrùm (eramus numero duodecim) natandi periti periculum euaſere, ego in fundum prolabor, neſcio quomodò emergo, & capite ſuper vndas elato, video me à famulo Paulo ad ripam pertrahi. *Rurſus.* [k] Nos febri correptos Deus ſanitati reſtituit, nullo remedio humano fretos, præter ſtibij potionem, & venæ inciſionem. *Nullum horum omnium eſt miraculum Apoſtolicum, quo ſanabant mutos &c. & tamen hæc ſunt mira, quæ Ieſuita refert omnia. ſecundus hiſtoricus eſt Acoſta, de quo infra in ſectione ſubſequenti. Tertius eſt ipſe Xauerius, is de rebus Indicis Epiſtolas familiares quinquaginta exarauit, plurimas ex illis ad Ignatium Loiolam ordinis Ieſuitarum Patrem primum miſſus, in quibus de ſanatis illis Cæcis, claudis, ſurdis, mutis Xauerius ipſe penitùs mutus prodit:* [l] Hoc modeſtiæ, *inquies*, illius argumentum fuit, non impotentiæ. *At hoc, inquam, reſponſum non ſyncerit atis tuæ argumentum erit, ſed tergiuerſantiæ: quod ex ipſo Xauerio probo. Aduocatus.* [m] In hac Inſula rem vidi incredibilem, & ante hoc tempus inauditam, quam fortaſſe operæ erit precium cognoſcere. Caprum, inquam, vidi lacte ſuo partos alentem hædos, vbere enim, quod propè genitalia vnicum habet, tantum lactis reddebat quotidie, quantum ſcutella capere poſsit. Ego ipſe rem perſpexi his oculis, neque enim aliter vt crederem adduci potuiſſem. *Quo facilius nobis ignoſcere debes, Pater Xaueri, ſi (neq; enim cam vidimus) rem ipſam narranti*

[g] *Nicolaus Pimenta Ieſuita Prouincialis Indiæ Orientalis viſitator. in Epiſt. ad Claudium. pag. 6.*

[h] *Ibid. pag. 119.*

[i] *Pag. 17.*

[k] *Pag. 77.*

[l] *Sic quidem mihi reſpondebat Serarius Ieſ. Moguntiæ cùm eſſem; quo cum tunc eram familiariter colloquutus in Bibliotheca Collegij.*

[m] *Xauerius Ieſ. in lib. 2. de reb. Indicis, Epiſt. 3. ad Societatem Ieſ. Romæ.*

rantì tibi minùs credimus: & vos (Ieſuitæ) agrè ferre minimè oportet, ſi adduci non poſſumus, vt exiſtimemus Xauerium veſtrum ita puerilitèr deſipuiſſe, vt cum Naturæ *miraculum tàm ſtudiòſe expreſſerit,* Gratiæ *ſilentio obruendum putaret; aut vt ſuſpitionem immodeſtiæ effugeret, culpam contraxiſſe perfidiæ. etenim.* * Act. 14. [Tranſeuntes Apoſtoli retulerunt quanta per eos feciſſet Dominus] & * Act. 15. [Enunciantes quanta per ſe feciſſet Deus.] [a] Apoſtoli EXPONVNT SP. SANCTI VIRTVTEM, VT A MVLTIS pro collatâ in Gentes gratiâ, GRATIAE DICERENTVR Deo, & mutuâ fide confirmarentur. de his GLORIANDVM, ſi Dei gloria promoueatur, vt Proximus adiuuetur: non enim ſeipſos commendant, ſed DEI OPERA VT CHRISTVS PRAECEPIT Dæmoniaco.* [Vade & ANNVNCIA quanta fecit Dominus.] & Dauid: * [NARRATE omnia MIRABILIA eius.]

* *Act. 14.*
* *Act. 15.*
[a] *Ferus in illa loca.*
* *Marc. 5.*
* *Pſal. 104.*

Ratio ſecunda. qua Hiſtoriarum de iſtic miraculis Indicis fides & autoritas prorſus labefactatur.

Si neceſſarium fuit aliquod Ieſuitis in Conuerſione Indorum miraculum, tum præſertim illud, quod per ſe eſt ad gliegenas nationes maxime neceſſarium, viz. illud miraculoſum Chariſma variarum linguarum; at hoc præſidio Ieſuitæ omnes deſtituti fuere. Ergo &c. 1. conſequentia probatur. [b] In * Act. 2. [Et apparuerunt ijs diſpertitæ linguæ, & repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis.] NECESSARIVM erat nouis illis Eccleſiæ ædificatoribus LINGVIS VARIIS loqui vt ab omnibus intelligerentur. ob EAM cauſam reſtituit Apoſtolis Deus OMNIVM LINGVARVM exactam NOTITIAM, quâ OPVS HABVERANT ad Euangelij negotium expediendum. *Aſſumptionem ipſi Ieſuitæ non inuiti largientur. Aduocatus.* [c] Noſtræ Societatis Pater Franciſcus Corſi ſic ſcribit ad ſuos. TOTVS, inquit, SVM in Perſico idiomate ADDISCENDO. [d] Quod autem ad conuerſionem attinet, vitio meo, vtpote IDIOMATIS IGNARO (inquit Pater Fernandes)

[b] *Ferus in* * *Act. 2. 3.*
[c] *Pimenta Ieſ. quo ſupra in Epiſt. pag. 14.*
[d] *Idem pag. 80.*

renandes) PARVM EFFECTVM est. [r] Ferunt olim septuaginta linguis confusum fuisse genus Mortalium, at Indi SEPTINGENTIS, & eo amplius, inter se discrepant LINGVIS. [r] Qua ex re prædicando verbo Dei IMPEDIMENTA nobis grauia fiant. [t] Neque igitur merito nostræ Societatis fundator Ignatius Indicæ linguæ LECTIONES publicas præcepit, sunt enim PERQVAM NECESSARIA ista præsidia, vt facultas paretur verbi diuini in Gentibus annunciandi. [u] Quid quòd confessiones sæpe ita fiant, vt neque Indus intelligat Sacerdotem, neque intelligatur ipse quid dicat? *Quid tandem ipse Xauerius?* [x] SI nos linguam calleremus Iaponicam, non dubito, quin plurimi fierent Christiani: faxit Deus vt eam breui ADDISCAMVS: tum demum aliquam Christianæ rei nauabimus operam, nam nunc quidem inter eos, tanquam MVTAE STATVAE versamur: multa enim illi de nobis & dicunt & agitant, ad quæ nos scz. obmutescimus, PATRII ipsorum SERMONIS IGNARI. in præsentia in linguæ huius PERCIPIENDIS ELEMENTIS REPVERASCIMVS. *Cum igitur hoc diuersarum linguarum donum non ingenij, sed miraculi: non humanæ artis, sed Sp. diuini; non temporis, sed numinis opus sit, ad quod Apostoli* διοδίδακτοι *non addiscendo sed credendo; non instituti sed diuinitus inspirati fuerunt, tam sit ad fidem annunciandam prorsus necessarium, vt eo* destituti *Prædicatores, primi etiam Iesuitæ, ceu* PVERI, *aut* MVTAE STATVAE *in conuertendis Infidelibus aliquãdiu nihil quicquam profecerint: Iccirco isti huius linguarum dono miraculòsi expertes, miraculorum falsos nuntios linguas suas comprimere debuerunt. Quæ nuper contigerunt, seu potius, non contigerunt, miracula examinauimus, quæ nunc iactantur explorauimus.*

[r] *Acosta quo supra lib. 1. cap. 2.*

[r] *Ibid. lib. 4. cap. 8.*

[t] *Ibid. cap 9.*

[u] *Ibid. lib. 5. cap. 2.*

[x] *Xauerius lib. 3. Epist. 5. ad Societatem Goam.*

CAPVT.

Caput. XXVIII.

An nunc in Eccleſia Romana aliqua extet Miraculorum virtus ordinaria, ſiue apud Indos, ſiue apud ſuos.

Aduerſarius. [a] In Regionibus Indicis non raro ad hauſtum aquæ benedictæ Dæmones eijciuntur. [b] Miracula multa eduntur. *Multa? Negotiorum Indicorum teſtem oculatiſſimum fideq; digniſſimum Acoſtam Ieſuitam Aduocatum intromittamus. Aduocatus.* [c] Quæ eſt prædicatio noſtra? que fiducia? SIGNA quidem NON EDIMVS. [d] Nos PRODIGIA, quibus Euangelicas voces confirmemus, NVLLA producimus. [e] NEQVE vero eſt opus. Bonis operibus ita lucere coram hominibus, vt videntes glorificent Patrem, qui eſt in cœlis, eſt omnium ad perſuadendum MIRACVLVM POTENTISSIMVM. *Quid apud exteros miraculorum non fiat vidimus: Domum reuertamur, vt hac nota quam ſit Romæ notabilis diiudicemus. Aduerſarius.* [f] Chriſtus addicens Eccleſiæ miracula, neque certa tempora præſcripſit, neque teſtimonia incerta eſſe voluit: miracula huius temporis multa cognoſcunt, qui virtutem diuinam in corporum incolumitatem experiuntur, ad inuocationem B. Mariæ coram ſacratiſsima eius imagine Laureti, & Hallis, & ad Collem Acutum. *Obtuſè, atq; inſulſe. ſed pergitis.* [g] Lauretanam domum B. Virginis viſitantes atq; colentes multi cæci, dæmoniaci, & deſperatis morbis affecti, liberati ſunt. *Nullius negotij erit hac portenta explodere, ſi temporum, perſonarum, locorum ratio & collatio diligens habeatur. Temporum, quia ſi ſemper viguit in Romana Eccleſia miraculorum virtus ordinaria, ea tunc potiſſimum obtinere debuit, cum Lutherus* [h] Ab ordinaria iuriſdictione Eccleſiæ Romanæ, *vt dicitis*, apoſtatauit, *aut ſaltem in illa veſtra* Ad Infideles conuertendos extraordinaria Ieſuitarum miſsione. *At in tempore Lutheri* [i] Nullum his diebus miraculorum

[a] *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Eccleſia.* §. Certè vir.
[b] *Ieſuita alij ſupra.*
[c] *Acoſta Ieſ. lib. 4. de Salut. Ind. cap. 4.*
[d] *Ibid. cap. 12.*
[e] *Ibid. cap. 17.*
[f] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 9. & ca. 10.*
[g] *Turſellinus Ieſ. lib. de Lauretana hiſtoria, per totum.*
[h] *Ozorius Ieſ. in Conc. de obitu Ignatij. tom. 4.*
[i] *Epiſopus Roſſenſis vide ſupra.*

miraculorum effectũ cernimus. *In tempore Indorum Conuersionis præcedentis.* [k] Miracula nulla audio. &c. *præsentis.* [l] Miracula nulla facimus. *Deinde, si vel personarum dignitas vel locorum sanctitas ad miraculorum operationem aliquid conferat, profectò expectanda sunt miracula à Romano Pontifice, quem* [m] Solum Christi vicarium ordinarium, Petrique successorem vnicum, Ecclesiæque Catholicæ Episcopum vniuersalem agnoscitis. * *Qui multis seculis miraculum nullum edidit: vel* ab Ignatio Loiala societatis Iesuitarũ primo fundatore, *& tandem vbi apud* * *Iesuitam extat mirifica eius laudum prædicatio, de miraculis altum est silentium: atq; etiam* à Roma, [n] vbi *(si vobis credimus)* Catholicæ Ecclesiæ Cathedra immota permanet, vbi plenariarum indulgentiarum Iubilæi celebrantur, vbi summorum Apostolorum conduntur ossa sacratissima, vbi augustissima templa Pontificum benedictionibus anniuersarijs conseruantur. *Aut saltem ab Anglia.* [o] Vbi *(dicitis, sed falsò)* iam fidem Catholicam multorum Martyrum sanguine consignatam esse. *Cum tamen iamdiù de Romæ miraculis nihil audiuimus, de Angliæ nihil prorsus vidimus: Quid hoc delirij est, neglecta Regina* Roma *ad* Lauretũ, Halem, Collem Acutum; *prætermissis Martyribus ad earum reliquias: posthabitis vinis summisque Ecclesiæ Pastoribus Ordinarijs, ad mutas statuas, & lapides, tanquam solos Miraculorũ operarios conuolare? nemo istis fidẽ adhibeat, qui singulàrem vestram in confingendis Miraculis audaciam credulitatemque ex Legendis vestris cõpertam habeat. Hæc hoc in loco de Miraculis in genere diximus: de his aut illis Miraculis, quæ ad cultum crucis, Reliquiarum, Imaginum præstari speciatim perhibentur, loco suo lubentissimè (Deo propitio) disceptabimus.*

De Miraculis Patres, causam hanc graviter aduersus vos perorantes, audiamus.

[p] *Hæc Miraculorum nota caret omni proprietate notarũ. 1. quia Catholicæ nõ perpetua & ordinaria** Miracula necessaria erant,

[k] *Franciscus de Vict. vide supra.*
[l] *Acosta Ies. vide supra.*
[m] *Bell. lib. de Rom. Pontif.*
[n] *Vide Platinam.*
* *Vide Gzorium Ies. quo supra.*
[o] *Bel. lib. de Indulgentijs.*
* *Martyrologium Romanum. & Costerus Ies. Apolog. part. 3.*
[p] * *August. lib. 22. de Ciuit. Dei, cap. 8.*

erant, vt crederet mundus, ſed qui NVNC quærit miraculum, poſtquam mundus credidit, magnum eſt ipſe prodigium. 2. *Nec eſt propria.* * Obſeruandum eſt, quod operari virtutes dicantur ij, qui non tenent Euangelij veritatem: hoc dico aduerſum Hæreticos, qui probationem eſſe fidei ſuæ ex eo, ſi ſignum aliquod fecerint, arbitrantur. 2. *Non eſt ſatis Conſpicua.* * Non dicat quis ERGO verum eſſe, quia mirabilia fecit Donatus, vel quilibet alius; vel quia HVIC aut illi viſum contingat, remoueantur iſta figmenta mendacium hominum, vel portenta mendacium ſpirituum. *Ita vt.* * Quod ſi talia in Eccleſia Catholica fiant, NON IDEÒ IPSA MANIFESTATVR CATHOLICA, quia hæc in ea fiant, ſed ideò approbanda ſunt, quia in Catholica fiunt. *Illa itaque tunc nota, nunc notha erit, quippe nunc* *Miraculorum operatio MAGIS apud eos inuenitur, qui ſunt FALSI Chriſtiani. *Dubitas?* * Quaſi hoc non ſit ſcriptum, venturos eſſe qui maximas virtutes edent, ad corrumpendam veritatem. * Dominus igitur aduerſus hos Mirabilarios cautos nos fecit, dicendo, Cauete. *Concludamus.* * Inſtruimur, igitur, NON CREDERE quandò, qui talia edit, CONTRARIA PIETATI DOCET. *Fide, itaque, miracula magis, quam miraculis fides demonſtratur, & hæc eſt verè miraculoſa fides, ſine miraculis aſſentiri veritati.*

* *Hieron. com. in Gal. lib. 3. quod idem Patres alij ſupra cap. 25.*

* *Auguſt. lib. de Vnit. Eccleſ. cap. 16.*

* *Auguſt. contra Epiſt. Fund. cap. 4.*

* *Chryſoſt. hom. 49 in Math.*

* *Tert. præſcript. cap. 44.*

* *Auguſt. vide in hoc libro ſupra cap. 26.*

* *Theodoret. in Deut. 13.*

CAPVT. XXIX.

De Nota Duo-decima in { *Theſi,* / *Hypotheſi.*

Theſis.

ADuerſarius. [a] Duodecima Nota eſt lumen Propheticum. donum certè maximum eſt; certum eſt neminem cognoſcere futura contingentia, excepto Deo: ponitur autem nota falſæ doctrinæ, cum Propheta prædixerit aliquid quod non euenerit. *Natu præclarus Diſputator;*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. milit. cap. 15.*

qui tam multis das operam, vt omnia probando nihil probes? quod hic quoque res ipſa demonſtrat: tibi enim propoſitum fuit, Eccleſiæ notas tantùm * proprias, *non communes*; perpetuas *non fluxiles*; conſpicuas, *non obſcuras, & planè ignotas definire. hoc verò prophetiæ charisma*

* *Vide ſupra lib.1.cap.6.*

An ſit Catholicis proprium?

Aduerſarius. [b] Hæretici, quotieſcunque aliquid prædicere volunt, decepti ſunt, vt patet in veteri & nouo Teſtamento. *Sic tu in vtroque egregiè deceptus. Aduocatus.* [c] Permiſit, imò, IVSSIT Deus verus multa prædici per Idolorum ſacrificulos, & per oracula eorum veriſima, non ſecus quam per Aſinũ Balaam annunciari voluit, ad PROBATIONEM BONORVM, quibus prædixit Deus, ne falſos Prophetas ſequerentur, ſed necarent. *Quod facile probatur.* [d] In Deut. 18. [Si prædixerit quis ſignum, & portentum; & EVENERIT quod loquutus eſt, NON AVDIES verba Prophetiæ illius:] & Ratio eſt, quia FALSAM DOCTRINAM profert, & Dominus Deus veſter vos tentat.] Etſi, ergo, EVENERINT, quod falſi Prophetæ prædixerunt, tamen NON eſſe ſequendos Scriptura ipſa copioſe docet. *Imo futura vere prædicere, etiam Ethnicis interdum conceditur. Aduocatus.* [e] Deus aliquando permiſit inter Gentiles & abhorrentes à lege Dei vates VERA quædam præſcire & prædicere futura. [f] Balaam, falſus alioqui & Infidelis Propheta, vera* prædixit: Et ex *Matth. facile colligitur, FALSOS Prophetas VERE prophetaſſe, & vera prædicando, non ſuam, ſed populi Dei fidem confirmaſſe. *Quo ſpiritu?* [g] Prophetæ Dæmonum aliquando vera prædicunt, ex inſpiratione DIVINA. *Verum eſt.* [h] Sinit non-nunquam Deus Pſeudo-prophetas non-nulla prædicere, quæ eueniant.

[b] *Bell. quo iam ſupra.*

[c] *Toloſſanus lib.3. de Rep. cap.33.*

[d] *Ederus Oeconom. Bibl. lib.2.*

Cautio.

[e] *Toloſſanus quo ſupra.*

[f] *Mald. Ieſ. com. in Math.7.*

* *Num.24.*

* *Matth.7.*

[g] *Aquinas 2.2. qu.172. art.6.*

[h] *Pererius Ieſ. com. in Exod. 7.1. diſp.11.*

An perpetua?

Etſi hæc Nota Eccleſiæ Catholicæ propria non ſit, ei tamen forſan

forſan perpetua erit ; vt ſi minus (quia non propria) Eccleſiam, vbi eſt, veram doceat, attamen (quia fortè perpetua) Eccleſiam, vbi eſt, falſam eſſe demonſtret. Aduerſarius. [i] B. [*] Petrus affirmat [*] Ioëlis prophetiam in Eccleſia impleri, [l] Prophetabunt filij veſtri, & filiæ veſtræ, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt. hoc prophetiæ donum NVLLO SECVLO DEFVIT Eccleſiæ. *En ſomniculoſum Ieſuitæ commentum! Quod Petrus ſuo tempore impletum docet, indè Ieſuita nullo ſeculo non implendum eſſe argumentatur ; hic per Ieſuitam alium expergefaciendus eſt. Aduocatus.* [k] In illo ſolo tempore, quod Petrus iudicauit intelligendum eſſe hunc Prophetiæ locum, [*] Hilarius, [*] Chryſoſt. [*] Hieron. [*] Oecum. & alij viri doctiſsimi, qui OMNINO DE HOC TEMPORE interpretantur ; NEC vnquam ALTERIVS temporis meminere: ſed quid ego ſanctos Patres commemoro, cùm & Iudæi non-nulli ad TEMPORA MESSIAE referant: vt ex Actibus Apoſtolorum intelligimus impletam eſſe hanc prophetiam poſt Domini aſcenſionem: quidam enim prophetabant ; Agabus, & filiæ Philippi, & nonnulli ex [*] Corinthijs; erant etiam in [*] Antiochena Eccleſia Prophetæ, etiam Ioannes [*] Apocalypſin vidit, & [*] Petrus, & [*] Paulus etiam [*] viſiones. *Deniq;* [l] Prophetæ NVNC dicuntur Scripturarum Interpretes, & Explanatores vt docet Ambroſius, quamuis inter fidei PRIMORDIA ad commendanda eius rudimenta fuerint Prophetæ etiam prophetantes, quales fuerunt Agabus, & quatuor Philippi filiæ virgines. Act. 11. *Nunc verò.* [m] NVNC verò NON prophetica prænunciatione, ſed admonitione opus eſt, & inſtructione prudenti, né SEDVCANTVR fideles à falſis Prophetis.

[i] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 10. §. Quare id, &c.*
[*] *Act. 2.*
[*] *Ioel. 2.*
[k] *Ribera Ieſ. com. in Ioel 2.*
[*] *Lib. 8. Trin.*
[*] *Hom. 4. in Act.*
[*] *Ad Hebdibiam.*
[*] *In Act. 4.*
[*] *1. Cor. 14.*
[*] *Act. 13.*
[*] *Apoc.*
[*] *Act. 10.*
[*] *Act. 9.*
[*] *Act. 16.*
[l] *Epiſcopus Eſpenſ. com. in 1. Tim. lib. 1. digreſſ. cap. 2.*
[m] *Royardus Hom. 2. de Domin. poſt Epiph.*

Tertiò, An ſit conſpicua Nota ; quod idem eſt, An nota ſit?

Aduerſarius. [n] Lumen Propheticum eſt Nota Eccleſiæ. *Huic lumini ſæpè lumen deeſt. Aduocatus.* [o] Etſi Ethnici

[n] *Bell. ſupra.*
[o] *Idem quo ſupra.*

habuerint plurima oracula, tamen illa vel per ambages reſpondebant, quandò, ſcz. Apollo non ſciebat quid eſſet futurum, vel ea quæ cœpta erant fieri IGNORANTIBVS nunciabant, tanquam futura: vel demum ea prædicabant, quæ naturales habent cauſas NOBIS IGNOTAS, illis autem notas ob maiorem naturæ ſubtilitatem, vt Patres docent. *Recte. cum, igitur, ſcire ſit per cauſas ſcire; quomodo, obſecro, prophetiæ nobis Eccleſiæ Catholicæ nota conſpicua eſſe poſſint; quandoquidem Prophetiarum cauſas veras, minimè tenemus? Iccircò* [p] Docet * Chryſoſtomus, iudicium eſſe DIFFICILLIMVM quo falſus Propheta à vero dignoſcitur, tùm quod Prophetarum dicta de futuris plerumque ſunt concepta, nec ante tempus exactum COGNOSCI POSSIT an quis MENTIATVR; tùm quòd FALSI Prophetæ VERA prædicunt. [q] Ethnici & Hæretici non habuerunt vera vaticinia, niſi fortè fierent in teſtimonium veræ fidei. vt Sibylla, & Balaam. *Diſputo. Aut vera fides Eccleſiæ Catholicæ prophetiam veram eſſe oſtendit, aut vera Prophetia veram Eccleſiam: ſi primum, tum Prophetia non eſt omnino nota Eccleſiæ Catholicæ, ſed per eam notata potius: ſi ſecundum, tum Catholicæ nota non eſt, quia etiam apud Ethnicos & Hæreticos reperitur.*

[p] *Ederus ſupra lit. d.*

* *In 1. Cor. 12. hom. 29.*

[q] *Bell. quo ſupra.*

Dilemma.

CAPVT. XXX.

Prima Hypotheſis.

Aduerſarius. [a] Lutherani prophetantes ſæpè mendaces ſunt inuenti. Vide Coclæum. *Imò vero, quandoquidem.* [b] Prophetare, quod eſt futura prædicere, eſt quoddam MIRACVLVM. *Vide, itaque, tu potius* * *ſupra in nota de miraculis, quam nihil valet teſtimonium ex maledici ore profectum, vbi, quæ huc pertinent, omnia enucleatè expoſui.*

[a] *Bell. quo ſupra.*

[b] *Maldonatus Ieſ. comm. in Math. 7. 22.*

* *In nota ſuperiori.*

Hypotheſis ſecunda.

Aduerſarius. * In Eccleſia Catholica, præter eos qui fuerunt

[c] *Bell. quo ſupra.*

erunt primis quingentis annis à Chriſti aduentu, vt Agabum & Gregorium Thaumaturgum, & alios, fuerunt etiam in his poſtremis ſeculis in Eccleſia Romana Benedictus, Bernardus, Franciſcus, &c. *Tu cum Miraculorum notam explicas, Miraculorum operarios a primo ſeculo per ſecundum, tertium, & deinceps per alia ſecula gradatim ad* hoc noſtrum ſeculum *deuenis; hic verò de lumine Prophetico diſputans, ferè mille annorum ſpacio interiecto, Prophetam omninò nullum nominas: tandem ad ſecula poſtrema deſcendis*, In poſtremis ſeculis, *inquis*, fuere &c. *præcipitare hoc quidem eſt non deſcendere. Secundò, nullius ex nouiſſimis illis Prophetis, quos nominas, ſe Prophetam eſſe profitebatur; ideoq; nec Propheta cenſendus. quia Aduocatus.* [a] Caiphas, licet prophetabat, tamen NON dicitur fuiſſe Propheta, nempè quia vnus actus non facit habitum, nec dicitur Artifex propter vnum opus. *Niſi verò ſit poteſtas ordinaria,* [c] NON neceſſariò demonſtrat Eccleſiam. *At iam lumen illud Propheticum in Eccleſia veſtra planè eſſe extinctum, ſatis innuit altum veſtrum de veſtris Prophetis ſilentium: nam qui hoc noſtro ſeculo Prophetæ perſonam ſuſtineat, nominare nullum potuiſti, né Xauerium quidem. quid ſit? nimirùm hoc in Superis & ſuperſtitibus cùm nequimus, Acharonta mouemus. ergo*

Inſtantiæ occurritur.

Aduerſarius. [f] Si reuelationibus agendum eſt, quos pro ſomnijs Aduerſarij reijciunt, non deſunt vaticinia Brigittæ, & Gertrudis, aliorumque Sanctorum hominum, quibus quæ prædicta legimus, ſecuta vidimus. [g] Videte quàm diuerſo guſtatu ſapimus nos & hæretici: illi has reuelationes reſpuunt, ego eas legendo ita delector, vt ſatiari vix queam; quas Pontifices noſtri authenticas eſſe decreuerunt. *Sunt verò, etiam ex grege veſtro, quibus eſt magis ſanum palatum, & eruditum.* [h] Henricus de Haſsia & Sybillanus, ambo Catholici, ambo religioſi, volunt Brigittæ & ſimilium REVELATIONES non debere haberi pro iudubitanter veris. Picus Mirandulanus contendit harum Sanctarum reuelationes contradictorias eſſe. *Quas reconciliare*

[a] *Toll. Ieſ. com. in Ioh. 10.*

[c] *Maldonatus Ieſ. comm. in Matth. 7. 22. Quia propheta.*

[f] *Coſterus Ieſ. Enchirid. tract. de Eccleſ. §. Si reuelationibus.*

[g] *Idem Apolog. part. 3. cap. 10.*

[h] *Delrius Ieſ. lib. 4. diſq. Magic. cap. 1. qu. 3. Sect. 4.*

ciliare Ieſuita ſtudet, ſed non proficit hilum. Vt autem has & eius generis quiſquilias, & faces alias plurimas veras eſſe concedamus, nihilo-minus Eccleſia veſtra falſa eſſe poſſit. quia. [i] In Math. 24. [Surgent Pſeudo-prophetæ &c.] Chriſtus admonet, vt intelligamus etiam ſceleratos miracula quædam facere, qualia vel ſancti facere nequeant: nonne Magi Ægyptiorum multa fecerunt, quæ Popvlvs Iſraëliticus facere non potuit? Nec tamen erant iſti Deo Grati.

[i] *Perer. Ieſ. com. in Exod. 7. diſp. 3.*

Concluſio.

Aduocatus. [k] Etsi vera prædixerint (inquit Vincentius Lyrinenſis) non tamen ſequitur eorum doctrinam eſſe amplectendam, maxime ſi expreſſo verbo Dei repugnat, vt ex eiuſdem verbi autoritate diſcimus. Deut. 18. *Ad hanc notam tanquam vnicam Eccleſiæ metam Proteſtantes collimant, nec immeritò, quia.* [l] In Reuelationibus adſint, oportet, Moſes, & Elias, id eſt, teſtimonia legis & Prophetarum, alioqui ſuſpectæ erunt.

[k] *Ederus Oeconom. Bib. quo ſupra.*

[l] *Gerſon tract. de Probat. Spirit.*

Hanc Cauſam Patres antiqui decernant.

Ambroſius. [*] Erant Prophetiæ Eccleſiæ primordijs propriæ. *At nota Eccleſiæ (deſinitore Bellarmino) propria eſſe debet. ſecundo Chryſoſt.* [*] Iudicium difficillimum eſt, quo falſus Propheta à vero dignoſcitur. *At Eccleſiæ Nota per ſe nota eſſe debet. tertiò, hæc Reuelationum nota cauenda eſt potius quam decantanda; quia Chryſoſtomus.* [*] Conceſſum eſt interdum Diabolo verum dicere, vt mendacium ſuum rara veritate commendet. *Et Auguſtinus.* [*] Poteſtates aëriæ fallaces, etiamſi quædam à Sanctis Prophetis, vel Angelis audita verè per ſuos vates dixiſſe reperiuntur: hoc fecerunt vt per aliena vera, homines ad ſua falſa traducerent. *Ergo verè Lyrinenſis.* [*] Etſi vera prædicunt, non ſequitur eorum doctrinam eſſe amplectendam.

[*] *Supra teſte Eſpenſæo.*

[*] *Supra teſte Edero.*

[*] *Chryſoſt. hom. 19. operis imperfect. in Math.*

[*] *Auguſt. tract. 4. de Trinit. cap. 17.*

[*] *Supra teſte Edero.*

Caput.

CAPVT. XXXI.

Nota. 13. In qua primo Theſin, ſecundò Hypotheſin euentilabimus.

Aduerſarius. [a] Decima-tertia Nota eſt, Confeſsio Aduerſariorum: tanta enim eſt vis veritatis, vt etiam Aduerſarios cogat interdum ſibi teſtimonium dare. iuxta illud Deut. 23. [Inimici noſtri ſunto Iudices.] Iam nuſquā inueniuntur Catholici laudaſſe, aut approbaſſe doctrinam, aut vitam vllorum Ethnicorum aut Hæreticorum. *Ain' nuſquam? tu hic (vt non nuſquam) falleris: etenim Catholici in Hæreticis, imò etiam in Ethnicis interdum tam veritatem, quam ſanctitatem coguntur agnoſcere. De Hæreticis. Aduoc.* [b] Autor operis imperfecti ſecundum Matthæum, quod Chryſoſtomo falsò tribuitur (vt ex multis patet) HAERETICVS erat Arianus, quem non omnino citaremus, niſi & AVTORITAS & ERVDITIO, & ſubtilitas interpretandi ILLI AVTORITATEM tribuiſſet. *In quo vides Ariani hominis autoritatem antiquitùs celebrari. pergit Ieſuita.* [c] Quo Concilio Tertullianum, & alios, quos HAERETICOS eſſe SCIMVS, SAEPE CITAMVS. *Hic vero Tertullianus in pleriſq; nonne Scriptor pius, & doctus habebatur?* [d] Tertulliani ſcripta B. Cyprianus tanti fecit, vt nullum diem ſine illorum lectione præteriret, illud crebro inculcans Notario ſuo: DA MIHI MAGISTRVM, Tertullianum viz. ſignificans. *Hoc in loco Cyprianus Catholicus ſcripta viri Hæretici, ſed animo Catholico, amplectitur; nam* [e] Sapientia *(vel etiam in Diabolo)* iuſtificatur à filijs ſuis. *Vt etiam in Poëta infideli Apoſtolus,* [f] Sicut Propheta veſter dixit. *Vitæ vero ſanctitatem in Ethnicis vos Pontificij magis prædicatis quam Orthodoxus quiſquam opinetur.* [g] Poſsit, *inquis*, Ethnicus bonum aliquod morale ſine AVXILIO GRATIAE perficere. *Hoc dogma atheologon. quin inſuper; vt vita Ethnicorum, cum vita Pontificiorum conferatur. ſi zelum ſpectes.*

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 16.*

[b] *Maldonatus Ieſ. comm. in Math. 8.*

[c] *Ibidem.*

[d] *Sixtus Senenſ. Bibl. lib. 4. Tit.* Tertullianus.

[e] *Math. 11. 19.*

[f] *Act. 17. 28.*

[g] *Bell. lib. 5. de lib. Arbit. ca. 5. & cap. 9.*

[f] Diſsimulari

[f] *Acosta Iesuita lib.6.de salute Ind.cap.14.*

[f] Dissimulari profecto non POTEST, quam NOBIS ERVBESCENDVM est, quod à SATANAE MINISTRIS Indis SVPEREMVR, cum nos ad salutares confessiones persuadendos pigriores sumus, quam Ethnici ad sæuas & carnificinas suas. Lubenter interdum à Sacerdotibus suis expianda adulterij, aut alterius sceleris causa, durissimo saxo ad scapulas tundi fortitèr; interdùm à Iuuenibus diù virgis cædi; non rarò, si sceleris magnitudo acerbius aliquid postulare videretur, in excelsam, atque omni solatij genere destitutam rupem secedere, & longum ibi æuum, ferarum more, traducere. [g] Ita in Idololatriam penitùs transformati eorum animi sunt; vt neque in ocio, neque in negotio, neque in publica re, neque in priuata quicquam agant, nisi Idolorum suorum prius superstitione adhibitâ. *Sin Castitatem.* Indi Conjugatorum adulteria seuerius quàm nos Catholici vindicant. *Si denique iustitiam.* [h] Nulla inter Indos istos furta, aut latrocinia; & idcircò dum foras procedunt, ædium ostia non occludunt. NOS certè ADMIRATI sumus, cùm in ascensu montium patulas villas offenderemus, nec vllum tamen hominem in ijs deprehenderemus. *Viden', igitur, Bellarmine, Catholicos vestros, vobis confitentibus, ab ipsis Ethnicis vitæ sanctitate externa, non adequari modò, verum etiam superari? ex quo facilè intelligimus non ex confessione aut commendatione humana, sed ex institutione diuina veram Ecclesiæ notam esse petendam: & tamen instas.*

[g] *Ibid.lib.5. cap.9.*

[h] *Pimenta Iesuita in Epist. de India Orientali. pag.110.*

Hypothesis prima, quæ pro Pontificijs adducitur.

Aduersarius. [i] Lutherus contra Anabaptistas: Fatemur, inquit, in papatu plurimos esse bonos Christianos, veram scripturam sacram, verum baptisma, verum sacramentum altaris, veras claues ad remissionem peccati, verum catechismum, vt sunt Oratio dominica, Decem præcepta, Articuli fidei, dico etiam veram Christianitatem, imò verum ejus nucleum. Vbi dùm nobis nucleum tribuit,

[i] *Bell. lib.4. de Eccles. Milit. cap.16. §. Idem.*

buit, certè nihil ſibi ſeruat niſi corticem, vel putamina. *Nunquàm conceſſit vobis Lutherus nucleum, niſi impurum, & verminatum: nam in omni controuerſia de Sacramentis, Oratione, Abſolutione, Fide, Concupiſcentia, præceptiſque alijs, vobis omnibus (vt nôſti) ex diametro* * *aduerſatur. nunc idem quod de Iudæis Auguſtinus.* [k] Iudæi vt * D. Auguſtinus argumentatur, ſcripturam Veteris Teſtamenti ipſi probant & retinent, vndè clariſsimè noſtræ fidei myſteria confirmantur; vndè diuino Conſilio factum eſt, vt teſtimonia noſtræ fidei ſecum ipſi contra ſe, & pro nobis, circumferant. *Vide an in vos quadret*; Qui nucleum habere vult, frangat nucem. *Vetus eſt dictũ. Ad ſacram Scripturam Proteſtantes prouocant, ex his veritas eruenda eſt. Vbi igitur, de Scripturarum expoſitione contendimus, niſi in maximis Controuerſijs, in plurimis verò Scripturarum teſtimonijs, viri quoque (opinione veſtrâ) Catholiciſſimi purum putum nucleum (ſic enim Hieronymus ſenſum Germanum appellat) à Proteſtantibus teneri diſertè fateantur: ego non recuſabo, quò minùs perfrictæ frontis, læſi cerebri nullius fidei homuncio apud vniuerſos homines audiam. Ad rem: quid ſi Philiſtæi olim arcam Domini ad ſtuporem magis quàm ad edificationẽ habeant, aut perduelles monetâ regiâ aduerſus principis autoritatem perfidè abutantur; aut lucernam quis teneat, ſed ſub modio reconditam? ecquis tam excors eſt, qui in iſtis non fidam ſanamque mentem deſideret? & quid aliud, obſecro, faciunt, qui Scripturas aut linguâ peregrinâ abſtruſas, populum celant, aut quoties in diſputationem adducuntur, earum ſenſum detorquent, ita vt, nec doctis earum nucleo, nec Indoctis cortice veſci liceat. inſtas. Aduerſarius.* [l] Caluinus Bernardum pium Scriptorem vocat, at certè Bernardus fuit Papiſta. *Quam piè, verèque Caluinus* Bernardum pium, *tam tis eum perperam* Papiſtam *vocas: de hoc pium Bernardum conſulamus.* * Opponi & anteponi poſsit PONTIFICIS autoritas, talis POTIVS autoritas PRAEFERATVR, cui fas non eſt contradicere. Summus ILLE Pontifex, qui per ſanguinem ſuum introiuit in ſancta Sanctorum; numquid

[k] *Vide ſupra fere in ſingulis capitibus.*

[k] *Greg. Valent. Ieſ. lib. 1. Anal. cap. 9.*

* *Lib. 18. de Ciuit. cap. 47.*

[l] *Bell. quæ ſupra.*

* *Bernardus Epiſt. 71.*

ideo malum eſt, aut minoratum quia Papa conceſsit? nec dico Præpoſitorum mandata eſſe à ſubditis dijudicanda, vbi nihil iubere deprehenduntur diuinis contrarium inſtitutis: SED NECESSARIVM eſſe dico & prudentiam quâ aduertatur, ſi quid aduerſetur; & LIBERTATEM, quâ ingenue CONTEMNATVR. *Ecquis Papiſta decretum aliquod Papæ, abſque crimine, ac hæreſi contemni aut infringi poſſe putat? ipſum veſtrum Papiſmum recognoſcite.* [m] Omnia tandem reuocantur ad examen Pontificis, quæ illæ probat, recipiuntur, quæ improbat reijciuntur. Pontifex Romanus audiendus eſt, NON IVDICANDVS. *Tam, itaq; Bernardus à Papiſmo, quàm, vt vocatis, à Caluiniſmo Bellarminus, abfuit. Denique. Aduerſarius.* [n] Bernardus, *inquitis*, Franciſcus Dominicus noſtri fuere, & boni, & laude digni. *Sed quanta obſecro?* [o] in iſtis nihil inuenies niſi nimiam ſanctitatem. [p] B. Franciſcus fuit exemplar omnis perfectionis. Totum Euangelium obſeruauit ad literam, mundus ab omni peccato vſque ad QVADRANTEM VLTIMVM. Sanctus ad perfectionis apicem. [r] Hanc laudem inuident Hæretici: ſed enumerent illi præcepta Euangelica, quæ Franciſcus non obſeruauit, arguant eum, ſi poſſunt, ALICVIVS PECCATI: non enim hic loquimur DE MINIMIS, ſine quibus hæc vita non ducitur, à quibus tamen plenè purgatus, rectà in cœlos migrauit: ſed quid illi ad perfectionem huius vitæ defuit? *Putidum commentum. verba hæc*, Fuit Franciſcus mundus ab omni peccato, vſq; ad vltimũ quadrantem, *Quid ſibi volum?* [t] Per nouiſſimum & * Vltimum Quadrantem ferè omnes intelligunt MINVTA PECCATA: quadrans enim eſt MINIMA moneta. [u] Significans MINIMA PECCATA. *Sic Ieſuita. tu verò etiam Ieſuita eadẽ verba exponens*, NON loquimur, *inquis*, de MINIMIS peccatis. *Erubuiſti, ſalua res eſt, niſi quod te minus puduit tuã craſſam & falſam gloſſam apponere, quam ementitam laudem alienam agnoſcere. Dominum veſtrum ſalutemus, de quo celebre eſt illud veſtrum, quamuis inconditum dictum.* [x] Agios Paulus, per iſtum itur ad Chriſtum: Agios Dominicus

[m] *Bell. lib. 2 de conc. cap. 15. idem Greg. Valent. Ieſ. lib. 6. Analyſ. cap. 4. Stapletonus lib. 10. de doctr. princ. cap. 5.*
[n] *Bell. quo ſupra.*
[o] *Bell. vide ſupra in hoc libro. cap 23.*
[p] *Conformitatum lib. 1. part. 6. & part. 13.*
[q] *Ibidem.*
[r] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 10.*
[t] *Bell. lib. 1. de purg. cap. 4. §. De ſexto.*
* *Math. 5.*
[u] *Idem in Indice Scripturarum. Tom. 1. de hoc loco Math.*
[x] *Anto. Hiſt. part. 3 tit. 3. cap. 15.*

Dominicus FACILIVS itur per iſtum (quia doctrina Pauli, ſicut & cæterorum Apoſtolorum, erat doctrina inducens ad fidem : doctrina Dominici ad obſeruationem conſiliorum ; & ideo facilius per ipſum itur ad Chriſtum. *Reſpondeo.* [z] Quid hic audis aliud, quam Apoſtolorum doctrinam, quæ ad fidem ſpectat omnibus accommodatam, eam eſſe qua ad perfectionem Euangelicam informamur, non æque omnibus conuenire, his facilius penetrari in cœlum? attamen perfectionis ſtatus ab Apoſtolis prætermiſſus non eſt, nec exemplo, nec inſtitutione. *Lupum auribus tenes, vt eſt in Prouerbio, quem nec rétinere, nec dimittere ſine periculo potes : nam vel doctrinam perfectionis Paulus docuit, vel non: ſi non docuit, quorſum eſt quod reſpondes?* Status perfectionis ab Apoſtolis prætermiſſus non eſt ; *ſin docuerit, quomodò* ad cœlum itur facilius per Iſtum *Franciſcum? meritò, igitur, queri oportet, eſſe. Aduocatus.* [y] Qui ad inuidiam vſque homines immenſis efferunt laudibus ; pluriſque fieri inter Monachos, quid Bernardus & Benedictus, quam quid Chriſtus ſtatuerit. *Concludo, ſi Bernardus, Franciſcus, Dominicus, hau tam prodigioſas laudes veſtras admiſiſſent, non boni, ſi non admiſiſſent, certè quidem non veſtri fuerunt.*

[z] *Coſterus Ioſ. quo ſupra.*

Dilemma.

[y] *Vide ſupra cap. 23.*

Dilemma.

CAPVT. XXXII.

Hypotheſis 2. quæ aduerſus Proteſtantes vrgetur.

Aduerſarius. [a] Iam nuſquam inueniuntur Catholici laudaſſe aut approbaſſe doctrinam, & vitam (*Proteſtantes intelligit*) Hæreticorum. *Reſpondeo, Obiectionem hanc non falſam eſſe modò, verum etiam inſulſam ; primum, quia Proteſtantes tam in vita, quam in doctrina viris Pontificijs non omni laudis præconio indigni videbantur.*

[a] *Bell. quo ſupra lib. 4. de Eccl. Milit. cap. 16.*

Quoad doctrinam in duobus : 1. an, vt ita dicam, ſcientifica ; 2. an ſana fuerit?

Aduerſarius. [b] Dixi in veſtrorum codicibus, nihil acuminis, nihil ingenij, nihil ſolertiæ repiriri. *Aduocatus.* [c] Caluinus ita quoad literam Interpres DILIGENS eſt, ita MORALIS, ita ELEGANS, ita ſuauis, vt etiam ab ipſis *(ſignificat Pontificios)* ORTHODOXIS auide interdum legatur, quos aliquando exoptare audiui, vt reſectis ijs, quæ contra Eccleſiam, & fidem noſtram diſputantur, caſtratus prodeat, ſic enim COMMENTARIOS EIVS PERVTILES fore. [d] Immanuelis Tremellij opus latine editum in nouum Teſtamentum VTILE eſſe videtur, paucis expunctis. [e] Oecolampadius vir erat omni genere bonarum literarum APPRIME DOCTVS. [f] Non minor eruditione, quam vita prorſus inculpata. Quid vel Athenis naſci potuit acutiùs, vel feſtiuius ingenio Ioannis Sturmij. [g] Philippus Melanchthon vtraque literaturâ ex æquo ſuſpiciendus. *Hic aliarum laudum præco, ne ipſe explodatur, addo.* [h] Eraſmus Roterodamus vir longè doctiſsimus erat, & de bonis literis optimè meritus. [i] Ecquid vidiſti vnquam, Eraſme OPTIME, & DOCTISSIME. [k] Gaudeo Paraphraſin tuam ſub prælo eſſe : inuideo mediuſfidiùs LOVANIO, cui tantum contigit beneficium, quantum, vt video, vix agnoſcit. *De hac Paraphraſi Eraſmi Thomas Morus ſæpè egregium tulit elogium, cum tamen vix vllum Eraſmi opus papiſmum vexet vehementius. at in Hæretico literas inquies, aut ingenium, perinde eſt atq; puero, aut inſano gladium tradere, qui non tam ſuſpiciendus eſt quod pugnare poſſit, quam miſerandus, quod neſciat. Cum igitur Proteſtantium iudicium doctum ſatis patet, illud inſuper etiam ſanum ac diuinum eſſe, ex totius huius Diſputationis, ex ipſorum Aduerſariorum diſerta confeſſione* * *pagellæ ſingulæ ſatis illuſtrant.*

De Proteſtantium vitis Pontificiorum Elogia.

Aduerſarius. [l] Nulli Catholici Proteſtantium vllius vitam

[b] *Armandus Ieſ. in Epiſt. ad Camiterum pag.* 8.

[c] *Stapletonus in Antidoto in Euang. lib. quem aduerſus Caluinum ſcripſit. in præf. ad Lectorem.*

[d] *Cenſores Pontificij Indice Expurg. pag.* 216. *apud Franc. Iunium.*

[e] *Alphonſus de Caſtro lib. aduerſus hæreſes. Tit.* Adoratio.

[f] *Autor Admonitionis in præf. in Tertul.*

[g] *Eraſmus annot. in* 1. *Theſ.* 2.

[h] *Alphonſus de Caſtro lib.* 1. *aduerſus hæreſ. cap.* 13.

[i] *Thomas Morus in Epiſt. quæ ſic incipit* Ecquid. *&c.*

[k] *Idem in alia epiſt. ad Eraſ. quæ ſic incipit.* Hodie ad te.

* *Vide imprimis ſupra Notas* 6. 7. 8.

[l] *Bellarm. ſupra.*

tam laudarunt. *Imo nonnulli.* *Aduocatus.* [m] Tanta est in Luthero vitæ integritas, vt nec hostes reperiant quod calumnientur. [n] Nihil in eorum factis appareat *(vere loquitur, sed de vere Protestantibus)* nisi Eleemosyna, Temperantia, Modestia. [o] Edunt illi quidem non-nunquam bona moralia, largiuntur Eleemosynas, Xenodochia erigunt, moderatè eorum quidam viuunt, à conuitijs, & iuramentis sese abstinent. hæc sunt externa Officia. *Sunt, sed Sanctitatis, adeoq; luculenta, vt à Sanctis nec videri sine gaudio, nec sine laude recensèri possint. Enimuerò qui te nobis (Costere) Aduocatum præstitisti, iam verbis proximis factus es Aduersarius.* [p] Quærenda sunt alia sanctitatis indicia, vel ex Reuelatione diuina, vel ex miraculis sola diuina potentia editis: vt est excitare mortuos. *Apud veros Protestantes sanctitatis splendor proculdubio oculos tuos præstrinxit, vt necesse haberes ab illis miracula exigere, inepte omninò: quia.* *Aduocatus.* [q] BONA OPERA sunt (etiam apud Indos) omnium ad persuadendum POTENTISSIMA MIRACVLA. *De Miraculis* [r] *supra iam Protestantes cum Pontificijs conferamus.* [r] Cum Caroli Cæsaris exercitus, qui constabat ex Hispanis, & Italis Catholicis, atque ex Germanis Protestantibus, Roma capta, GERMANI MODERATIVS se gerebant, vt exiguo pretio Captiuis libertatem dederunt, quamquam statuas deformabant. Itali vero tanta RABIE excitabantur, vt tormentis in nobilissima corpora grassarentur: vt etiam Iulij Pontificis exosum carie cadauer eruerent, & annulo aureo spoliarent. *Ad Protestantes Martyres venio.* *Aduocatus.* [s] Iohannes Huss. & Hieronymus Pragensis in Synodo Constantiensi condemnati, quibuscum postea colloquium habuere diuini & humani iuris Doctores insignissimi, inculcant posse eos & in conspectu Dei, & in Ecclesia militante sublimem consequi locum, si reiectis nouitatibus, Patrum vestigia sequerentur. Isti se veraces Christi Ministros, & Discipulos esse dicunt, ROMANAM Ecclesiam LONGE AB ANTIQVIS APOSTOLORVM TRADITIONIBVS ABIISSE, VTPOTE QVAE IN

[m] *Erasmus supra in Nota 10.*
[n] *Maldonat. Ies. supra in Nota 10.*
[o] *Costerus Ies. Enchirid. cap. 2. §. Sanctitas verò.*
[p] *Costerus Ies. quo iam supra.*
[q] *Acosta Ies. lib. 4 de salut. Indorum cap. 17. pag. 411.*
[r] *Nota 11.*
[s] *P. Iouius de vita Pomponij Columellæ, qui Autor nihil in gratiam Protestantium mentiri solet.*
[s] *Æneas Sylvius hist. Bohem. de Hieronymo Pragensi.*

LASCIVIA, ET LVXV DEMERSA PERIIT: Patres magnæ Synodi eos vt putida Eccleſiæ membra reſecanda cenſuerunt, lata eſt aduerſus eos ſententia, cremandos eſſe ſtatuunt. Prior Ioannes combuſtus eſt, Hieronymus diu poſt; pertulerunt ambo mortem conſtanti animo, quaſi ad epulas inuitati, ad incendium properarunt, nullam emittentes vocem quæ miſeri animi facere poſsit indicium: vbi cœperint ardere, hymnum cecinere, quæ vix flamma, aut fragor ignis intercipere potuit: Nemo Philoſophorum tam forti animo mortem pertuliſſe traditur, quàm iſti incendium. Poggius Florentinus ætatis noſtræ nobilis Scriptor, de morte Hieronymi elegantem ſcripſit Epiſtolam. *Epiſtola Poggij præſertim tam elegans nos ad eam legendam quodammodò inuitare videtur.* [c] Mirum eſt vidiſſe qua facundia, quibus argumentis, quo vultu, qua fiducia Hieronymus Pragenſis reſponderat Aduerſarijs in Concilio Conſtantienſi. Primo aſſeruit debere ſe cauſam ſuam agere, priuſquam reſponderet male-dictis Aduerſariorum, ſed cum hæc ei conditio denegaretur: tum quænam, inquit, eſt hæc iniquitas? vt cum 304. diebus quibus in duriſsimis vinculis, ſordibus, ſquallore, inopia, Obtrectatores meos ſemper audiueritis, me vnam horam audire nolitis? cum ſingulis reſpondere ſe parabat, incredibile dictu eſt, quibus ſe tueretur argumentis, nihil vnquam protulit indignum VIRO BONO, vitam ſuam, ac ſtudia expoſuit officiorum PLENAM, ET VIRTVTVM, expectabant omnes vt ſe purgaret, & erratorum veniam poſtularet: at ille nihilominùs in laudem Ioannis Huſſ. deſcendit, quem virum ſanctum appellat, & tali ſupplicio indignum, ſe quoque paratum eſſe conſtanti animo pro eadem cauſa quoduis adire ſupplicium. O VIRVM DIGNVM HOMINVM MEMORIA SEMPITERNA! *Addit hic veſter.* (Non laudo ſi quid aduerſus inſtituta Eccleſiæ ſentiebat) cùm veniſſet ad locum mortis veſtimentis ſeſe exuit. Flammâ adhibita, canere cœpit hymnum, quem fumus & ignis vix interrupit: Cùm Lictor poſt tergum eius lignum, nè

[c] *Poggius Florentinus Orator, in epiſt. ad Leonard. Aretium de condemnatione Hieron. Pragenſis & habetur in Faſciculo rerum expend.*

nè id rideret, injicere vellet, huc, *inquit*, accede, & in conſpectu accende ignem; ſi enim illum effugere voluiſſem, nunquam ad hunc locum, cum fugiendi facultas erat, acceſsiſſem: hoc modo vir PRAETER FIDEM EGREGIVS conſumptus eſt. vidi ego hunc exitum, ſingulos actus perſpexi. *Hactenùs facetus Poggius veſter ſerio. Denique.* [a] Calland r & aliqui Pacificatores reconciliationem inter nos & Proteſtantes moliebantur, quos dixerunt eſſe VERA MEMBRA Eccleſiæ, licet in aliquibus dogmatibus diſſentiant. *Ita iampridem Candidiores Pontificij: caterùm, vt iam appareat Contentionis Bellarminiana inſulſitas;*

[a] *Bell. lib. 3. de Laicis cap. 19.*

2. *A Proteſtantibus exigere Pontificiorum hoc tempore de ſua laude teſtimonium planè iniquum videtur. Ratio duplex.*

Prima.

Quia nunc ſunt Aduerſariorum ingenia magis tetrica, amarulenta, maligna, vt quoties apud aliquos de Proteſtantibus mentio aliqua honorifica occurrat, vos eorum debitam laudem ſimul cùm nominibus obruendam eſſe mandatis: an verò expectatis, vt inuidiam Aduerſarijs ſuis laudem, id eſt, vt terra ſoli lucem aliquam præbeat? Lutheri nomen quanti facitis? Aduerſarius. [x] Lutheri nomen Hebraice ſcriptum efficit numerum, 666. quod nomen Antichriſti efficere debet. *Ludicrum commentum. Aduocatus.* [y] Nomen Antichriſti Apoc. 13. quidam ad Latinas notas, vt in ijs NOMEN LVTHERI eſſe oſtenderent, AVDACIVS tranſtulerunt. *Quid ſi is fortè laudetur?* [z] DELEATVR NOMEN LVTHERI, cum ſua autoritate. [a] Et in Ioanne Funcio hæc verba: [Poſt PII DOCTORIS LVTHERI mortem.] deleantur. [b] Deleantur illa verba, nimirum, [Operis laborioſiſsimi, atq; VTILISSIMI HISTORIAE MAGDEBVRGICAE.] [c] Deleatur nomen MELANTHONIS. *Quamobrem obſecro?* [d] Quia Leobaldus in annotationibus paſsim citat Melanchthonem: eius Citatio paſsim delenda eſt. [e] Melanchthonis & aliorum nomina omittantur.

[x] *Ozorius Ieſ. Tom. 4. Conc. de obitu Patris Ignatij.*

[y] *Acoſta Ieſ. lib. de temp. noui. cap. 5.*

[z] *Index Expurg. pag. 162.*

[a] *Ibid. pag. 180.*

[b] *Pag. 96. & 123.*

[c] *Index Expurg.*

[d] *Pag. 126.*

[e] *Pag. 164.*

[k] Pag.204. tantur. [k] Supprimatur nomen Caluini, & ponatur STVDIOSVS QVIDAM. Quæ *(malum!)* *Hæc peruersitas sibi vult? Caluinus studiosus aliquid scripsit laude dignum, at si Caluinus ponitur, deleatur* Studiosus; *si ponitur* Studiosus, [a] *Math.23.* *deleatur Caluinus. Cui ego vos assimilem? Erant, qui* [a] Prophetas occidebant, & sepulchra eorum exornabant. *Vos sententias Autorum approbatis, nomina supprimitis: nec hoc*

[l] Pag.162. *solũ, sed &* [l] Deleatur Laudatio Sleidani de Fidelitate: *quasi*

[m] Sic inscribitur Index Expurgat. Expurgatorius illustrissimi Card. Toletani Hisp. Anno 1601. *cum hominibus fidelibus ipsius quoq; fidelitatis laudẽ extinctam velitis. Hæc ex Indice illo expurgatorio, quẽ Franciscus Iunius è tenebris vindicauit. vt vero Iunio nostro apud vos fidẽ conciliemus, operæ-pretiũ erit huius generis alia percipere ex Indice, qui autoritate* [m] Supremi Senatus S. Generalis Inquisitorũ *nuper prodijt, quo ceu nefanda typographiæ tyrannide, in Principum, Pastorum, Scriptorumq; Protestantium encomia, titulos, nomina immaniter sæuiistis.* 1. *In his* ;[Edouardus 6. Angliæ Rex, &

[n] Fol.148. ADMIRANDAE INDOLIS ADOLESCENS.] Hæc postrema verba deleantur. [2] Detrahatur Epistola Nuncupatoria ad ELIZABETHAM Reginam

[o] Fol.92. Angliæ: & [3] Illa alia Epistola ad REGINAM ANGLIAE

[p] Fol.150. reijciatur. [4] [Iohannes Fredericus PRINCEPS CHRI-

[q] Fol.148. STIANISSIMVS,] Hæ duæ voces deleantur. [5] De Friderico

[r] Fol.93. Saxonum duce deleantur illa verba. [ILLVSTRISSIMVS

[s] Fol.148. SAPIENTISSIMVSQVE]. [6] [Christophorus PRAE-

[t] Fol.48. CLARVS Dux Witenbergensis.] Deleatur verbum PRAECLARVS. [7] Hollatiæ Ducis filius, quæ sequuntur, deleantur. [INSIGNI PIETATE LAVDATISSIMVS.]

[u] Fol.142. *Pastorum & Scriptorum.* [8] [Melanchthon vir NVLLI nec Italorum, nec Gallorum secundus: MAGNVM Germaniæ DECVS.] expungantur. [9] Melanchthonis & huiusmodi Hæreticorum, [10] Hulderici, & Hutteni, & Puceri NOMINA expungantur. [11] [Dominus Sebastianus

[x] Fol.93. Munsterus.] deleatur DOMINVS. [12] [D. Lutherus:] deleatur prima litera D. [13] [Conradus Pellicanus Theologus: [14] Bucerus Theologus: [15] Zuinglius Theologus:] Deleantur in istis vox THEOLOGVS. *Hac adhibita spongiâ*

gia facile quidem efficietis vt apud Proteſtantes, nec Princeps, *nec* Dominus, *nec* Doctor, *nec* Theologus, *ſit, non modo non bonus, ſed nec malus quidem. Enimuero Cenſoribus & Inquiſitoribus inprimis cauendum erat, ne veluti æs, ſi ſordidis hominum pedibus conteratur magis magiſque ſplendeſcit; ita iſtis veſtris lituris, magis quam aliorum literis Proteſtantium nomina & laudes illuſtriores fiant.*

Secunda Ratio.

Cum hæc hiſtoriæ lex ſancita eſt, peimò ne quid falſi quis narrare audeat: ſecundò, ne quid veri non audeat: fieri igitur non poteſt, vt qui vitia ſua impudenter negant, Aduerſariorum ſuorum virtutes candide ingenuèq; agnoſcant: at [16] Verba, *inquitis,* Eſpenſæi, *(Epiſcopi Pontificij)* [ROMA FACTA EST LVPANAR. & hæc: Sedis Apoſtolicæ ſumma iura, hoc eſt ſummæ iniuriæ; Priuilegia; hoc eſt, Abuſus; Conſuetudines, hoc eſt, corruptelæ; hæc omnia deleantur. [17] Ex Thomæ Mori, viri clariſsimi ſcriptis, hæc verba: [O SACERDOTES NOSTRIS LONGE SANCTIORES:] Et hæc, [Quinta eſt acta ætas quaſi decrepita, & confecta ſub Pontificibus Romanis, & Cæſaribus Germanis.] atque hæc. Quod inde per omnes Cæſares, vſque in Pontifices Romanos durauit. Deleantur. *Deniq; Arrogantia, & Inuidia in eadem morantur ſede, illa dextram, hæc læuam occupat: ita vt tam prompte hæc alienis laudibus detrahat, quam profuſe illa ſuis proprijs blandiatur. ſic autem de ſe Ieſuitæ.* [m] Lege noſtræ Societatis Theologos, [n] Legite & ſcietis quantos progreſſus in literis fecerint. [o] Ego ſuper omnia laudo, Bellarmine, Tractationem tuam. [p] Noſtræ Societatis inſtitutum eſt hominum perfectorum & Sociorum Ieſu. *Boni Ieſu ſic cõtere & confunde ſpiritus arrogantes, ne in æternum confundantur. poſtremo cum Aduerſarios veſtros nulla laude dignemini, ex hoc non probari illos laude indignos fuiſſe, ſed vos inuidos, nec illis meritum, ſed candorem vobis, & charitatem defuiſſe, quæ faxit Deus vt animos exulceratos, ita*

[16] *In Indice Expurg. ab Hiſpania fol. 60.*

[17] *Fol. 158.*

[m] *Armandus Ieſ. in Epiſt. ad Caſimerium.*

[n] *Delrius Ieſ. in Prolog. in lib. de Mag.*

[o] *Perius Ieſ. præf. in diſq. in Gen.*

[p] *Ozorius Ieſ. vide ſupra.*

aliquando penitus occupet, atq; expurget, vt in vnitate Spiritus nobiliſſimum veritatis ac pietatis coniugium ſtudioſe conciliamus, æternumque colamus. Neque ſimus in numero eorum de
* Ioh.5.42. *quibus Chriſtus* * *Ioh.* 5. Non poteſtis credere, quia ab inuicem, *(id eſt, homines, ab hominibus)* gloriam quæritis:
* Rom.2.35. *ſed eam potius laudem ancupemur*, * Quæ eſt à Deo: * In
* Eph.1.6. gloriam gratiæ ipſius.

Caput. XXXIII.

Nota 14.

a Bell.lib.4.de Eccleſ.Milit. cap.17. *Aduerſarius.* a Decima-quarta Nota eſt infœlix exitus eorum, qui Eccleſiam oppugnarunt. *Huius futilitatem Nota vltima explicat, atque refellit: ad Hypotheſes feſtinamus, quarum prior ad Proteſtantes, poſterior ad Pontificios pertinet.*

1. *Hypotheſis. primò in genere.*

b Bell.quo ſupra.& Coſterus Ieſ.Apolog. part.3.cap.1. *Aduerſarius.* b Lutherus veſperi ſanus, eadem nocte repente eſt mortuus. Zuinglius in bello trucidatus: Oecolampadius veſperi ſanus, mane inuentus eſt mortuus.
* Math.24.41. *Reſpondeo ex* * *Matth.* Vigilate, quia neſcitis ποίᾳ φυλακῇ, qua vigiliâ, fur venturus eſt. *Ex qua (vt mihi videtur) Repentinæ mortis diſtinctio non inepta emergit, nimirum mortem dicendam eſſe vel reſpectu præparationis, vel expectationis, repentinam: ne primo modo ſubita ſit, Dominus his verbis,*
* Luc.12.37. * [Vigilate, parati eſtote,] *Nos cautos fecit; ſi verò ſecundo modo ſubita* [Neſcitis quâ vigiliâ] *tamen vigilantes dominus & ſecuros nos fecit.* [*Beati Serui illi quos dominus veniens inuenerit vigilantes.] *Quanquam ſatis ſemper expectata eſt*
* Verſ.36. *mors ijs, qui eam ſemper prudenter expectant* *: [Vos ſimiles eſtis

eſtis hominibus expectantes Dominum]. *Aduocatus.* [a] Illi parati qui ſemper Domini aduentum ſpe & expectatione præſtolantur, nec in horam mortis pœnitentiam differunt. *Impœnitentibus vero mors etiam lenta, non minus, quam violenta eſt repentina.*

[a] *Tolletus Ieſ. comm. in hunc locum.*

Secundò, in particulari.

Aduerſarius. [d] Lutherus Veſperi lætus, & cum facetijs ſuis omnes ad riſum prouocâſſet, eadem nocte eſt mortuus: Zuinglius in bello contra Catholicos trucidatus: Oecolampadius ſubitò mortuus: Caluinus a vermibus conſumptus exſpirauit, vt Herodes, & Dæmonibus inuocatis blaſphemans obijt. *Equos horum omnium teſtes poſſitis producere?* [e] Coclæum & Eolſecum teſtes habemus: *Hic penitùs hærerem, niſi vos me expediretis. Aduocatus.* [f] Stultum eſt credere potius abſentibus, quam ijs qui interfuerunt. *Libeat itaque tibi, quæſo ſapere; & auritos tuos teſtes vel potius Proteſtantium dentatos hoſtes emittere parumper, oculatos noſtros, quamuis Domeſticos, adhibere.*

[d] *Bell. & Coſtetus quo ſupra.*

[e] *Ibidem.*

[f] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 14. §. Reſpondebimus.*

Pro Luthero.

*Lutherus anno ætatis ſuæ 63. INFIRMA VALETVDINE à Comitibus Mansfeldenſibus, ad controuerſiam inter eos dirimendam euocatus, poſt cœnam de rebus grauiſsimis, AD RELIGIONEM PERTINENTIBVS, loquutus inter alios ſermones quæſtio hæc intercidit: Vtrum ſumus alij alios in altera vita cognituri? Lutherus reſpondit, Adamum cognouiſſe Euam, quam antea nunquã viderat, & dixiſſe. [Hæc nunc eſt os ex oſsibus meis.] poſt cœnam, ſentiens morbum INGRAVESCERE, vocat adſe vxorem, & liberorum Pædagogum Iuſtum Ionam, venit etiam Comes Mansfeldinus, multa verba cum eis habuit, & eos AD PIETATEM hortatus eſt, tandem, poſtquam PRECATVS eſt, animam Deo dedit. * GRATIAS im-

* *Sleidanus lib. 16. in fine.*

* *Melanchthonius de vita Luthori.*

mortales Deo agens, quod filium ſuum CHRISTVM ei patefeciſſet: vidi, inquit, Filium tuum, & veritatem tuam amaui tanquam animam meam: hortatus eſt vt omnes precarentur pro propagatione Euangelij.

Pro Zuinglio.

[g] *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 9.*

Aduocatus. [g] Ais Sanderum noſtrum & cæteros Coniuratos in Hibernia contra Sereniſsimam Reginam Angliæ armatos fuiſſe. Reſpondeo, Dominum Sanderum cùm alijs Sacerdotibus fuiſſe exercitui auxilio in his, quæ conſcientiam concernunt. Quid hic mali? *Nihil præter perfidiam, rebellionem, rapinas, parricidium: ſed ad rem, Zuinglius in bello aduerſus Pontificios mortuus eſt, & Sanderus cum alijs Sacerdotibus in bello aduerſus Proteſtantes, trucidatus eſt:* Iam ſumus ergo pares, *niſi quod ille ciuis pro patria ſua, hic perduelis, contra ſuam, buccinator extinctus eſt.*

Pro Oecolampadio.

* *Wolfangus Capito, & Simon Grinæus quorum hic Oecolampadio morienti adfuit.*

* Oecolampadius per dies ſedecim in lecto æger decubuit, aſtantes ſæpè AD ORATIONES hortatus, conſtantiam optabat ſæpius pro Chriſto mori, dixit ſe lætum ad Chriſti tribunal proficiſci: decem Miniſtri ei morienti adfuerunt: poſtquam Pſalmum 50. integrum recitâſſet, Serua me, *inquit*, Domine Ieſu Chriſte, & ſuam animam Chriſto tradidit.

* *Hæc ſcribunt Nicolaus Gelaſius in Epiſt. præfixa Comm. Calu. in Eſaiam, & Theod. Beza qui coniunctiſſimus Caluino vixit. & Boiſecus, vt lego, in publica Synodo flens confitebatur quaminiuſtis conuitijs Caluinum oneraſſet.*

Pro Caluino.

* Caluinus ante mortem teſtamentum pium condidit, & ad hanc rem Scribam Geneuenſem publicum adhibuit, omnes Miniſtros ad ſe conuocatos hortatus eſt, vt in fide conſtantes permanerent: tandem dextram cunctis porrexit, & vale-dixit ſummo cum eorum gemitu; cùm ad ſtatum diem rurſus Miniſtri conuenirent, voluit Caluinus vt in ſuis ædibus pranderent, poſtquam decubuiſſent, Caluinus

uinus ad menſam delatus eſt, verbis humaniſsimis ſingulos allocutus, abijt. Poſtero die animam efflabat dormienti ſimilior quam morienti. *Non a me expectanda fuit, (præſertim in quæſtione de facto) ex Aduerſariorum ore profecta defenſio: dum tamen Aduerſarijs, quaſi iuratis, teſtes ego domeſticos oppono, cuiuſuis erit exiſtimare, vtrum malitia procluior ſit ad Infamiam conflandam inimicis; quam gratia ad famam & exiſtimationem bonam ſocijs conciliandam, cùm præſertim hac ferè luſca, illa verò ſemper caca naſcitur.*

CAPVT. XXXIIII.

Altera Hypotheſis Eccleſiam Romanam confodicat.

ADuocatus. [a] Sozimus. 1. Pontifex, Epiſcopatus ſui Die viceſimo, SVBITA MORTE corruptes abijt. Nicholaus 3. SVBITO mortuus eſt. Paulus 2. moritur mediâ nocte, nemine præſente, cum LAETVS eadem die eſſet in Conſiſtorio, & duos pepones edebat pridiè ante mortem. Sunt qui ſcribunt Iohannem 13. ſceleratiſsimum hominem, vel monſtrum potius quàm hominem, in ADVLTERIO DEPREHENSVM, & confoſſum perijſſe. Chriſtopherus 1. in carcere MISERE vitam finiebat. [b] Hadrianus Pontifex excommunicationem Henrico 2. denunciat, ipſe à Deo MALE-DICTVS cùm aquam è fonte haurire vellet, muſca in os ejus inuolans gutturi adhæſit, quâ MISERE SVFFOCATVS eſt. [c] Bonifacius 7. ſuorum ſcelerum conſcientia excruciatus, SVBITANEA MORTE perijt. [d] Benè legitur Anaſtaſium diuino nutu percuſſum interijſſe. *Deinde, quòd Caluino impingitis,* Eum perijſſe more tyrannorum, *nimirum*, morbo pediculoſo: *Hoc idem ego ſemel legi, ſæpe audiui, Regi veſtro Catholiciſſimo ſcil. Philippo Hiſpaniæ ſecundo contigiſſe: noſnè igitur homunciones, vt tanquàm ex Iouis cerebro profecti, in hoc exemplo conſilia Diuina rimari, & non potiùs mirari velimus? ſed inſtas?*

[a] *Platina in horum Pontificum vitis.*

[b] *Naucleri in generat. 139.*

[c] *Sabellus & Naucleri.*

[d] *Ioannes de Turrecremata Card. lib. de Summ. Eccleſ.*

Obiectio.

[e] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 16. §. Tertio Deus.*

Aduerſarius. [e] Deus volens ſententiam ſuam contra Conſilium Baſilienſe oſtendere, tam terribili peſte Baſiliam tunc affligebat, vt major pars eorum Patrum, qui ibi erant, extincti vel ſecedere coacti ſunt. *Reſpondeo primò, ſi ſic argumentari licet, væ Iubilæis veſtris! nam. Aduocatus.* [f] Clemens 6. conſtituit vt quinquageſimo quoquo anno Iubilæus celebraretur: illo tempore TANTA PESTIS PER TOTAM ITALIAM peruagata eſt, vt VIX DECIMVS quiſque EX MILLESIMO ſuperfuerit: nec id mirum, cum ob IVBILAEVM contagione hominum & multitudine vndique Romam commigrantium, omnia miſcerentur. *Fallacia, igitur, hæc dicitur, non cauſæ. Sed cùm Baſilienſis Concilij autoritas tam vehementer vos exercet, vt vobis neceſſe fuerit, eam penitus labefactare, quo Pontificis autoritatem ſartam tectam habere poſſitis; noſtrum erit horum quoque Patrum integritatem, etiam in hac parte, aſſerere: Dura, inquies, prouincia, imò verò faciliſſima, ſi Patrum Baſilienſium conſcientiæ cùm Aduerſariorum ſuorum conſcientijs, vitæ exitus cùm ἔξοδῳ conferamus.* [g] Conſtare inter omnes Patres Baſilienſes videbatur, ingraueſcente peſte, iam honeſtatem potiùs periculoſam, quàm vtilitatem ſecutam eſſe quærendam: quanquam reuerà ſecerni vtile ab honeſto non poteſt. Cecidit in ea peſte Lodouicus Patriarcha Aquilienſis, vir grandæuus, in partem conſolationis arripit, quoniam priùs Eugenium depoſitum vidit quàm moreretur; lætuſque, vt ante prædixit, talem nuncium in orbem portaret alium. Multi Epiſcopi, & viri celebres diem obierunt, qui vbi adeſſe horam migrationis ſenſêre, quampluribus ad ſe viris grauibus accerſitis, vos omnes; qui adeſtis, dixerunt, Adorate Deum, vt illos conuertat, qui Eugenium pro ſummo Pontifice recognoſcunt, ſeque in fide Conc. Baſilienſis morituros proteſti, abſque vlla excuſatione dormientibus ſimiles ad Dominum migrauere. *Hi*

[f] *Platina de vita Clementis.*

[g] *Aeneas Syluius de geſt. Conc. Baſil.*

in

in animis ſuis paradiſum ſentiunt, at horum Aduerſarius grauiſſimus, nihil niſi Gehennæ horrorem ſpirat. [b] Panormitanus ſe acerrimum Eugenij Defenſorem in Conc. Baſilienſi exhibebat, poſtquam domum rediit, in cubiculum ſe recepit, ſecumq; de Rege ſuo queſtus eſt, quod eum ADVERSVS VERITATEM pugnare compelleret, & famam ANIMAMQVE ſuam PERDITVM iret. *Sic ille de vno: accipe de alijs.* * Minerius Gallus, qui Proteſtantes perſequebatur, ex internis viſcerum flammis miſerè perijt, cùm medici non eum ſanare, ſed nè aſpicere quidem potuerunt. *Ecchius erat acerrimus Lutheri hoſtis, &* * Ecchius moriens de nulla re alia quàm nummis loquutus eſt: Si tantum, inquit, nummorum acquiri poſsit, tranſactam eſſe rem. *Pigghij, Oleuarij Cancellary Galliæ, Lothoringi Cardinalis, Sadoleti, qui præfuit Concilio Tridentino, aliorumq; exitus funeſtiſſimi fuiſſe perhibentur: Copias nobis exemplorum eorum, qui Proteſtantium partibus proditis, atque deſertis, ſumma in miſeria & deſperatione moriebantur, tradit veſtri ordinis Alumnus olim Ieſuita Haſſenmullerus in libro, qui* Hiſtoria Ieſuitici ordinis inſcribitur. *Omitto Caſparum, Rabum, Franckum, Staphylum, & ipſum Coclæum, Franciſcum Spiram, Bacheum, Stephanum, Agricolam, quos omnes ab Euangelica veritate* * Apoſtatas, ait, miſerimè perijſſe. *Tandem Ieſuitarum Patriarcham ipſum Ignatium Loialam introduxit,* * Eum Turrianus Ieſuita mihi dixit (*inquit*) ita ſæpè à Dæmonibus agitatum, vt frigidiſsimum mortis Sudorem copiosè fuderit: Item Octauianus Ieſuita mihi retulit (*inquit*) dicens: Ignatius Pater noſter circa agonem mortis dixit, multa bona contuli in Eccleſiam Romanam, multas opes Societatis noſtræ vidi; ſed hæc omnia me deſerunt, & quò me vertam neſcio! *Conſultò prætereo infinita huiuſmodi luctuoſiſſima ſpectacula, quæ Danæus, Zanchius, & alij literis tradiderunt, quia Chriſtiani hominis eſt vinis potiùs benè precari, quàm demortuorum inſultare miſerijs. Nec tam ex iſtis horrendis mortuorum exemplis, quàm ex diuinis oraculis notas & argumenta petere veritatis.*

[b] *Antea Syluius lib. de geſt. Conc. Baſilienſ.*

* *Pantaleon in hiſt. Gallica.*

* *Carion in Chron.*

* *Haſſenmullerus lib. de Ord. Ieſ.*

* *Idem ibid.*

CAPVT.

Caput. XXXV.

De Nota vltima (quam Bellarminus posuit) Fœlicitate temporali.

[a] *Bell. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. vlt.*

Aduersarius. [a] Vltima nota Ecclesiæ est fœlicitas temporalis, diuinitùs ijs collata, qui Ecclesiam defenderunt: nunquam enim Catholici Principes ex animo Deum coluerunt, quin facillimè de hostibus hæreticis triumpharent. *Vt impiæ ingratitudinis esset, non agnoscere miraculosam Dei munificentiam, ita insignis temeritatis est, vel etiam infidelitatis, admirabilem omnem felicitatem externam, vt Ecclesiæ notam perpetuam admittere. quia. Aduocatus.* [b] In Ecclesia nescit homo amorem aut odium, quia beneficia temporalia Indifferenter evenivnt bonis, & malis: hæc indistinctio Obtenebrat mentes hominum de prouidentia Dei. *Scriptura clarius loquitur.* [c] In Matth. [Facit Deus solem suum fulgere super Ivstos et Inivstos.] Vndè facile perspicimus, hominum aut nationum prosperos successus Nvllvm signvm, aut testimonium esse Verioris, aut purioris Religionis. *Quid ergo?* [d] Cùm creuerint opes Ecclesiæ, gratulandum est fœlicitati (Si-modò verè sita est in hoc Fœlicitas) si Foelicitati respondet pietas. *Tu verò exemplis pugnas.*

[b] *Hugo de S. Victore in Eccles. 9. 1.*

[c] *Colleg. Anglo-Rhem. annot. in Matth. 5. 45.*

[d] *Erasmus annot. in Act. 11.*

Exemplis certatur veteris Testamenti.

[e] *Bell. quo supra.*

Aduersarius. [e] Notæ sunt historiæ veteris testamenti, Abrahæ, Mosis, Ezechiæ, Iosiæ. *Notæ reuerà, atque etiam notabiles, & admirandæ, quæ tamen quoties Ecclesiæ abfuerunt, eius notæ esse minimè potuerunt. nam primò, tempore Patriarcharum. Aduocatus.* [f] Quot Adversa contigerunt Iacobo, qui Tamen omnibvs hominibus Gratior erat, is fame laborans cogitur subsidium petere Ex Ægypto.

[f] *Ioannes Ferus in Act. 7.*

ÆGYPTO. 2. *Tempore Moſis.* [g] ÆGYPTVS *(per annos quadraginta)* erat SCHOLA FILIORVM DEI, qui adoleſcere non poſſunt, niſi vexentur. 3. *Tempore Iudicum.* *[TERGA vertit ISRAEL in pugna contra PHILISTAEOS: cæſa ſunt QVATVOR MILLIA virorum: dixerunt maiores natu Iſraël, quare percuſſit nos Deus hodiè cum Philiſtæis? proxima pugnâ ceciderunt DE ISRAEL TRIGINTA MILLIA peditum, & ARCHA DEI CAPTA EST: Heli Sacerdos, hoc audito, de ſella retrorſum cecidit, & FRACTIS CERVICIBVS MORTVVS EST.] *Nec tamen Theologus quiſquam (quod ſciam) aut de iſtius Religionis Iſraeliticæ veritate, aut de Sacerdotis huius ſalute, vnquam dubitauit.* 4. *tempore Ezechiæ.* [h] Interdum Deus ſinit BARBAROS crudeles DOMINARI POPVLO ſuo, quo grauiſsima eorum peccata PVNIAT: ſic per Regem Aſſyriorũ, quem Ezaias vocat VIRGAM DEI, Deus puniuit decem tribus Iſraël: per REGEM NABVCHADNEZZAR quem per Ezechielem Dominus vocat SERVVM SVVM, Deus caſtigabat duas TRIBVS IVDAE. 5. *Tempore Ioſiæ.* [i] In 4. Reg. Ioſias aſcendit templum Domini *(en principem poſt, vel etiam ante omnem hominum memoriam, pientiſſimum)* * SIMILIS ILLI NON FVIT ANTE illum Rex, qui REVERTERETVR ad Dominum TOTO CORDE, & tota anima iuxta legem Moſis, NEQVE POST EVM ſurrexit SIMILISCI. Ille abijt CONTRA Pharaonem Necho, & OCCISVS eſt in Migiddo. *En igitur, piorum, adeoque vere felicium, ſucceſſum temporalem minimè fœlicem: qualis multo ante hac tempora Iudæis contigit.* [k] Beniamitæ DIVINO RESPONSO IVSSI PVGNARVNT, primo congreſſu ingenti clade VICTI SVNT: rurſus Deum conſulentes, ITERVM PVGNANT, DECEM & OCTO millibus ſuorum INTEREMPTIS. [l] Et tamen Iſraëli Deus fauit. *Id enim in hac parte interdum accidere, quod in Duello, ſolet.* [m] MVLTOS quorum erat IVSTA cauſa in Monomachia ſæpe SVCCVBVISSE docent multa exempla. *Ad duellum*

[g] *Maldonatus Ieſuita comm. in Matth. 2.*

* *1. Reg. 4. Vulgata Editio.*

[h] *Pererius Ieſ. com. in Dan. lib. 2.*

[i] *4. Reg. 23. vulgata Editio.*

* *4. Reg. 23. 25.*

[k] *Pererius Ieſ. comm. in Exod. 5. diſp. 4.*

[l] *Roſſenſis art. 34.*

[m] *Delrius Ieſ. tom. 2. diſq. Magic. lib. 4. cap. 4. qu. 4. ſect. 2.*

primum reſpicito. * Cain & Abel pugnant, Ivstvs Abel Occisvs eſt, ſceleratus Cain vitam longæuam duxit, vrbes condidit, inquit * Ambroſius. *Res vel Ethnicis obuia.* * Nonnunquam etiam Viator à Latrone occiditur. *Quid tandem?* * Oportet vt Credatvr Deum remuneratorem eſſe omnium fidelium Praestantiori Ratione, quàm quâ in hac vita eos remunerat, quia ſæpe etiam ſine remuneratione ex hac vita ſancti diſcedunt, vt Abel à fratre interfectus. *Præclare itaque Ruffinus.* * In huiuſmodi melius nobis fides, quam ratio reſpondet. *Imo verò hæc Nota Eccleſiæ (ſi quis velit in ea acquieſcere) cauſa neceſſaria erit Apoſtaſiæ. nam* † Achaz Rex Iudæ videns ſe à Syris deuictum, quum id peccatis ſuis imputare deberet, & ad Dei auxilium confugere, politicè agere maluit, dicens, [*Dij Regum Syriæ opitulantur ſuis, quos ego placabo hoſtijs, & aderunt mihi.] ſic iſte *(audi Theologe)* politicus Deum ſuum, & religionem ſuam vtilitate metiebatur. *Et certè cum hiſtorias ſacras conſulimus, manifeſtè patet veritatis hoſtes ſæpe bello ſuperiores euadere; non quod Religio Orthodoxa indigna eſt fide, (abſit!) ſed quod profeſſores eius ipſa Religione indigni ſunt. Deinde etiam vere ſanctæque profitentibus felicitas temporalis vſque adeo Eccleſiæ Militantis nota non eſt, vt plerumque etiam ſit ad Eccleſiam triumphantem gradus expeditiſſimus. De hoc mox plura. De veteri Teſtamento ſatis, ad nouum pergamus.*

Pererius quantum memini, hoc habet eom in Gen.
Ambroſ. lib. 2. de Cain & Abel. cap. 10.
Cicero.
Ribera Ieſ. com. in Heb. 11.
Ruffinus.

† *Staplet. in Orat. Academ. contra Politicos pag. 17.*
* *1. Reg. 27.*

Exempla noui Teſtamenti.

Aduerſarius. ¶ In nouo Teſtamento exempla nobis eſſe poſſunt Conſtantinus Magnus, Theodoſius, Honorius, & alij qui de hoſtibus triumpharunt. *Oculis careat, qui miraculoſa Dei præſidia non ſuſpiciat, & veneretur, ſed qui omnem felicitatem externam tanti facit, vt Religionis diuinæ teſſeram perpetuam habeat:* ---- * Careat ſucceſsibus opto, Quiſquis ab euentu *(ſemper)* facta notanda putat, *Poëta cecinit, quia Aduocatus.* † Tanta fuit Alexandri fœlicitas,

¶ *Bell. quo ſupra.*

* *Ouidius.*
† *Pererius Ieſ. comm. in Dan. lib. 2.*

citas, vt scribit Iustinus, vt nullo vnquam cum hoste congressus sit, quin deuicerit; nullam ciuitatem obsederit, quin eam expugnauerit nullam Gentem adierit, quin eam calcauerit; Denique, præsente Alexandro, tanta fuit eius militum fiducia, vt armatos hostes nudi adoriri non dubitarent. ex innumeris periculis sæpe præsentissimo vitæ DISCRIMINE MIRABILETER seruatus est; & amplitudinem imperij eius latam Scriptura prædixit. *Hæc diuinæ prouidentiæ nota fuit, non autẽ nota Ecclesiæ:* [f] nam Ecclesia est hæres crucis. [t] Vt aquæ diluuij Archam Noë attollebant, ita persecutiones Ecclesiã ILLVSTRANT. Est enim persecutio Ecclesiæ, inquit Iustinus, quod vineæ putatio, vt vberiores lætioresque fruges reddat, &, vt eleganter Tertullianus: Sanguis Martyrum est semen Ecclesiæ. [u] Rubus ardens est figura Ecclesiæ, inquit Hieronymus, quæ flammis persequutionum Vexata, non consumatur, sed viret magis & splendescit. *Proinde Ecclesia, quæ est* [x] Lilium inter spinas, *& Sponsa illa* nigro-pulchra, *hoc, faciendo bona, illud, mala patiendo; (si Patribus credimus) ex rubro, non ex albo colore plerumque dignoscitur. tu vero Patrem vnum opponis.*

[f] *Greg. Magnus com. in lib. Reg.*

[t] *Bell. lib. 4. de notis Eccl. ca. 6.*

[u] *Pererius Ios. com. in Exod. disp. 5.*

[x] *Cant. 2.*

Instantia.

Aduersarius. [z] De Constantino Imperatore sic scribit [*] Augustinus: Constantinum Imperatorem, verum Deum colentem, Deus tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nemo auderet. Vniuersum orbem vnus tenuit, in gerendis bellis fuit victoriosissimus, in Tyrannis opprimendis per omnia prosperatus. *Et nos, iuxta cum Augustino Ecclesia, & Constantino vere Magno magnam suam fœlicitatem libenter, incundeque gratulamur: quid ex his? an propterea omnis splendida prosperitas est Nota Ecclesiæ? nihil minus. Augustinum appello; cui si placet, causam hanc totam definiendam permittemus. Patronus.* [*] Pagani obijciunt nobis (*Christianis*) latitudinem Imperij Romani, & illud beneficium falsis suis Dijs tribuebant. 2. [*] Pagani afflicti rebus

[z] *Bell. quo supra cap. vlt.*

[*] *Lib. 5. de Ciuit. cap. 25.*

[*] *August. lib. 4. de Ciuit. cap. 15.*

[*] *Ibidem lib. 1. cap. 30.*

rebus aduersis, querebantur de Christianis, & Romanæ reip. cladem in Religionem nostram referunt, quia Dijs
* Lib.1.cap.14. & 19. suis sacrificare prohibentur. 3. * Multi inquiunt (Pagani) à nobis Christiani captiui ducti sunt. *His Paganicis*
* Ibidem. *obiectionibus occurrit Augustinus; postremæ sic:* *CHRISTIANI INTERDVM, fateor, etiam Prophetæ Captiui ducebantur, sed nusquam vbi non Deum suum inuenerunt, etiam in visceribus Belluæ Ionas. *Ecce Captiuus verus Dei*
* Lib.1.cap. vlt. *Cultor. Secundò sic.* * In vero Dei cultu veraciter SEMPITERNA BEATITVDO promittitur. *Viden'? felicitatem*
* Ibidem *temporalem tuam reijcit, vt æternam confirmet: ad primam. demique sic.* * Belligerare & prædomitis Gentibus dilatare regnum, videtur MALIS felicitas, BONIS necessitas. *Nunc ad locum abs te obiectum:* Constantinum Imperatorem tantis bonis terrenis, *& cætera quæ citâsti; quæ enim sequuntur tibi minimè arriserunt; ec. pace tua, subijciam, ne quis*
* August. lib.5. cap.25. *aut nimium tibi, aut Augustino parùm credat.* * Sed rursus nè Imperator quisquam Deo Christianus esset, vt terrenam fœlicitatem mereretur, cùm propter vitam æternam
y Baronius Card. anno Christi 363. Liberij Papæ 12. quisque debet esse Christianus: IOVINIANVM (y Hic autē erat Catholicæ fidei PROPVGNATOR ACERRIMVS) Deus multò citius abstulit, quàm IVLIANVM, *qui erat perfidissimus Apostata. Augustinus hanc felicitatem Constantino ferè propriam fecit, vt neget eam esse in terris perpetuam, ne quis ea nota delusus Iulianum potius sectetur quàm Iouinianum, terrenæ felicitatis studiosior quam cœlestis. nam si temporalis illa bonis principibus Comes perpetua semper foret; Deus bone quot Principes Christus seruos fideles, sed seruiles, & minimè Christianos habiturus esset? qualis turba illa,*
* Ioh.6. *de qua Christus queritur.* * [Vos me sequimini, quia manducastis de panibus.] *At enim de bonis Apostolus,* * [Non
* 1.Cor.1.26. multi nobiles.] *Malorum est infinitus numerus, quia terrenis terrena succedunt, Ratio.* * [Habent enim mercedem
* Matth.6. suam.] *viz. Hic in terris: Qui meam de Patroni nostri iu-*
z Acosta Iesuit. de Temp. nouiss. lib.1. cap. 14. *dicio fidem confirmet, adest. Aduocatus.* z Bella quæuis, ex quo homines esse cœperint, nulla non ætas viderit; tamen

post

poſt tempora Chriſtiana maximè orbem terrarum infeſtarunt, vt coactus ſit * Auguſtinus calumnijs reſpondere eorum, qui iſtas calamitates legi Chriſtianæ tribuebant, & reuera regnorum conturbationes hæreſeon furori SVCCESSERVNT, cum tamen nihil accidit, quod non erat prædictum. *Ex Auguſtino igitur Concludemus.* * Non magis pendamus terrenam fœlicitatem, quæ MALIS etiam PLERVNQVE conceditur, nec eam prorſus tanquam malam arbitremur.

* *Lib. 2. Retract. cap. 43. & lib. 3. de Ciuit. cap. 30.*

* *Lib. 1. de Ciuit. cap. 8.*

CAPVT. XXXVI.

Hypotheſis. 1. *Proteſtantibus obiecta.*

ADuerſarius. * Vix vnquam Proteſtantes in bello contra Catholicos ſuperiores fuerunt, quandò iuſto prælio dimicatum eſt. *Quid ego audio?* Vix? *Quâ vnâ voce prodis cùm futilem iactantiam, tum etiam ridiculam tergiuerſantiam tuam: tergiuerſantiam, inquam, quia ſi Proteſtantes* vix vnquam *ſunt; ſunt igitur, interdùm. Quomodo verò vera Eccleſiæ nota hæc eſt, quæ conuenit interdum Eccleſiæ (opinione veſtra) non vera? vides in felicitatis huius defenſione quam tu miſerè hallucinaris? ad Iactantiam quod attinet; nè ego in Deum ingratiſſimus eſſem, ſi non reſponderem latanti animo, non modo lubenti:* vix vnquam, *inquis: Vt præteream, nullo tamen ſilentio obruendam, admirabilis Dei prouidentiæ memoriam, qua ciues Rochellinæ extremam victus omnis penuriam redacti, nunquam ante ibi viſorum piſcium incredibili multitudine diuinitùs ſuſtentati, Papalem obſeſſionem excuſſerant. Vtomittam. Neuporti veſtrorum ingentem ſtragem: In hoc militum Pontificiorum Cadauera luctum excitare, in illo piſces muti (niſi quod diuinum auxilium miraculoſum prædicarunt) ſilentium vobis imponere iure debuiſſent. vt etiam taceam quæ hodierno die obuerſantur nobis ante oculos, quas Archidux Sueuæ de Rege Poloniæ; quas Belgia, vſque ad miraculum in bellis fœlix, de Archiduce Auſtria*

* *Bell. quo ſupra in fine Capitis.*

ſtriæ multas mirificaſq; victorias reportarunt. Habeo domi, nè quæram foris, Angliæ Regnum, in quo vno, tamquam ampliſſimo theatro ipſa fœlicitas temporalis omnia virtutis ſuæ inſignia nobis exhibuiſſe, & quodammodo oſtentaſſe videatur. Nonne fugit, quod ingens illa Claſſis Hiſpanica, Inuincibilis Armado *dicta a ſuis, ſtupendo omnis generis apparatus bellici præſidio inſtructiſſima ad Angliæ ripas fere appulſa ſit; ſed (laus ſoli Deo) fere; nam ſubito, non modo contra ipſorum fidem, verum etiã ſupra vel hoſtium ſuorum vota, ſolo diuino nutu, veluti* [a] *In* die Madian, *tanquam currus Pharaõ* [b] In Abyſſo aquarum *abſorpta, periit. Imo inquies,* Vbi iuſto prælio dimicatum eſt. *Prælium illud, fateor, ſiue cauſam ſpectes, Hiſpanorum dominandi libidinem inſatiabilem, ſiue bellicum apparatum,* Claſſem *(ſic enim appellarunt)* Inuincibilem, *inſtum non fuit; ideoq; illa, Deo vindice, victa eſt. Vbi de Regno Angliæ fit mentio, viua animam tunc in terris, nunc in cœlis regnantem* Reginam Elizabetham, *nunquam ſatis prædicandam, non poſſum non aliquo laudis præconio proſequi: ſed quod (prout inſtituti mei ratio poſtulat) ex ore Aduerſariorum proficiſcatur. Admocatus.*

Anno Domini 1588.

[a] *Iud. 7.*
[b] *Exod. 14.*

[c] *Ozorius præf. ante lib. de Relig.*

[c] Quid magis ſtupendum, quam mollem & delicatam Mulieris naturam, tantis eſſe virtutibus ornatam & inſtructam, vt totum regni pondus ſuſtineat, in eoque munere maxima cum laude verſetur, quod vix multorum hominum virtute, conſilio, fide, autoritate conficitur? *Addit quoq; vir minimè Anglus:* [d] Illud duntaxat obiter adiecero, Britanniæ regnũ nunquam ab vllo (aliorum pace dixero) vel retro actis ſeculis, vel Patrum, noſtraue memoria, maiori cum prudentia, ac FOELICITATE fuiſſe adminiſtratum. *Omnibus igitur penſitatis, hæc nota* externæ fœlicitatis, *ſi vere negetur, nulla eſt, ſin concedatur, vobis infœliciter ſuccedit.*

[d] *Bizarus lib. hiſt. Genenſ. 23.*

Dilemma.

Secunda Hypotheſis Pontificios perſtringens.

[e] *Greg. Valent. Ieſ. Analyſ. lib. 1. cap. 9.*
[f] *Bell. quo ſupra §. Conſtat.*

Aduerſarius. [e] Res Catholicæ Romanæ amplum habent in omni genere fauſtum progreſſum. [f] In occidente

ſemper

ſemper imperatores magis vel minus floruerunt, vt magis aut minus Romanæ Eccleſiæ addicti fuerunt. *Obiectioni huic tria hæc, viz. Imperatorem Romanum, Pontificem Romanum, ipſamque Romam opponimus, nihil hic opus erit præteritorum Imperatorum memoriam recolere, in nouiſſimorum ſeculorum exempla oculos conijciamus, tantum eorum qui Pontificij Romani nutui iamdiu ſe totos manciparunt.*

Imperator Romanus.

Aduocatus. [f] Quod vnum impedit Antichriſti aduentum eſt Imperium Romanum, quo euerſo VENIET ANTICHRITVS. *At dominante Pontifice (qui* [g] A Phoca Imperatore primùm obtinuit vt Roma Eccleſiarum omnium caput diceretur) [h] Vbi, quæſo nunc eſt Romana Monarchia? Vbi, qui in ea mundum regat, habemus? quam obſecro, nunc Roma ſuo Regi præbet obedientiam? *Certe quidem nullam præbet, imperat verò & imponit longè maximam:* [i] Volumus & iubemus. *Nimirùm, Imperator Pontificem peperit, ſed filius deuorauit Patrem. nam.* [k] Romanum Imperium IAM ferè DELETVM EST. *Quod ſi aliquem vel tenuiſſimum ſpiritum ducit, certe in Germania obtinet, at* [l] Cui nunc vix Germani obtemperant. *Hic vides Imperij Occidentalis fatalem occaſum, vbi Imperator, niſi titularis, nullus ſupereſt, quod non Catholicæ ſed Antichriſtianæ Eccleſiæ eſt argumentum certiſſimum. Deinde, Imperatorem ſemper Turcis, tanquam Chriſtianorum munimentũ ſoletis opponere, ſed quo progreſſu?* [m] Dicitur Mahometes illud * paruulum cornu popter parua eius initia: NVNC autem eius Sectatores & Alumni, Turcas dico, TRIVM mundi partium magna ex parte IMPERIVM poſsident, Aſiæ, Europæ, Africæ, HODIE ſæuit in Chriſtianos. [n] Prouincias multas Europæ Turcæ occupat: & qui eas incolebant Chriſtiani, partim cæſi, partim acerbiſsimo ſeruitutis iugo ſubacti ſunt. *Ergo hæc nota, tantum abeſt vt Eccleſiæ Chriſtianæ lucem aliquam præbeat, vt magis ei noctem quodammodò offundat.*

[f] *Bell. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 5. §. Deinde.*
[g] *Platina, Polydor. vide ſupra lib. 1. cap. 1. cap. 80. ſect. 3.*
[h] *Fabor Stapuleuſ. comm. in 2. Theſſ. 2.*
[i] *Bulla omnium retentiorum Pontificum.*
[k] *Bell. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 2. §. Præterea.*
[l] *Cæſarem Ieſ. in Enchirid.*
[m] *Petrum Ieſ. com. in Dan. cap. 8.*
[n] *Dan. 7.*
[n] *Epiſt. Roff. art. 34.*

Ad

* Nota 14. & in lib. 1. Fusius.

*Ad Romanum Pontificem transeamus. De quo * supra satis. Exemplum vnum duntaxat subiungam.*

Romanus Episcopus.

* Platina de vita Greg. 7.

Aduocatus. * Henricum ejusque fautores Anathematis vinculo colligo (inquit Pontifex Gregorius. 7.) atque iterum regiam ei potestatem adimo, interdicoque omnibus Christianis iuramento absolutis, quo fides Regibus semper dari consueuit, Ne Henrico obtemperent, sed Rodvlphvm in Regem suscipiant. *Pontifex Henricum imperio priuare, Rodulphum tanquam germanum suum filium Imperatorem constituere conatur, res iure gladij dirimitur, principia vides, obserua successum.* ‡ Rodulphus contra Henricum. 4. bella gerit, à quo Praelio victvs, abscisâ dextra manu clamat: fidem violaui, & condignam periurij mei mercedem accipio. *Qualis hic aduersus Pontificis seruum Rodulphum, talis aduersus Pontificem ipsum successus Henrici fuit.* § Henricus irritatus magis, Pontificis Gregorij censurâ, quàm monitus, Romam hostili animo proficiscitur, vrbem ingreditur; Pontifex haud satis populo fidens, in arcem se recepit, diu obsessus, Henricus alium Pontificem creat, discedente Henrico, Gregorius liberatur, et Non ita Mvltò post morivr. *Alios Henricos duos inter se comparemus, Galliæ tertium, & octauum Angliæ, Reges.* ‖ Henricus 3. Rex Galliæ (*Pontificis filius multò dilectissimus*) à Iacobita Monacho interfectvs obijt: at ¶ Henricus 8. Rex Angliæ, reiectâ Romani Pontificis summâ autoritate, alias regulas colendi Dei in suam inducebat Angliam. *Et nemo non nouit quam hic Henricus tam Marte quàm Mercurio vir pollens, bellorum felicitate nobilitatus, res suas domi ac foras prospere administrauit. quicquid de Romano Episcopo fiat, Romana vrbi nihil nisi felix faustúmque licet ominari Iccirco*

‡ Abbas Vspurgens. ann. Dom. 1080. & Helmoldus hist. Slau. cap. 29. & Cranzius Metrop. lib. 5. cap. 16 & Bonfinius lib. 3. Decad. 1.

§ Platina de vita Greg. 7.

‖ Gallo-Belgicus tom. 2. lib. 10.

¶ Polyd. Virg. hist. Ang. lib. 27.

Caput. XXXVII.

Romam ipſam ſalutemus, ex loco Apoc.17.* * *Apoc.17.*
[Ciuitas ſuper ſeptem montes.] Et* Apoc.18. * *Apoc.18.*
[Babylon cecidit.]

Aduerſarius. [a] Proteſtantes extrema malitiâ excæcati aduerſus Romanam Eccleſiam vſque adeò inſaniunt, vt SEPTEM MONTES literaliter interpretentur, vt inadè ſimplicibus perſuadeant, Romam eſſe ſedem Antichriſti, cum tamen Angelus ſeipſum exponat, in verſ. 7. Septem montes idem eſſe quod ſeptem capita, & ſeptem Reges. *O ſolos homines oculatos, ſcil. Aduocatus.* [b] Babylonem eſſe Romam ex textu confirmatur, quia nulli alij conuenire poteſt, quod dicitur ſeptem capita, ſeptem MONTES ſunt: Conſtat autem Romam ſuper ſeptem montes fundatam eſſe, de quibus Virgilius. 6. Ænead. [c] Apoſtolus eam ſignificat vt manifeſtum eſt ex Cap.17.& 18.

[a] *Colleg. Anglo-Rhem. Annot. in Apoc.17.9.*
[b] *Ribera Ieſ. in Apoc.14. num.30.*
[c] *Vega Ieſ. cap. 13 com. ſect. 2.*

Reſponſum 2. diluitur.

Aduerſarius. [d] Per Babylon, quæ eſt ciuitas Diaboli, ſignificatur vniuerſa Societas Infidelium. [e] Sic Patres partim exponunt. [f] Ego reſpondeo cùm alijs Per Meretricem quæ ſedit SVPER SEPTEN MONTES NON intelligi ROMAM, ſed vniuerſam Diaboli ciuitatem, quæ vocatur ſæpè Babylon, & opponitur ciuitati Dei quæ dicitur Hieruſalem. Per SEPTEM MONTES intelligi vniuerſitatem ſuperborum, & præcipuè Regum terræ. *Reſponſum dilutum atque euanidum, non ſignificat, inquis,* Romam. *at Aduocatus.* [g] Dici poteſt, & meo quidem iudicio MELIVS intelligi Romam vt Patres exponunt. Si Babylon melius *Romam denotat, tum male* non Romam. *ſed.* [h] Babylonem eſſe Romam noſter R. Bellarminus eruditè confirmat.

[d] *Colleg Anglo-Rhem. an. not. in Apoc. 14*
[e] *Idem Annot. in cap.17.5.*
[f] *Bell. lib.3.de Rom. Pont. cap. 13.§.Nunc.*
[g] *Bell. in eodem loco.*
[h] *Ribera Ieſ. comm. in Apoc. 14.num 30.*

Reſponſum vltimum tollitur.

Aduerſarius. [f] Vrbem Romanam, quæ erat, tempore ſuo, rituram Iohannes prædicit quia Romanum imperium delendum erat. [k] Loquitur Ioannes de Roma quæ ebria erat ſanguine Martyrum, quod certè non habebat locum niſi in ea Roma, quæ, regnantibus Nerone, & Domitiano, Martyres trucidabat: ſed ſi illa Mulier eſſet Roma Chriſtiana, tamen ex eo, quòd per Antichriſtum deſolabitur (vt oſtendi) manifeſtè ſequitur Romam non fore ſedem Antichriſti. [l] Patres per Babylonem partim Romam terrenam interpretantur, ſed vt erat cum iam ſcripſerat Ioannes, & cum Pagani Chriſtianos perſequebantur, tantũ igitur de Roma dictũ eſt, vt erat ſedes Imperij: quod nunc ad Cathedram Petri accommodare ſumma eſt impudentia. [m] De Antichriſto cõtra Hæreticos copiosè diſputat noſter Bellarminus. *Benè eſt, & tamen vel voſ-ipſos, quibus ille eſt* noſter Bellarminus: *ad Bellarminũ ipſum in hac cauſa refellendũ nobis inſtar Aduocati locupletiſſimi eſſe poſſitis. dicite itaque, primo: Iohannes Romam paulo poſt aſcenſionem Chriſti præteritam ſignificauit, an in nouiſſimis mundi ſeculis futuram? ſolam præteritam veſter Bellarminus aſtruit: in hoc minime veſter. Aduocatus.* [n] [Cecidit Babylon.] id eſt, præteritum pro futuro: & ἔπεσεν, vrbs ILLA MAGNA egregiè in ROMAM conuenit. *Mitte quod ſcio in Romam conuenit; dic quod rogo, in quam Romam; eamne quæ iamdiu fuit, an quæ multis ſeculis poſt futura erit?* [o] Roma in FINE SECVLI FVTVRA EST BABYLON. *Certumne eſt hoc?* [p] Diuinare me dicet quiſpiam, ſed hunc ego oro vt præiudicium deponat, rem totam maturo Iudicio examinet, nec plus mihi credat, quam ratio, aut veritas perſuaſerit: erat Mater abhominationum, cum ſæuiente Nerone, vno die Petrum & Paulum occiderat. & cap. 17. [Oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ:] hæc qui legit, de illis dicta putet, qui Ioannis tempore vixerunt, & eſt hoc quidem

[f] *D. Il. lib. 2. de Rom. Pont. ca. 2. §. Sed inſtat.*
[k] *Ibid. lib. 2. cap. 13 §. Denique.*
[l] *Collez. Anglo-Rhem. ann. in Apoc. 17. 5.*
[m] *Vega Ieſuita cum. in Apoc. cap. 13 Rom. 2. ſect. 17.*
[n] *Ribera Ieſ. comm. in Apoc. ca. 14 Num. 31.*
[o] *Num. 40. & 45. 46. 53. 55.*
[p] *Ibidem.*

dem verum, ſed de illis quoque dicuntur, qui EXTREMO MVNDI TEMPORE VIVERENT. vbi dicitur, [Cum Meretrice fornicabuntur] Et in cap. 18. Vbi de eius incendio ſcriptum eſt, [FLEBVNT, & PLANGENT ſuper eam.] Exite ex ea, non olim dicebat (inquit Spiritus) ſed NVNC cum vos ex ea exire iubeo ne ſimul pereatis. vt omnia confirmentur ſubijciam vaticina Sibyllarum, quibus manifeſte ruina Romæ, & incendia prædicta ſunt, & ſeptem illi montes nominati.

* Δὴ πότε κ' γλυκὺ δευτάτη ἐκτελέσειε
Ἀνθρώπων, ὁπόταν. ——————
Ῥώμης ἑπταλόφοιο μεγας ὀ τε πλοῦτος ὀλεῖται,
——————ὅταν φλόγα ὑφαίστιος. &
Ἐγγὺς μὴ κοσμου τὸ τέλος. ——*Nec non Ieſuita alius.*

* *Tunc ſanè Generatio Decima poſthac apparebit hominum: quando Romæ ſeptem vertices, magnæque diuitiæ* Peribuntà Flamma *vulcani propè mundi finem.*

¶ Ioannes non loquitur de Impiorum multitudine ſub typo Mulieris & Babylonis, quia eam peculiaribus ſuis ſignis diſtinguit, vt Cap. 17. & 18. manifeſtum eſt. appellatur enim Babylon MAGNA illa ciuitas, & mentio fit ſeptem montium: deinde euerſio eius prædicitur Cap. 18. MERCATORES qui in Impiorum multitudine comprehenduntur LVGEBVNT PROPTER TORMENTA eius. quod NECESSE eſt ad extrema tempora ante mundi finem referre. quare expoſitionem COMMVNEM DESERERE cogimur, & aliam cogitare TEXTVI magis CONGRVENTEM; nimirum vrbem Romanam intelligi, non ſolum eam, quæ erat tempore Iohannis, ſed QVAE FVTVRA EST tempore Antichriſti, vt ex ſequenti capite conſtat. *rurſus.* [Exite ex illa] cum præceptum eſt fidelibus, vt ex illa exeant, ne ſimul in eius calamitate inuoluantur: profecto oſtenditur NON DE ROMA ILLA ANTIQVA cum nulli adhuc fideles erant; ſed de illa, quæ FLOREBAT in EXTREMO mundi TEMPORE.

¶ *Vega Ieſuita cap. 17 com. 2. ſect. 2. & ſect. 3. & cap. 8. com. 1. ſect. 4.*

Inſtantia removenda.

Aduerſarius. ¶ Erras Hæretice, (*ſic Gummarum Protectorem*

¶ *Coſterus Ieſ. Apolog. part. 3. cap. 2. pag. 39.*

ſtantem appellans) Antichriſtus neque de Eccleſia futurus eſt, neque in Eccleſia, neque in templis noſtris, vt Patres docent, ſed ex tribu Dan oriundus ſedebit Hieroſolymis. [t] Antichriſti ſedem fore Hieruſalem, non Romam, eſt veriſsima ſententia. *Imo falſiſſima. Aduocatus.* [u] Roma ante finem mundi futura eſt ſedes Antichriſti. [x] Officina omnis Idololatriæ. [y] Habitatio Dæmoniorum, & a fide Chriſti defectura. *Quid ex his, inquies? quid? attende.* Reſpondeo, [*] *inquis*, per ſeptem montes non INTELLIGI Romam. *At* dico, [*] *inquis*, melius INTELLIGI ROMAM. *Rurſus.* Impudentia eſt, [*] *inquiunt*, per ſeptem montes intelligi Romam, *At* Hunc ſenſum, [*] *inquiunt*, textus ipſe confirmat. *rurſus.* Intelligitur, [*] *inquis*, Roma, ſed Ethnica illa antiqua non poſt fidem receptam futura. *At*, Neceſſe eſt, [*] *inquiunt*, Romanam multis ſeculis futurā intelligi. *rurſus.* Roma, *inquis*, non erit Antichriſti ſedes. *At* erit, [*] *inquiunt*, Roma ſedes Antichriſti. *En igitur præclaram, ſcz. ſymphoniveſtram: & tuam Bellarmine, inſignem oſcitantiam. Quod ad Alterum.* [*] Fœlicitas temporalis, *inquis*, diuinitus ijs collata, qui Eccleſiam defenderunt, eſt nota. *at.* Spiritus Sanctus cum dicit, [*] *inquiunt*, Cecidit Babylon, Cecidit Babylon, præterito tempore pro futuro vtens, Romam ſignificat, de qua ſic præcipit, Exite ex ea.] *Ex hac Roma ruitura, quis non Romanæ quoq; cauſæ fatalem quaſi cernat ruinam? Faxit igitur Deus, precor, vt Chriſtiani omnes, qui corpore nequeunt, nec corde velint, cum Roma coniungi, & qui Romæ degunt fideles, vt corde, ita corpore poſſint ab ea ſeparari.*

[t] *Bell. lib. 3. de Rom. Pont. cap. 13. §. At nihilo minus.*
[u] *Coll. Anglo-Rhem. in Apoc 17.*
[x] *Ribera Ieſ. in Apoc. 14.*
[y] *Vega Ieſ. com. in Apoc 18. com. 1 § 4.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Colleg. Anglo-Rhemenſ.*
[*] *Ribera & Vega.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Ribera & Vega.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Rhemenſes, Ribera, Vega.*
[*] *Bellarminus.*
[*] *Colleg. Anglo-Rhem. Ribera, Vega.*

CAPVT.

Caput. XXXVIII.

De vera & propriſsima Nota Eccleſiæ.

De Nota Eccleſiæ ea agitur, quam Proteſtantes arctè tenent, accurateque defendunt, quæ eſt verbi prædicatio.

Status Controuerſiæ.

[a] Lvtherani & Caluiniſtæ viſibilia quædam, & externa ſigna Eccleſiæ ſtatuunt, nimirum, prædicationem verbi Dei, & Sacramentorum adminiſtrationem: & conſtanter docent, vbicunque hæc ſigna conſpiciuntur, ibi eſſe etiam veram Chriſti Eccleſiam. [b] Et in hac externa bonos & malos inueniri. [c] Fatentur ſuas Eccleſias non carere nævis, tamen verbum Dei eſſe notam, licet aliàs magis aliàs minùs purè prædicetur. [d] Nec volunt ſolum verbi Dei prædicationem eſſe notam Eccleſiæ; ſed prædicationem & receptionem, vbi etiam auditur & creditur. *Animaduertendum eſt aliam in Fundamentalibus fidei principijs, aliam in alijs: quæ ad fidem pertinent, doctrinæ puritatis rationem eſſe habendam, quarum prior ad eſſe & conſtitutionem Eccleſiæ, altera ad eius perfectionem duntaxat requiritur: ſicut igitur non omnia corporis vulnera mortem inferunt, ita nec quæuis fidei corruptio Chriſtianis interitum adducit. Iam verò quantum in Proteſtantium cauſæ defenſione tam reſpondendo, quam argumentando poſſimus, experiemur. age Diſputa.*

[a] *Bell. lib. 3. de Eccleſ. Milit. cap. 10. §. Lutherani.*

[b] *Idem cap. 2. §. ſecundo docet.*

[c] *Ibid. lib. 4. cap. 2. §. Iam verò.*

[d] *Ibidem.*

1. *Obiectionis Solutio.*

Aduerſarius. [a] Agam tribus argumentis. 1. Notæ debent eſſe propriæ non communes; ſi enim velim deſig-

[a] *Bell. lib. 4. cap. 2. §. Ac primum.*

nare certum hominem tibi ignotum, vt mox, cum videris, cum diſcernas, non debeo illum deſignare per notas, quæ ſunt ei propriæ ſecundum rem, tamen non ſunt propriæ opinione aliorum, cum multi eas vendicare ſoleant; ſic enim nunquam ille, qui quæritur, inueniretur. Iam vero ſincera verbi prædicatio eſt nota omnibus, etiam Hæreticis communiſsima, ſaltem opinione ipſorum: Quæ enim ſecta vnquam fuit, quæ non diceret ſe habere ſynceram prædicationem veritatis? Ergo hæc non eſt nota Eccleſiæ. *Antecedens eſt falſum: quippe duplex eſt rei alicuius agnoſcendæ ratio; vna diligens quidem & accurata: altera adumbrata & lenis; priorem hominum vulgus, poſteriorem non niſi θεοδίδακτοι, & in ſacris literis exercitati conſectantur. prior eſt perinde quaſi velis hominum ex pileo, calceis, toga aliiſque accidentibus, quibus exterius homines veſtiri ſolent; aut Philoſophum ex barba, vultu, habitu, geſtu definire. Alterius vero cognitionis argumenta ſunt neceſſaria non ὀνοματώδη, ſed ἐριτώδη; vt cum Medicum ex principijs artis Medicæ examinamus, non ſatis erit dicere, ſe veram artem Medicam profiteri, niſi ſcientiam ſuam ex Theorematis veris demonſtrare poſſit: alioqui quam tu, obſecro, notam profers, non aliis ſectis communem, ſaltem opinione ipſorum? an Catholicorum nomen? at Aduocatus.* [f] Omnis hæreſis velit videri & DICI Catholica: [g] Priſcis temporibus Catholicæ fidei propugnatores Auguſtinum, Hieronymum, & alios Orthodoxos Patres Hæreticos appellabant. *An antiquitatem? at* [h] Diuinarum Scripturarum ſumma eſt Antiquitas. [i] Scripturas autem Hæretici omnes iactant. *An Durationem? at* [k] Antichriſtus fuit in membris ſuis tempore Apoſtolorum. [l] Et vſque ad aduentum Chriſti durabit. *An Amplitudinem, & Multitudinem Credentium? at.* [m] Ariana hæreſis longe lateque per omnes Chriſtianiſmi partes dominabatur: & Antichriſto in fine omnes Gentes adhærebunt. *An Epiſcoporum ſucceſſionem? at.* [n] In Patriarchalibus ſedibus hæreticis adhuc manet perſonalis ſucceſsio Epiſcoporum. *Num conſpirationem cum Doctrina Eccleſiæ antiquæ? at* [o] Proteſtantes (*Aduerſa-*

[f] *Bell. vide ſupra lib. 1. Nota 1. cap. 7.*
[g] *Lindanus ſupra ibid.*
[h] *Valent. ſupra in Nota Antiquitatis.*
[i] *Bell. lib. 3. de verbo Dei ca. 3.*
[k] *Epiſc. Eſpenſ. ſupra Nota 3. cap. 12.*
[l] *Caietanus ibid.*
[m] *Valent. Ieſ. & alij ſupra Nota 4 cap. 15. & 16.*
[n] *Bell. ſupra in Nota 5.*
[o] *Stapletonus ſupra Nota 6. Reliqua in Notis ſingulis oſtendimus.*

ry

rij veſtri) primos quingentos annos veritati concedunt. *Quid attinet notas religionis perſequi? Conſenſum Doctorum, vitæ, doctrinæque ſanctitatem, atque efficaciam, virtutem Miraculorum, Prophetiarum donum, externam fœlicitatem. De quibus ſingulis perditiſſimi hæretici, de multis etiam Ethnici, opinione ſua (vobis fatentibus) ſæpe multumque gloriabantur? Itaque non ex opinione hominum; ſed ex rei veritate vera rei notitia metienda, definiendaq; eſt.*

CAPVT. XXXIX.

Obiectionis 2. ſolutio.

Aduerſarius. [a] Nota debet eſſe notior re cuius eſt nota, at vera prædicatio eſt vera Scripturarum interpretatio; at veram Interpretationem verbi ex Eccleſia cognoſcimus: Ergo Eccleſia eſt notior? *Reſpondeo. Vera Interpretatio per Eccleſiam quidem, ſed ex ſuo natiuo lumine illuſtrata nobis innoteſcit. Aduocatus.* [b] Trapezitis comparati ſunt Scripturarum ſtudioſi (inquit Chryſoſtomus) ſcientes quod bonum eſt retinere, vt ſi quis ſit nummus adulterinus, & non habens figuram Cæſaris, reprobent. *De hoc iam* * *infra pauca attingemus, aliàs in diſputatione de Iudice pleniùs de eo tractaturi. Tu aſſumptionem confirmas. Aduerſarius.* [c] Notior eſſe debet Doctor quàm doctrina. Ergo Eccleſia eſt potius nota veræ prædicationis, quàm eſt vera prædicatio nota Eccleſiæ. *Reſpondeo ex ſcholis, Aliam eſſe notionem confuſam, aliam vero certam, & exploratam: ſecundum priorem eſt doctor notior Doctrinâ, ſecundum alteram, vt ſit verus Doctor ex doctrina, vt vere Grammaticus ex Grammatica cognoſcendus. Aduocatus.* [d] In * Ioh. 10. [Oues meæ vocem meam audiunt.] Et Cauete quid auditis, et in illis verbis, [Ex fructibus cognoſcetis eos.] Ait Dominus, id eſt, ex DOCTRINA, vt volunt Chryſoſtomus, Theodoretus, Vincentius: verus & Orthodoxus Paſtor NON EX PERSONA, quam gerit, dignoſcendus, quia

[a] *Bell. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 2. §. Secundò Notæ.*

[b] *Epiſc. Eſpenſ. com. in Titum ad finem.*

* *Infra.*

[c] *Bell. quo ſupra.*

[d] *Staplet. lib. de doctr. princ. cap. 5.*

* *Ioh. 10.*

quia ex Paſtore fieri poſsit Lupus. & Scriptura alia, [* Cauete de fermento Phariſæorum.] [c] Id eſt, de Doctrina, quæ mandatis Dei aduerſatur. *Rurſus alia.* [* Omnia probate, quod bonum eſt tenete.] [f] Id eſt, ex Confeſsione Doctrina diſcernitur inter ſpiritum Chriſti, & Antichriſti. *Iam tuis te laqueis conſtrictum dabo.* [g] Eccleſia Catholica *(inquis)* non eſt, quæ non tenet fidem Catholicam. *Et rurſus.* Catholica eſt *(inquis)* quæ cum doctrina Apoſtolorum, Hæretica verò, quæ cum doctrina hæreticorum conſpirat. *Propoſitio, qua Catholicam fidem, & doctrinam Apoſtolicam à vera Eccleſia, inſeparabilẽ facis, vel vera eſt vel falſa; ſi falſa, quomodo Eccleſia hæretica non dici poſſit Catholica? ſin vera, quomodo vera doctrina, id eſt, vera prædicatio erit nota inſeparabilis veræ Eccleſiæ?*

* *Matth. 16.*
c *Ianſen. concor. in hunc locum. Stella in Luc. 12. & Maldonat. Ieſ. com. in Matth. 23.*
* *1. Theſſ. 5.*
f *Aquinas & Caietanus in loca.*
g *Bell. ſuprà Nota 1.*

3. *Obiectionis ſolutio.*

Aduerſarius. [h] Veræ notæ ſunt inſeparabiles à vera Eccleſia: at Eccleſiæ Corinthiorum, & Gallatarum, ad quas Paulus ſcripſit, erant veræ Eccleſiæ, & tamen Corinthij negabant articulum Reſurrectionis & Gallatæ docebant legem Moſis neceſſariò ſeruandam eſſe cum Euangelio: Ergo vera prædicatio non eſt nota Eccleſiæ. *Reſpondeo. Non omnes Corinthij, aut Gallatæ, ſed pauci admodum in iſtis erroribus demerſi fuerunt. Aduocatus.* [i] Si Chriſtus prædicatur, quod reſurrexerit à mortuis, quid eſt quòd Quidam dicunt in vobis, Reſurrectionem mortuorum non eſſe? *De Gallatis.* [k] Nonnulli ex Iudæis pſeudapoſtolos ſuos Vnum aut plures, abſente Paulo ſubmiſerunt, vt hæreſin docerent. *Id quod textus ipſe non obſcurè innuit.* * Sunt Aliqui, qui vos conturbant. *Vbi Apoſtolus diſtinguit inter* Aliquos *(Pſeudapoſtolos,)* & vos *(Gallatas) tanquam inter Eccleſiæ hoſtes, & ipſam Eccleſiam, quæ duo tu inconditè confundis. Tria hæc, quæ ſunt tua illa, quæ obijci poſſint omnia, obiter diluimus: mox infra vera plenius.*

h *Bell. quo ſuprà.* § Tertiò veræ.
i *Vulgata editio in textu.* 1. *Cor. 15. 12.*
k *Arias Mont. in præfat. in Com. in Gal.*
* *Gal. 1. 6.*

Capvt

CAPVT. XL.

Proteſtantes Argumentorum, quibus Nota ſua confirmetur, tria genera adducunt. 1. Scripturarum. 2. Patrum. 3. Rationum firmamentis nititur. Scripturarum præcepta & exempla proferunt.

Præcepta.

* MAtth. 7. [Ex fructibus eorum cognoſcetis eos] *(Prophetas.) Aduoc.* [a] Per fructus, hoc in loco, intelligit DOGMATA, QVIBVS falſi DOCTORES à veris dijudicantur, vt Patres exponunt. *Locus ſecundus.* * Ioh. 5, [Scrutamini Scripturas, ipſæ ENIM ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me.] *Aduocatus.* [b] Iam affert Chriſtus teſtimonium MAIVS teſtimonio Ioannis, vt Iudæi tergiuerſari omninò nequeant; TESTIMONIVM SCRIPTVRARVM. [c] Scripturæ veteris Teſtamenti manifeſtè loquuntur de Chriſto. *Diſputo. Eodem argumento noui Teſtamenti hæredes corpus myſticum Eccleſiam, quo eius caput Chriſtum veteris teſtamenti filij poſſunt, ac debent diſcernere: at Iudæi potius ex Scripturarum autoritate, quam ipſius Eccleſiæ Meſſiam Chriſtum tenebantur agnoſcere, & certè quidem tenuerunt. Ergo, &c. de his iam * ſupra. Res exemplo elucidatur.*

* *Matth. 7. 16.*
[a] *Stapletonus lib. 10. de doctr. princip. cap. 1.*
* *Ioh. 5.*
[b] *Ianſenius Con. in Ioh. 5.*
[c] *Lyranus in hunc locum.*
* *Supra.*

Exemplum.

* Math. 27. [Omnes Principes, Sacerdotes & Seniores populi *(vt eſt apud Euangeliſtas)* Scribæ conciliũ inierunt, vt Chriſtũ morti traderent.] *Aduoc.* [d] Tria hominũ genera Iudæorum Concilium efficiebant, Principes, Sacerdotes, Scribæ: & turba populi clamant. Tolle, crucifige eum. *at* * Act. 17. [Scrutantes Scripturas.] *Aduocatus.* [e] Nimirum

* *Matth. 27.*
[d] *Maldonatus Ieſuita in eum locum.*
* *Act. 17.*
[e] *Arias Mont. com. in eum loc.*

mirum. Iudæi Theſſalonicenſes probabant, vtrum ea quæ Apoſtolus prædicauerat cum Scripturis Propheticis conuenirent, & poſtquam omnia in Scripturis exploraſſent, ſequitur in textu: Crediderunt. *Qui tantum Eccleſiæ voci nitebantur Chriſtum* crucifixerunt: *qui in diuinarum Scripturarum autoritate acquieſcebant, in Chriſtum crediderunt. Ergo Scripturarum vox, ad fidem diſcernendam, tutior eſt interdum quam ipſius Eccleſiæ.*

Exemplum. 2.

* *Act. 2.* * Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & in communicatione panis. *Aduocatus.* † In his deſcribuntur mores primitiuæ Eccleſiæ: vna eſt perſeuerare in ſana doctrina, in quo commendatur fides Theſſalonicenſium, quod * Euangelij verbum ſcripſiſſent, NON VT ſermonem HOMINVM SED VT VERBVM DEI, in eoque perſiſterent. eſt euidens ſignum pij, & ſacri cordis, ardenter verbum Dei deſiderare. Huic qui non obedit facilè ſeducitur, vt Eua, hæc enim vna cauſa eſt erroris, quod plus fidei adhibemus rationi noſtræ, quam expreſſo verbo Dei. Alterum eſt, quod DOCTRINAE DIVINAE SACRAMENTA SVNT ANNEXA. Perſeuerarunt in fractione panis, hoc eſt, in vſu frequenti Sacramentorum. Confer iam dicta ad huius ſeculi mores, & facile perſpicias quantum à priſtinæ Eccleſiæ ſtatu declinauerimus. *Vides duo expreſſa ſigna Eccleſiæ veræ:* Suſceptionem verbi *Dei, & piam* Sacramentorum communionem. *Veſtram autem Eccleſiam nonnihil (Fratre veſtro indico) in vtriſq; iamdiu ab antiqua ſynceritate defeciſſe. Sequitur.*

† *Iohannes Ferus com. in Act. 2.*

* *2. Theſſ. 2.*

‡ *Bell. lib. 3. de verbo Dei. cap. 8. §. Auguſtinus.*

Patronorum Autoritas.

Aduerſarius. ‡ Dicit * Auguſtinus: Ego verò Euangelio non crederem, niſi me Eccleſiæ Catholicæ commoueret autoritas. ♭ Reſpondent Proteſtantes, hoc Auguſtinum dixiſſe

* *Lib. contra ep. Fundæ. cap. 5.*

♭ *Staplet. n. lib 2. de Autor. Script. cap. 8.*

dixiſſe de ſe, cum adhuc erat ipſe Manichæus, nimirum eum Eccleſiæ autoritate tunc fuiſſe commotum, vt Euangelio crederet, vt eſſet Catholicus: at tam abeſſe eidem Auguſtino iam facto Catholico, vt Scripturis non crederet, vt potius Eccleſiam deſereret, quam Euangelio non crederet: ergo maioris apud Auguſtinum momenti fuiſſe, Scripturarum quam Eccleſiæ, autoritatem. Falsò omninò, nam ſenſus eſt, quod ad me attinet, niſi me IAM Catholicæ Eccleſiæ autoritas commoueret, nec NVNC quidem Euangelio crederem. [i] Itaque frigida eſt omninò iſthæc Proteſtantium ſolutio, qui hunc ſenſum ponunt de PRAETERITO, Ego nunc non eſſem Chriſtianus, niſi me commouiſſent ſuis perſuaſionibus Chriſtiani; quia de PRAESENTI omnino agit Auguſtinus. *Hoc celeberrimum Auguſtini teſtimonium.* [k] *Bellarminus, Stapletonus,* [l] *Coſterus,* [m] *Poſſuanenſes.* [n] *Turrianus,* [o] *Valentianus,* [p] *Gretzerus,* [q] *Armandus, & Ieſuitæ vniuerſi, ſeu Achillē ſuum, Proteſtantibus obiiciunt quod faciunt vt nemo ferè ſit apud eos tam Tyrunculus, quin illud ad verbū ediſcere cogatur: quo inſtructus non dubitet cum quouis hoſte veterano manus conſerere. at Proteſtantium Reſponſum, Pontificiorum primariorum cum ingenuæ confeſſiones, tum etiam rationes erudite corroborant. Aduocatus.* [r] Auguſtino negotium erat cum Manichæis, qui abſque controuerſia ſuo cuidam Euangelio credi volebant: Rogat Auguſtinus ecquod facturi ſint, ſi in hominem incidant, qui NE quidem Euangelio CREDAT, quo genere perſuaſionis ſint eum in ſuam ſententiam adducturi, certè SE affirmat, NON aliter *(de praterito)* POTVISSE adduci, quam Eccleſiæ autoritate victum: NON itaque docet in Eccleſiæ autoritate fundatam eſſe Euangelij fidem. Agit enim Auguſtinus quomodo INFIDELES ad credendum adducantur. *De quali credente loquatur Auguſtinus abundè conſtat; cuius inſuper Eccleſiæ autoritatem aſſerat, diſcutiamus: non intellexit ſolam illam Romanam, ſed Eccleſiam ipſam primitiuam.* [s] Loquitur Auguſtinus de Eccleſia illa, quæ FVIT ab INITIO fidei Chriſtianæ. [t] Auguſtinus

[i] *Bell. quo iam ſupra.*
[k] *Iam ſuprà.*
[l] *In Enchirid.*
[m] *In Theſibus.*
[n] *Aduerſus Sadaëlem.*
[o] *In Analyſi.*
[p] *In Coll. Ratiſ.*
[q] *Epi. ad Camierum.*
[r] *Melch. Cano loc. Theol. lib. 2. cap. 8. vide plura infra in cap. vltimo.*
[s] *Driedo, de variis Dogmat. lib. 4. cap. 4.*
[t] *Gerſon de vita animæ.*

guſtinus Eccleſiam ibi ſumit, *(vir Pontificius ex profeſſo refutans ſuperius Ieſuitarum commentum)* pro ECCLESIA PRIMITIVA Fidelium, qui Chriſtum viderunt, & audierunt, & eius teſtes extiterunt. *Ex quo facile quis rigidum ſtuporem veſtrum deploret, quòd quanta Autoritas ab Auguſtino Eccleſiæ tribuitur, eam totam vos Eccleſiæ veſtræ Romanæ arrogare ſoletis, cum tamen in quæſtione magni momenti Græcæ Eccleſiæ autoritatem Auguſtinus Romanæ anteponit.* Notandum.

Aduocatus. [a] Auguſtinus cum aliquos Latinos hanc Epiſtolam non recipere audiſſet, MALLE ſe, dixit, ORIENTALIVM ECCLESIARVM ſequi autoritatem, apud quos nulla vnquam fuit de hac Epiſtola ambiguitas. *Quatenus autem Eccleſiæ credidit.* [x] Auguſtinus de Eccleſia vt cauſa præponente, non vt FVNDAMENTO fidei loquutus eſt. [y] Non eſt Eccleſiæ autoritas ratio per ſe mouens ad credendum, ſed cauſa SINE QVA NON crederemus, ſicut Auguſtinus cum dixit: Ego non crederem, &c. *Has iſtorum Aduocatorum confeſſiones infrà rationibus firmabimus aliorum, nunc pro Auguſtini interprete ipſum introducemus Auguſtinum.* [*] Non inteſtatus Chriſtus mortuus eſt, tamdiu de hæreditate contenditur quoad TESTAMENTVM proferatur in publicum, his prolatis omnes tacent. [*] Si quis contra voluntatem Teſtatoris fecerit, hæreditate careat, ego verba recito Teſtatoris. *Hic de Chriſti hæreditate, Eccleſia vera, vobiſcum proteſtantes contendunt, Illi Teſtatoris inſtrumentum Dei verbum proferendum eſſe ſerio monent; vos negatis, & notas, neſcio quas alias, ſæpe ſuppoſititias ſemper dubias nobis obtrunditis. Huc huc quæſo viri doctiſſimi, videlicet ad Teſtatoris voluntatem, vnanimiter prouocemus, ſi veri Hæredes Chriſti eſſe volumus: quod Patres alij vniuerſi iuxta cum Auguſtino palam vendicant. Athanaſius.* [*] Si diſcipuli eſtis Euangeliorum per Scripturas incedite, dicente Domino: [Si permanſeritis in ſermone meo, verè mei diſcipuli eritis.]* Ecce nos de Scriptura loquimur, candelam ſuper candelabrum collocantes. *Ignatius.* [y] Omnis qui docet præter ea quæ mandata ſunt, habeatur

[a] *Senenſis Bibl. lib. 7 in ſol. Ob. de hac epiſt. ad Heb. pag. 605.*

[x] *Aquinas 2. 2. qu. 2. Art. 7.*

[y] *Canus quo iam ſuprà.*

[*] *Auguſt. in pſal. 21.*

[*] *Idem de quinque Hæreſibus.*

[*] *In Incarnat. Dom.*

[*] *Idem Orat. 2. contra Arian.*

[*] *Epiſt. ad Heronem. 10.*

beatur pro Lupo, quamuis Ieivnet, siuè Signa edat, siuè Prophetet. *Ambrosius.* * Si-qua est Ecclesia, quæ Fidem respvit deserenda est, Petra tua Christus est, fides fundamentum Ecclesiæ, si in petra fueris, in Ecclesia eris. *Basilius.* * Non faciendum Schisma ab ea Ecclesia, quæ Deum colit in Spiritu & Veritate. *Chrysostomus.* * Vbi est fides, ibi est Ecclesia; vbi non est fides, ibi non est Ecclesia. *Et.* * Cum hæresis, quæ est exercitus Antichristi, obtinet, nulla est Ecclesiæ probatio nisi Tantvmmodò per Scriptvras. *Alia testimonia aliorum classes ferè singula suppeditant & horum tractationem vberiorem proximus Tomus (Deo propitio) de Scripturarum Iudice explicabit. Interim ex limati ingenij & antiquæ fidei viro concludemus. Aduocatus.* [z] Vincentius Lyrinensis Primam regulam discernendi veram Ecclesiam ab hæretica ponit Scriptvrarvm avtoritatem.

* *Lib. 6. cap. 9. in Luc.*
* *In Psal. 80.*
* *Hom. 6. in Matth.*
* *Hom. 16. operis imperfecti in Matth.*
[z] *Sixtus Senens. Biblioth. lib. 6. Annot. 104.*

Capvt. XLI.

Rationum momenta quibus hæc veritas corroboratur.

Ratio. 1.

Doctrina falsa est inseparabilis, & clarissima Nota falsæ Ecclesiæ. Ergo vera veræ. Antecedens probatur. Aduocatus. [a] Ecclesiæ Patriarchales, quamuis habuerint successionem Episcoporum ordinariam, Qvia tamen habuerint per longa tempora Episcopos manifestè Haereticos, non fuerunt Ecclesiæ Catholicæ. [b] Sectariorum Ecclesia ex eo hæretica esse deprehenditur, Qvia antiquis hæresibus patrocinatur. *Consequens tum Schola logica approbat, tum etiam Theologica confirmat.* * Ioh. 10. [Oues meæ vocem meam audiunt: vos non auditis quia non estis ex ouibus.] [c] Ac si argumentaretur Christus. Omnes oues meæ vocem meam audiunt, Vos non auditis. Ergo non

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 8.*
[b] *Bellar. suprà Nota 6.*
* *Ioh. 10.*
[c] *Maldonatus Iesuit. Com in eum locum.*

guſtinus Eccleſiam ibi ſumit, *(vir Pontificius ex profeſſo refutans ſuperius Ieſuitarum commentum)* pro ECCLESIA PRIMITIVA Fidelium, qui Chriſtum viderunt, & audiuerunt, & eius teſtes extiterunt. *Ex quo facile quis rigidum ſtuporem veſtrum deploret, quòd quanta Autoritas ab Auguſtino Eccleſiæ tribuitur, eam totam vos Eccleſiæ veſtræ Romanæ arrogare ſoletis, cum tamen in quæſtione magni momenti Græcæ Eccleſiæ autoritatem Auguſtinus Romanæ anteponit.* Nota andum.

Aduocatus. [u] Auguſtinus cum aliquos Latinos hanc Epiſtolam non recipere audiſſet, MALLE ſe, dixit, ORIENTALIVM ECCLESIARVM ſequi autoritatem, apud quos nulla vnquam fuit de hac Epiſtola ambiguitas. *Quatenus autem Eccleſiæ credidit.* [x] Auguſtinus de Eccleſia vt cauſa præponente, non vt FVNDAMENTO fidei loquutus eſt. [y] Non eſt Eccleſiæ autoritas ratio per ſe mouens ad credendum, ſed cauſa SINE QVA NON crederemus, ſicut Auguſtinus cum dixit: Ego non crederem, &c. *Has iſtorum Aduocatorum confeſſiones infrà rationibus firmabimus aliorum, nunc pro Auguſtini interprete ipſum introducemus Auguſtinum.* [a] Non inteſtatus Chriſtus mortuus eſt, tamdiu de hæreditate contenditur quoad TESTAMENTVM proferatur in publicum, his prolatis omnes tacent. [b] Si quis contra voluntatem Teſtatoris fecerit, hæreditate careat, ego verba recito Teſtatoris. *Hic de Chriſti hæreditate, Eccleſia vera, vobiſcum proteſtantes contendunt, Illi Teſtatoris inſtrumentum Dei verbum proferendum eſſe ſerio monent; vos negatis, & notas, neſcio quas alias, ſæpe ſuppoſitias ſemper dubias nobis obtruditis. Huc huc quæſo viri doctiſſimi, videlicet ad Teſtatoris voluntatem, vnanimiter prouocemus, ſi veri Hæredes Chriſti eſſe volumus: quod Patres alij vniuerſi iuxta cum Auguſtino palam vendicant. Athanaſius.* [c] Si diſcipuli eſtis Euangeliorum per Scripturas incedite, dicente Domino: [Si permanſeritis in ſermone meo, verè mei diſcipuli eritis.] [d] Ecce nos de Scriptura loquimur, candelam ſuper candelabrum collocantes. *Ignatius.* [e] Omnis qui docet præter ea quæ mandata ſunt, habeatur

[u] *Senenſis Bibl. lib. 7 in fol. Ob. de hac epiſt. ad Heb. pag. 605.*

[x] *Aquinas 2. 2. qu. 2. Art. 7.*

[y] *Canus quo iam ſupra.*

[a] *Auguſt. in pſal. 21.*

[b] *Item de quinque Hæreſibus.*

[c] *In Incarnat. Dom.*

[d] *Idem Orat. 2. contra Arian.*

[e] *Epiſt. ad Heronem. 10.*

beatur pro Lupo, quamuis IEIVNET, siuè SIGNA edat, siuè PROPHETET. *Ambrosius.* * Si-qua est Ecclesia, quæ FIDEM RESPVIT DESERENDA est, Petra tua Christus est, fides fundamentum Ecclesiæ, si in petra fueris, in Ecclesia eris. *Basilius.* * Non faciendum Schisma ab ea Ecclesia, quæ Deum colit in Spiritu & VERITATE. *Chrysostomus.* * Vbi est fides, ibi est Ecclesia; vbi non est fides, ibi non est Ecclesia. *Et.* * Cum hæresis, quæ est exercitus Antichristi, obtinet, nulla est Ecclesiæ probatio nisi TANTVMMODÒ per SCRIPTVRAS. *Alia testimonia aliorum classes ferè singulæ suppeditant & horum tractationem vberiorem proximus Tomus (Deo propitio) de Scripturarum Iudice explicabit. Interim ex limati ingenij & antiquæ fidei viro concludemus. Aduocatus.* [z] Vincentius Lyrinensis PRIMAM regulam discernendi veram Ecclesiam ab hæretica ponit SCRIPTVRARVM AVTORITATEM.

* *Lib. 6. cap. 9. in Luc.*
* *In Psal. 80.*
* *Hom. 6. in Matth.*
* *Hom. 16. operis imperfecti in Matth.*
[z] *Sixtus Senens. Biblioth. lib. 6. Annot. 104.*

CAPVT. XLI.

Rationum momenta quibus hæc veritas corroboratur.

Ratio. 1.

DOctrina falsa est inseparabilis, & clarissima Nota falsæ Ecclesiæ. Ergo vera veræ. Antecedens probatur. Aduocatus. [a] Ecclesiæ Patriarchales, quamuis habuerint successionem Episcoporum ordinariam, QVIA tamen habuerint per longa tempora Episcopos manifestè HAERETICOS, non fuerunt Ecclesiæ Catholicæ. [b] Sectariorum Ecclesia ex eo hæretica esse deprehenditur, QVIA antiquis hæresibus patrocinatur. *Consequens tum Scholastica approbat, tum etiam Theologica confirmat.* * Ioh. 10. [Oues meæ vocem meam audiunt: vos non auditis quia non estis ex ouibus.] [c] Ac si argumentaretur Christus. Omnes oues meæ vocem meam audiunt, VOS NON auditis. ERGO non

[a] *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 8.*
[b] *Bellar. suprà Nota. 6.*
* *Ioh. 10.*
[c] *Maldonatus Iesuit. Com in eum locum.*

non eſtis oues meæ. *Ergo ſicut veritatem Chriſti non audire,* Non Oues, *ita eam audire,* Oues *Chriſti arguit.*

Ratio. 2.

Quâ Notâ præcipuæ aliæ omnes, quatenùs veræ ſunt, neceſſario dijudicandæ ſunt: ea eſt propriſſima Nota Eccleſiæ: at ex doctrina vera notas veſtras præcipuas alias omnes neceſſariò dicernimus; Ergo hæc eſt nobiliſſima, & inſeparabilis Nota Eccleſiæ. Maior per ſe conſtat, Minor ex præcipuarum notarum inductione probatur. 1. *inquis, eſt* Nomen hoc, Catholica: *at primò affirmatiuè. Aduocatus.* [d] Catholicus eſt qui Veræ fidei non cuiuſquam præponit autoritatem. *Secundò negatiuè.* [e] Eccleſia Catholica Non eſt, quæ non profitetur fidem Catholicam. *Ergo fides vera eſt character veri Catholici. Patronus.* [*] Neque enim Catholicis Epiſcopis credendum eſt, ſi quid contra Scripturas Docent. 2. *Inquis, eſt* Antiquitas: *at. Aduocatus.* [f] Sanctarum Scripturarum ſumma eſt Antiquitas, ex his ſumunt Doctores, quicquid Verius, &c. *Ergo Doctrina Scripturarum eſt antiquæ veritatis ſymbolum exploratiſſimum. Patronus.* [*] Antiquior omnibus eſt veritas, præſtructâ diuina literatura. 3. *Inquis, eſt* Duratio. *at Aduocatus.* [g] Multi erant Antichriſti tempore Apoſtolorum, & Antichriſtus ipſe durabit vſque ad aduentum Chriſti, tum ſpiritu Sermonis Evangelici deſtruetur, qui ad finem Perseverabit. *Patronus.* [*] Erit apoſtaſia à fide. *Non, igitur, omnis ſermo, ſed ſolus Euangelicus eſt durationis Catholicæ nota duratura.* 4. *inquis. eſt* Amplitudo, ſiuè multitudo credentium. *at Aduocatus.* [h] Vel vna prouincia, ſi Tenet veram Doctrinam, verè, & propriè dicitur Catholica. *Patronus.* [*] De Orthodoxis dictum eſt, [Pauci electi] *Ergo non nomen* Catholica *doctrinæ Catholicæ, ſed Catholica doctrina, etiam in exigua multitudine, eſt veri nominis verum & proprium Characteriſticon.* 5. *inquis, eſt* Succeſsio Epiſcoporum. *at. Aduocatus.* [i] Succeſsio vera

[d] *Ederus ſuprà. ex Lyrinenſi. Nota* 1.
[e] *Bellar. ibidem & alij.*
[*] *Auguſt. ſuprà Nota* 1.
[f] *Valent. Ieſuita & alij ſuprà Nota* 2.
[*] *Tert. ibidem.*
[g] *Caietanus, & alij ſup. Nota* 3.
[*] *Ambroſius, & alij ibidem.*
[h] *Bellar. ſuprà. Nota* 4.
[*] *Iuſtin. ibid.*
[i] *Bellar. ſuprà. Nota* 5.

vera NON eſt, quam HAERESIS interrupit. [k] Succeſſionem perſonalem non moramur, dummodò doctrinam Scripturis conſentientem oſtendere poſsimus. *Patronus.* [*] Succeſsio ſedis eſt nomine tenus ſucceſsio, NISI FIDEI habeat VERITATEM. *Ergo vera Doctrina eſt verae ſucceſſionis ampliſſimum teſtimonium.* 6. *inquis, eſt* Conſpiratio cum doctrina antiqua. *An quia antiqua eſt? non. Aduoc.* [l] Sectarij cum ANTIQVIS HAERESIBVS conſentiunt. *An quia vera? omninò.* [m] Vera eſt quæ doctrinã APOSTOLICAM retinet. *Ergo tutiſſima Ratio diſcernendi inter Conſpirationẽ Catholicã, & Hæreticã Coniurationem eſt ſola doctrina Apoſtolica.* 7. *inquis, eſt* Vnitas cum ſummo Paſtore Romano Pontifice. *at. Aduocatus.* [n] Papa poteſt eſſe Hæreticus, & tunc non tenemur eum ſequi. [o] Quicunque Doctor contra Chriſti DOCTRINAM aliquid tenet, reijciendus. [p] Audire Chriſti vocem eſt nota eorum, qui ſunt cum Paſtore. *Patronus.* [*] Chriſtus eſt ſolus, quem nemo deſerere debet. fides imprimis Eccleſiæ quærenda eſt, ſi qua eſt Eccleſia, quæ veram fidem reſpuit, deſerenda eſt. *Ergo doctrina vera eſt veræ vnitatis cum ſummo Paſtore animarum Chriſto Ieſu ſignum certiſſimum.* 8. *inquis, eſt* Sanctitas doctrinæ. *bene habet, Ergo doctrina ſancta (cuius fons ſacratiſſimus eſt diuina Scriptura) eſt ipſiſſima Nota Eccleſiæ.* 9. *inquis, eſt* Efficacia Doctrinæ. *an quia Efficax? nequaquam. Aduocatus.* [q] Eſt quoque aliqua efficacia erroris. *Ergo tantùm, quatenus vera, veram Eccleſiam demonſtrat.* 10. *eſt, inquis,* Sanctitas vitæ primorum Doctorum. *At non per ſe nota eſt. Aduocatus.* [r] Donatiſtæ vitæ ſanctitatem profitebantur. *Vnde igitur?* [s] Certum eſt non poſſe diſcerni doctrinam ex opere, ſed ex DOCTRINA veri Paſtores noſcuntur, vt Chriſtus docet. [Quæ dicunt facite.] [t] Eccleſia ſancta dicitur propter PROFESSIONEM doctrinæ, quæ nihil mali continet. *Ergo doctrina ſancta eſt Nota certiſſima Eccleſiæ.* 11. *eſt, inquis,* Gloria miraculorum. *at. Aduoc.* [u] Falſa miracula ex fine diſcernenda ſunt, quia aliqua fiunt ad ſeducendum. *et.* [x] Animaduertendum eſt falſa miracula, fieri vel ad ambitionem,

[k] *Stapletonus. ibid.*
[*] *Nazianzenus ibidem.*
[l] *Bell. ſuprà. Nota 6.*
[m] *Idem ibidem.*
[n] *Card. Cuſan. ſuprà Nota. 7.*
[o] *Aquinas ibid.*
[p] *Tolletus Ioſ. ibidem.*
[*] *Ambroſius ibidem.*
[q] *Caietanus & alij, ex Theſſ. 2. ſuprà Nota 9.*
[r] *Alphonſus.*
[s] *Bellar. ibid.*
[t] *Bellar. lib. 4. de Eccleſ. Milit. cap. 4.*
[u] *Bellar. ſuprà Nota 11.*
[x] *Valent. Ieſuit. Analyſ. lib. 1. cap. 7.*

tionem, vel ad Evangelicam Doctrinam oppugnandum. Hoc obseruari debet ne falsis miraculis seductorum moueamur. *Patronus.* * Doctoribus, cum talia edunt, credendum Non est, si aliquid Docent, quod pietati repugnat. *Ergo, Doctrina vera nobis innotescat oportet, priusquam hanc notam admittere nobis liceat. Denig. id est, inquis,* Lumen Propheticum. *an vt nunquam fallat? Aduocatus.* y Prophetæ Dæmonum aliquando vera prædicunt, sed vt decipiant. *Quomodo verò vera esse discernamus?* z Si fiant in testimonium veræ fidei. *Patronus.* * Etsi quis vera prædixerit, Non tamen sequitur eius doctrinam esse amplectendam, si aliquid docuerit quod Expresso Dei Verbo repugnat. *Ergo doctrinæ veræ prædicatio, & susceptio est summa, & sola, propria, perpetua, infallibilis Nota Ecclesiæ.*

* *Theod. supr. in Nota 12.*

y *Aquinas, & alij sup. nota 13.*

* *Bellar. il id.*

* *Vinc. Lyrinen. il id. in fine.*

Caput. XLII.

Ratio 3.

Si iis, qui Scripturas agnoscunt, Scriptura certius, atq; illustrius Ecclesiam demonstrat, quàm Ecclesia Scripturam; tum Scripturarum doctrina maximè obtinere debet, ad distinguendam definiendamq; Ecclesiam. at Aduocatus. a Ex hypothesi Scriptvra est notior, quam Ecclesia: quando scz. Scriptvra est Recepta Clare, loquitur de ipsa Ecclesia. b Non nego quin aliquando cõtingere possit, vt ex Scriptura Ecclesia probetur, sitque illa ex Hypothesi notior, quam hæc: quando, nimirum, est Scriptura recepta, & clare loquitur, & oritur quæstio de Ecclesia. *Cum igitur,* * *Protestantes Hypothesin, Scripturarum autoritatem tenent, & venerantur, in hoc vestro cum Protestantibus negotio, notæ aliæ prætermittendæ vobis fuerunt, & sola Scripturæ autoritas preferenda atq; premenda: hoc, celeberrimum Augustini* * *testimonium satis confirmabit. Aduocatus.* c Non certius videre possumus de Ecclesia, & Euangelio,

a *Bellar. lib. 4. de Eccles. Milit. cap. 3. §. Dicos saltem.*

b *Arnaudus epist. ad Cornier. pag. 29.*

* *Vide suprà.*

* *suprà.*

c *Nicolaus de Clamengijs in Disp. de Mater. gen. Conc. vt est in fasc. rerum expetendarum. fol. 197.*

Euangelio, quod altero excellentioris sit autoritatis, quam si demus fieri posse, vt aliquid euangelio contrarium Ecclesia statuat. quod etsi fieri non possit, tamen enucleandæ veritatis gratia fingamus fieri posse. putas in hac causa Augustinum, cum dixit, Non crederem nisi me Ecclesiæ autoritas commoueret, &c. pro statuto Ecclesiastico fidem fuisse Euangelij reiecturum? absit, cum præsertim dicit Apostolus:* Etsi vel Angelus de Cœlo aliud Euangelium prædicaret, Anathema esto. Manichæi, contra quos agit ibi Augustinus, Scripturas sacras pro arbitrio suo accipiebant, vetus Testamentum pro maiori parte repudiabant. *Quid igitur tandem?* [d] Nostræ fidei ascensio humanis causis, & incitamentis non nititur, quæ scilicet fides acquisita est, ne igitur mens nostra vacillet, altius petenda est, quam ab hominis vel ratione, vel autoritate, sacræ Scripturæ autoritas, vt si mihi omnes, qui me antea docuerunt, imo adeo Angeli cælorum, iuxta Pauli præscriptum, mihi astruerent oppositũ eius, quod fide teneo, non ex eo fides mea labefactaretur. quia Apostoli, & Prophetæ RESOLVEBANT fidẽ suam vltimo NON IN HVMANAM, SED in DIVINAM AVTORITATEM, & eadem erit ratio fidei nostræ formalis. Confirmatur. * Exod. 14. [Crediderunt Domino, & seruo ejus Mosi] non dixit: Crediderunt Mosi, & Domino. & Apostolus. * [Accepistis verbum fidei, NON vt verbum hominis, SED sicut est, reuerà verbum Dei] & * Ioh. 5. [Si testimonium hominis accepimus TESTIMONIVM Dei MAIVS.] *Quid insuper?* [e] Quamuis non nisi per Ecclesiam reuelantem Deum teneamus, tamen non cum Durando in Ecclesiæ voce acquiescimus, ita vt in Ecclesiæ vocem, vt supremam autoritatem, fides nostra desinat, sicut Scholastici quidam incautiùs, & imperitiùs tenuerunt. *Quid ex his? animaduerte.* [f] Illud nescio an sit argumentum omnibus argumentis MAIVS, quod qui VERE Christiani sunt, ita se animo diuinitus affectos esse sentiunt, vt PRAECIPVE quidem propter NVLLVM argumentum, quod vel hactenus fecimus, vtpote

Notandum.

* *Gal. 1.*

[d] *Melch. Canus loc. Theolog. lib. 2. cap. 8.*

* *Exod. 14.*

* *1. Thess. 2.*

* *Ioh. 5.*

[e] *Stapleton. de princ. doctr. Controuer. 4. lib. 8. cap. 20.*

[f] *Gregorius Valent. Iesuita lib. 1. de Analy. fidei. cap. 20.*

Numerum Martyrum, Efficaciam doctrinæ, Miracula, Aduersariorũ Confessionem, Infœlicem hostium exitum, Antiquitatem, quæ quacunque ratione SIMILITER excogitari possint: SED propter SVPERNATVRALEM DIVINAM REVELATIONEM, quæ alio quodam modo FORTIVS quam vlla argumenta persuadet ad firmiter credendum. *Præsertim cum.* [g] Omnino nulla res aduersus Antichristi tyrannidem athletas Christi melius armabit, quam COELESTIS DOCTRINAE inuictissima autoritas; vbi enim maxima tentatio præclariora SCRIPTVRARVM remedia opposita sunt. *Faciessat, igitur, vestra de netis alienis nimis importuna ostentatio, & in Augustini sententia (per Deum rogo) vnanimiter acquiescamus.* [h] Ipsa veritas, si *(ex Scripturis)* demonstrari queat, præponenda est OMNIEVS illis, quibus in Ecclesia Catholica teneor, *notis.* Quæ *huc pertinent alia Tomus proximus (Deo annuente) luculentè expediet.*

Hic non libet actum agere,
inquit ille; ego etiam,
nec agendum.

[g] *Acosta l. 1. suit. lib. 1. de Temp. nouiss. cap. 10.*

[h] *Augusti.*

FINIS.

Gratia, pax, & salus sit Ecclesiæ Catholicæ à Deo Patre in Filio, per Spiritum Sanctum.

Cui Trin-vni Deo sit gloria in secula. Amen.

RERVM, QVÆ IN HOC Tomo continentur, Elenchus nec prolixus nimis, & satis locuples.

A

Abraham an aliquando Idololatra fuerit. pag. 88
Adamus quam imaginem Dei lapsu suo perdiderit. 73
Adulterium. 328
Alexandri fœlicitas temporalis 414
Anabaptismus 207
Anglorum primi Conuersio 357
Animæ beatæ ante Resurrectionem 183
Ariana Hæresis longe lateque diffusa 37. 91
Antichristi tempore quantam Apostasiam Spiritus Sanctus prædixit futuram 40. impedimentum sublatum est. 419
Antiquitas 22. qui, Pontificij an Protestantes eam magis sectentur. 276
Apostasiæ quantam Scriptura prædixit futuram. 40
Apostolorum progressus, vsque ad miraculum fœlix. 336
Aqua lustralis. 266
Archa Noe. 9
Athanasius quam nihili fecit Pontificis Anathema. 234
Augustinus Monachus vir quantus. 337. Romanæ Cathedræ aduersatus 288. testimonium [non credere Euangelio] explicatur. 430
Αὐτοθεος vox 151
Azymus. 257

B

Baptismus insigno crucis 83. Laicorum 225
Bedæ auctoritas. 337
Bezæ opinio de dublici Hypostasi 126. quod Corbes Cadaver nominauit. 182. eius vita notatur. 355
Bullingeri sententia [Tres sunt non status & 6.] an Arianismum sapiat. 149

C

Caluinus an docuerit Deum esse peccati autorem. 68. aut Infernum tantum in mentis horrore consistere 74. quomodo patrem esse per Excellentiam Deum. 92. 210. an Contumeliosus in Sanctos 112. an in voce Αὐτοθεος Arianus 151. an in expositione Tristitiæ Christi blasphemus 165. an Christo peccati labem asperserit 170. an, negando Christum eguisse merito aliquo pro seipso, impius. 172. eius de Christi descensu ad Inferos opinio 175 an animas defunctorum penitus extinctas esse senserit. 184. an in Patres Contumeliosus 207. non tentabat miraculum edere. 379. eius mors. 408
Catechumeni an sint extra Ecclesiã. 5
Cœlibatus lex ante & post ordinationem quam antiqua 217. quam iniqua 329. 230. qualem Vigilantius oppugnauit 114. an contrahere liceat post votum. 230. an melius sit sortiari. 329
Christus an eius Corpus in duobus locis simul 130. an Mediator secundum vtramque naturam 155. quanta eius Tristitia cum [Deus Deus meus] Clamabat 161. Affectus semper purissimi 170. an pro seipso mouerit 172. eius descensus ad Inferos 175. 178. 179. 180. an subiectus Patri 210. an extra eum aliqui salui. 316
Ceremoniarum turba non omnia sed

Kkk 2 onerat

onerat Eccleſiam. 273
Conc. Baſilienſis decretum Pontificiam cauſam iugulat. 297
Concilia Conuocandi ratio antiqua. 246
Concupiſcentia an peccatum. 78. 212. 334
Confeſſionis mos Romanus minime antiquus 194. & impoſſibilis. 195
Confeſſio aduerſariorum de laude aduerſantium. 397
Conſenſus in Dogmatibus quantus vel inter Pontificios, vel inter Proteſtantes reperiatur. 303. legitimi Conſenſus cauſa neceſſaria. 308. Patrum iudicium 309
Conſtantini fœlicitas temporalis. 415
Conuitijs eſt abſtinendum. 356
Cyprianus Romano Epiſc. aduerſarius 285

D

Decalogi præcepta prauis gloſſis nequiter temerata. 320
Deus non eſt autor peccati. 68. eius omnipotentia. 147
Diabolus Abbatem ad miſſam celebrandam inuitat. 351. eius cum Luthero Colloquium. 349
Diaconatus. 257
Dilectio inimicorum. 321
Diſciplina antiquæ Eccleſiæ. 216
Doctrinæ ſanctitas quanta vel apud Proteſtantes, vel Pontificios ſit. 311. 315. Doctrinæ etiam efficacia apud vtroſq;. 364
Donatiſtæ. 18. 90

E

Eccleſiæ diſtinctio viſibilis & inuiſibilis quatenus 1. & 2 einceps. Eccleſiæ viſibilis notæ: vide nota. Græca Romanæ præponitur 117. quatenus antiqua 22. aut Catholica. 28. an poſſit deficere 20. an ſemper ampla & ſplendida 32. an Tempore Eliæ aut ante aduentum Chriſti, aut poſt eius aſcenſum latens fuit. 32. 33. 34. aut Tempore Antichriſti erit. 38. Sanctitatis eius Regula. 368.
Efficacia doctrinæ tam apud Proteſtantes quam apud Pontificios. 364
Vtri Cauſam eius veram amplectantur. 346
Elias quomodo videbatur ſibi eſſe ſolus. 32
Elizabetha Regina an vnquam attigit munus aliquod ſacerdotale 75. eius laudem delendam eſſe cenſuerunt Pontificij Cenſores. In bellis fœlix 418
Epiſcopi munus proprium prædicare 49. Epiſc. & Preſb. diſcrimen 96.
Electio. 257
Euchariſtiæ an tantum nobis figuram præbeat. 140 eius in Rom. Eccleſ. ritus noui. 227. Azymus. mixito aquæ 238. ſub vnica ſpecie. 238. Tranſubſtantiatio. 240. 129. 139
Eutychianiſmus. 129

F

Fatum. 314
Feſtum Conceptionis B. Mariæ nouum 271. aſſu. no. 271. Corp. Chriſti nouũ. 271. feſtorum Turba grauis. 273
Fides an ſola iuſtificet. 64. 62. 312
Fœlicitas temporalis an ſit nota Eccleſiæ. 412
Furtum. 332

G

Gentiles an ſine Chriſto poſſint ſaluari. 306
Germanorum Conuerſio ad fidem 338

H

Hæreſis Proteſtantibus obiecta Simoniarum de ſola fide. 62. Deum eſſe autorem peccati. 68. 72. Adam Dei Imag perdidiſſe. 73. 74. Peputianorum, de miniſterio mulierum. 74. Procli, peccatum in renatis viuere. 78. Nouatianorum, quaſi pœnitentiam abſtulerint. 81. Manichæorum, de lib. arb. 84. & aliam de vitijs Patriarcharum. 86. Donatiſtarum

ſtarum de Eccleſiæ ſtatu. 90. *Arianorum de Filij inæqualitate.* 92. *& Traditionibus.* 93. *AEreanorũ, de Orat. pro mortuis ſtatis Ieiunijs, Presb. & Epiſc. æqualitate.* 95. *Ioviniani de pœnitentia* 98. *de Ieiunio & ciborum delectu.* 99. *de virginitate.* 103. *Neſtorianorum, de corpore Chriſti.* 124. *Eutychianorũ* 129 *Xeniæ, de Imaginibus.* 131. *Lampetianorum de votis.* 135. *Ignorietarum de Chriſti Ignorantia,* 162. *aliorum de Animis defunctorum.* 113. *Libertinorum de vitæ luxu* 190. *Pontificijs obiectæ hæreſes Pelagianiſmus.* 200. *vbiquitiſmus.* 201. *Marianiſmus,* 202. *Papiſmus.* 206. *Anabaptiſmus.* 207. *Hæreſis Collyridianorum.* 201. *hæretici occulti an extra Eccleſiam.* 8. *volunt videri Catholici.* 16. *alios appellant hæreticos.* 16

Hiſpanorum Conuerſio prima ad fidem. 339

Homicidium. interpretatio impia. 327

I

Idiota Romanus. 319

Idololatria in cultu imaginum. 133. 265. 321. *in cultu B. Mariæ.* 202.

Ieiunium ſtatum. 95. *Ieiunij quis modus.* 99. *ecquod meritum.* 99

Ieſuitarum iuramentum æquiuocum. 323. *in Indis cõuertendis profectus quantus & quibus modis.* 339 342 *eorum Sanctitas.* 360

Imaginum cultus. 131. *diſtinctio nominũ Idoli & Imaginis.* 132. *Idololatria in cultu.* 133. 265. 321

Imperium Romanum iamdiu ſublatum eſt. 419

Impij an ſint proprie mẽbra Chriſti. 6

Impoſitio manuum. 83

Indulgentiæ. 248

Inferum non tantum conſcientiæ horror. 74. 76

Indorum conuerſio qualis fuit. 339. 342

Iohannes miraculum nullum edebat. 376. *erat tamen paſtor extraordinarius ibid.*

Iohannis Hus martyrium. 401

Iudici an liceat innocentem damnare. 333

Iuramentum æquiuocum. 323

L

Laus ab Aduerſarijs. 404

Liberum arbitrium. 84. 208

Limbus. 211

Lutheri verba examinantur. hæc [Diuinitatem pati.] 127. *ſententia de voce Homouſios.* 147. *& Trinitatis.* 147. *de intellectu infantum.* 313. *& cum Diabolo Colloquium.* 350. *& alia eius dicta.* 354. *etiam vita.* 354. *non tentabat miracula edere.* 379. *eius mors.* 408

M

B. Mariæ cultus exhibitus ſuperſtitioſus & plane Idololatricus eſt. 202

Maioribus noſtris erramibus quid ſit de ijs ſtatuendum. 275

Matrimonium an ſit vniuocè Sacramentum. 233

Mendacium ingenioſum. 322. 333

Meriti vox. 215

Miſſam celebrari etiam Diabolus voluit. 351. *eius ſacrificium.* 268

Miraculorum nota. 372. *vide Analyſin de notis ante librum, Nota.* 11

Monachatus. 238. 258

Mortis repentinæ diſtinctio. 456. 407. *mortes horrendæ.* 406

N

Neceſſitas euentuum. 314

Notæ Eccleſiæ, de his vide ante librum.

O

Oratio pro defunctis. 97

Ordinatio quatenus Eccleſiam deſignet. 53. *In infantes collata.* 318

Operum bonorum neceſſitas in Iuſtificatis. 65

P

Papa an successione legitima careat. 45. prædicandi munus Episcopo propriũ excussit. 50 Iohanna Papissa. 47. propriè papismus. 206. Papæ Iurisdictio duplex noua 242. & pedum osculatio. 244 & ius appellationis. 245. & concilia conuocandi. 246 & præsidendi 247. & moderandi 247. & dispensandi. 248. & Canonizandi. 249. de eo hæc dogmata noua sunt: Papã non posse esse Hæreticum. 250. nec posse iudicari. 250. monarchiam habere supra vniuersum orbem terrarum. 251. aut supra orbem Christianum. 254. aut super omnes principes Christianos. 254. cum Papa vnio an sit Nota Ecclesiæ, vide vnio. mortes horridæ. 411. 420

Parentum contemptus. 325

Patriarcharum vitia quanto fidelibus vsui esse debent. 86

Patrum antiquorum autoritas protestantibus an Pontificijs gratior & quatenus. 207. Romanæ Ecclesiæ maxime aduersatur. 282. 283. & deinceps.

Pœnitentia veteris Eccle. 220. necessitas. 81. 98

Petrus alios Apostolos non ordinabat Episcopos. 280

Pontificij an proprie Papistæ dici possint. 20. an puritani. 83. an Deũ faciant autorem peccati. 86. aliæ illis hæreses obiectæ. 200. eorum dissidia in Dogmatibus. 304. Dogmatum impietas. 320. vita quàm non sancta. 364. Aduersariorum suorum laudibus inuident. 403

Præcepta Decalogi putidis glossis temerata. 320

Preces pro defunctis. 214. 264 precandi mos per calculos 267. Ignotæ. 319

Princip. autoritas asseritur. 254. eorum impius contemptus. 325

Prophetiæ quat. Eccle. valuerint. 389

Protestantes an propriè Lutherani dici possint. 19. an teneant Ecclesiam Cath. posse a fide deficere. 29. Hæreses illis obiectæ, vide Hæres. an patrum autoritatẽ respuant. 207. an sint Schismatici. 294. doctrina an Sancta. 312. an efficax 341. vita an sancta. 356. laudes. 400.

Q

Quadragesima. 224. 272

R

Rebeccha numquid mentita. 89

Religiosorum status qualis. 258

Regulares. 258

Reuelat. Pontificiæ præstigiosæ. 392

Roma an ex prophetia Iohannis Sedes Antichristi futura 29. & 421. probatur.

Romana Ecclesia an Catholica. 17. an Antiqua 24. an nunquam hæretica 37. an non erit Latens 38. an Successione careat. 56. 60. an Mater Ecclesiarum. 241. 336. An Antiquæ veritati repugnans. 229. Sedes an aliò transferri possit. 281. extra eius vnionem mortui, beati tamen 282. eius varia paradoxa. 320. 317. quàm non sancta. 359. 336. 369.

S

Sabbatum seruandi glossa prophana. 324

Sabellicus hæreticus. 84

Sacramenta vniuoce dicta quæ. 292

Sacrificandi mos 226

Sanctitas doctrinæ quomodo nota Ecclesiæ 311. aut etiam vitæ. 347.

Sanctorum inuocatio. 268

Satisfactionis opinio paradoxa. 317. 213

Schismæ multiplex inter ipsos Pontifices 300. vide ibidem de schismate plura.

Scripturarum Canon. 229

Scotorum

Scotorum prima Conuerſio. 337
Succeſſio perſonalis quatenus valeat ad aſſignandam Eccleſiam 44. 45
in Eccleſia Romana multis & variis modis interrupta. 47
patrum iudicium. 60

T

Traditionum quanta Neceſſitas. 93. 95
Tranſubſtantiatio. 128. 139. 240
Trinitatis vox. 14

V

Verbi vera praedicatio propriſſima eſt Nota Eccleſiæ. 425
Vigilantij errores. 113
Virginitas. 103
Vocatio extrema. 235
Vnio Membrorum cum Capite Rom. Pontifice an ſit nota Eccleſiæ 270. *& deinceps. an vnio membrorum inter ſe* 299. *moralis inter Ethnicos* 300. *Dogmatica.* 301
Votum paupertatis 116. *& alia Monaſtica vota.* 135. 258

W

Wiclefus an in Sanctos contumelioſus.

Errata neceſſariò corrigenda.

Pag. 2. lin. 29. *ſub lit.* [z] *adde, Aduocatus.* p. 3. l. 23. *lege*, Inferorum. p. 6. l. 7. *lege ſuppeditat*, p. 10. l. 36. *lege* filij. p. 21. l. 4. *lege* Petrinos. p. 25. l. 17. *lege Dialectorum.* p. 27. l. 29. *pro* hominibus, *lege* Deo. p. 28 l. 5. *lege* Durabit. p. 38. l. 29 *lege* Continebat, *ibid.* 34. *lege* quis. p 38. l. 15. *lege* Ariani. *& ibid.* 28. *lege* Diaconos. p. 40 l. 21. *lege* exoletum. p. 43. l. 15. *lege* hac. *& ibid.* 16. *lege* quandam. p 44 l. 14. *lege* Prætereo. p. 46. l 25. *lege infectos.* p. 49. l. 28. *lege* Præcedebat. p. 50. l. 11. *ante colon adde* Vel non. p. 56. l 1. *lege quia.* p. 59 l. 35. *lege* Apoſtolici. p. 69. l 12. Et. p. 80. *ante penult. lege* amplectantur. p. 91. l. 17. *lege* 2. Solam. p. 96. l. 14. *ante col. n adde, auerſantur.* p. 97. *inxta lit. g. in margine deeſt,* [z] *Senenſ. Biblioth. lib. 5. in præf* p. 104. l. 4. *lege* permanſerit. *ibid.* 12. *lege* Quid. p. 110 l. 3. Falſa. p 116. l. 18. *lege* nos non à regno. p. 119. l. 1. *&* 2. hæc. *&* poſtularet p. 124 l. 17. *lege* Inferno. *ibid.* 30. fuerit p. 128. *ad lit.* [b] *lege* Suarez in Thom. *part.* 3. &c p 129. l. 25. *lege, poſt tandem, cogamur. ibid* 30. *poſt Inſiſtere, adde* [,]. p. 138. l 6. *pro* ſerium, ſocium. p. 187. l. 15. *lege* Sanctos mortuos. p 228. l 1. *lege* VALDE ſuſpicer. p. 256 l. 15. *dicatur, duo. ibid.* 28. *lege, Pontifices vt legitimos.* p. 260. *penult. lege* latitant. p. 374. l. 28. *lege* nodum.